



SCRIPTURÆ SACRÆ

CURSUS COMPLETUS



II



DE QUARTO REGUM  
ET DE DUOBUS  
PARALIPOMENON  
LIBRIS



B5548

M5

v. 11

007712




EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ  
Episcopi Leonensis



1080014717

292  
J.P.M.



# SCRIPTURÆ SACRÆ CURSUS COMPLETUS,

EX COMMENTARIIS OMNIUM PERFECTISSIMIS UBIQUE HABITIS,  
ET A MAGNA PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM  
EUROPÆ CATHOLICÆ,  
UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS,  
UNICÈ CONFLATUS

*Plurimis annotantibus presbyteris  
ad docendos levitas pascendosve populos altè positis*

ANNOTAVIT VERO SIMUL ET EDIDIT

J. P. M\*\*\*\*.

EDITIO NOVISSIMA.

TOMUS UNDECIMUS.

IN QUARTUM REGUM ET IN DUOS PARALIPOMENON LIBROS  
COMMENTARIUM. -- PLURIMÆ ANNOTATIONES ET DISSERTATIONES



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
FONDO EDITORIAL  
DE... Y TALLER

FONDO EDITORIAL  
DE... Y TALLER

PARISIIS,  
APUD EDITORES,

IN VIA CALICÉ DICTA,

RUE D'AMBOISE, BARRIÈRE D'ENFER.

1841.



Capilla Alfonsina  
Biblioteca Universitaria

44457


BS 548

M5

v. 11

ELENCHUS  
AUCTORUM ET OPERUM

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.



ALERE FLAMMAM  
VERITATIS  
SANCTIUS.

In quartum Regum librum commentarium.

CALMET. — DUCLOT. — NATALIS ALEXANDER.  
CORNELIUS A LAPIDE. — SACY.

Varie dissertationes et annotationes.

CALMET.

In duos Paralipomenon libros commentarium.

IDEM. — SANCTIUS. — TIRINUS. — NATALIS ALEXANDER.  
CORNELIUS A LAPIDE. — SACY.

Varie dissertationes et annotationes.



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

INDEX RERUM.



Collec. Alvarado  
Biblioteca de la Universidad

Creudebat Migne,

in viâ dieci p'Annois, hors la barrière d'Enfer.

GASPARDI SANCTII  
IN LIBRUM IV. REGUM  
COMMENTARIUM.

CAPUT PRIMUM.

1. Prævaricatus est autem Moab in Israel postquam mortuus est Achab.

2. Ceciditque Ochozias per cancellos cœnaculi sui quod habebat in Samaria, et ægrotavit; misitque nuntios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub, deum Accaron, utrum vivere queam de infirmitate meâ hæc.

3. Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge, et ascende in occursum nuntiorum regis Samaria, et dices ad eos: Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron?

4. Quomobrem hæc dicit Dominus: De lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias.

5. Reversique sunt nuntii ad Ochoziam. Qui dixit eis: Quare reversi estis?

6. At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis, et dixit ad nos: Ite, et revertimini ad regem qui misit vos, et dicetis ei: Hæc dicit Dominus: Numquid, quia non erat Deus in Israel, misisti ut consulatur Beelzebub deus Accaron? Ideirò de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris.

7. Qui dixit eis: Cujus figure et habitus est vir ille qui occurrit vobis, et locutus est verba hæc?

8. At illi dixerunt: Vir pilosus, et zonâ pellicâ accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbiten est.

9. Misitque ad eum quinquagenarium principem et quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentique in vertice montis ait: Homo Dei, rex præcepit ut descendas.

S. S. XI.

CHAPITRE PREMIER.

1. Après la mort d'Achab, Moab, que David avait assiéié, secoua le joug d'Israël.

2. Il arriva aussi qu'Ochozias, étant tombé de la plate-forme par les barreaux d'une chambre haute qu'il avait à Samarie, eut fut bien malade; et il envoya de ses gens en leur disant: Allez consulter Beelzebub, le dieu d'Accaron, pour savoir si je pourrai relever de cette maladie.

3. Mais l'ange du Seigneur parla à Elie de Thesbé, et lui dit: Allez au-devant des gens du roi de Samarie, et dites-leur: Est-ce qu'il n'y a pas un Dieu dans Israël, que vous ayez consulté ainsi Beelzebub, le dieu d'Accaron?

4. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur: Vous ne relèverez point de lit où vous êtes, mais vous mourrez très-certainement. Et Elie s'en alla.

5. Et les messagers d'Ochozias étant retournés, il leur dit: Pourquoi êtes-vous revenus?

6. Ils lui répondirent: Un homme est venu au-devant de nous qui nous a dit: Allez, retournez vers le roi qui vous a envoyés; et dites-lui: Voici ce que dit le Seigneur: Est-ce qu'il n'y a pas un Dieu dans Israël, que vous envoyez ainsi consulter Beelzebub, le dieu d'Accaron? C'est pour cela que vous ne relèverez point de lit où vous êtes, mais vous mourrez très-certainement.

7. Le roi leur dit: Quelle est la figure et l'habit de cet homme qui est venu au-devant de vous et qui vous a dit ces paroles?

8. Ils lui répondirent: C'est un homme couvert de poil et qui porte sur les reins une ceinture de cuir. C'est Elie de Thesbé, leur dit-il.

9. Et aussitôt il envoya un capitaine de cinquante hommes et les cinquante soldats qui étoient sous lui. Ce capitaine monta vers Elie qui était assis sur le haut d'une montagne, et

00712


BS 548

M5

v. 11

ELENCHUS  
AUCTORUM ET OPERUM

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.



ALERE FLAMMAM  
VERITATIS  
SANCTIUS.  
In quartum Regum librum commentarium.  
CALMET. — DUCLOT. — NATALIS ALEXANDER.  
CORNELIUS A LAPIDE. — SACY.

Varie dissertationes et annotationes.

CALMET.

In duos Paralipomenon libros commentarium.

IDEM. — SANCTIUS. — TIRINUS. — NATALIS ALEXANDER.  
CORNELIUS A LAPIDE. — SACY.

Varie dissertationes et annotationes.



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

INDEX RERUM.



Collec. Valverde y Tellez  
Biblioteca de la Universidad

Creudebat Migne,  
in viâ dieci p'Annois, hors la barrière d'Enfer.

85024

GASPARDI SANCTII  
IN LIBRUM IV. REGUM  
COMMENTARIUM.

CAPUT PRIMUM.

1. Prævaricatus est autem Moab in Israel postquam mortuus est Achab.

2. Ceciditque Ochozias per cancellos cenaculi sui quod habebat in Samaria, et ægrotavit; misitque nuntios, dicens ad eos: Ite, consulte Beelzebub, deum Accaron, utrum vivere queam de infirmitate meâ hæc.

3. Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge, et ascende in occursum nuntiorum regis Samaria, et dices ad eos: Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron?

4. Quomobrem hæc dicit Dominus: De lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias.

5. Reversique sunt nuntii ad Ochoziam. Qui dixit eis: Quare reversi estis?

6. At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis, et dixit ad nos: Ite, et revertimini ad regem qui misit vos, et dicetis ei: Hæc dicit Dominus: Numquid, quia non erat Deus in Israel, misisti ut consulatur Beelzebub deus Accaron? Ideo de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris.

7. Qui dixit eis: Cujus figure et habitus est vir ille qui occurrit vobis, et locutus est verba hæc?

8. At illi dixerunt: Vir pilosus, et zona pelliceâ accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbites est.

9. Misitque ad eum quinquagenarium principem et quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentique in vertice montis ait: Homo Dei, rex præcepit ut descendas.

S. S. XI.

CHAPITRE PREMIER.

1. Après la mort d'Achab, Moab, que David avait assiéé, secoua le joug d'Israël.

2. Il arriva aussi qu'Ochozias, étant tombé de la plate-forme par les barreaux d'une chambre haute qu'il avait à Samarie, eut bien malade; et il envoya de ses gens en leur disant: Allez consulter Beelzebub, le dieu d'Accaron, pour savoir si je pourrai relever de cette maladie.

3. Mais l'ange du Seigneur parla à Elie de Thesbé, et lui dit: Allez au-devant des gens du roi de Samarie, et dites-leur: Est-ce qu'il n'y a pas un Dieu dans Israël, que vous allez consulter ainsi Beelzebub, le dieu d'Accaron?

4. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur: Vous ne relèverez point de lit où vous êtes, mais vous mourrez très-certainement. Et Elie s'en alla.

5. Et les messagers d'Ochozias étant retournés, il leur dit: Pourquoi êtes-vous revenus?

6. Ils lui répondirent: Un homme est venu au-devant de nous qui nous a dit: Allez, retournez vers le roi qui vous a envoyés; et dites-lui: Voici ce que dit le Seigneur: Est-ce qu'il n'y a pas un Dieu dans Israël, que vous envoyez ainsi consulter Beelzebub, le dieu d'Accaron? C'est pour cela que vous ne relèverez point de lit où vous êtes, mais vous mourrez très-certainement.

7. Le roi leur dit: Quelle est la figure et l'habit de cet homme qui est venu au-devant de vous et qui vous a dit ces paroles?

8. Ils lui répondirent: C'est un homme couvert de poil et qui porte sur les reins une ceinture de cuir. C'est Elie de Thesbé, leur dit-il.

9. Et aussitôt il envoya un capitaine de cinquante hommes et les cinquante soldats qui étoient sous lui. Ce capitaine monta vers Elie qui était assis sur le haut d'une montagne, et

00712

40. Respondensque Elias dixit quinquagenario : Si homo Dei sum, descendat ignis de caelo, et devoret te et quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de caelo, et devoravit eum et quinquaginta qui erant cum eo.

41. Rursumque misit ad eum principem quinquagenarium alterum et quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi : Homo Dei, hæc dicit rex : Festina, descende.

42. Respondens Elias ait : Si homo Dei ego sum, descendat ignis de caelo, et devoret te et quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de caelo, et devoravit illum et quinquaginta ejus.

43. Iterum misit principem quinquagenarium tertium et quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset, curvavit genua contra Eliam, et precatus est eum, et ait : Homo Dei, noli despiciere animam meam et animas servorum tuorum qui mecum sunt.

44. Ecce descendit ignis de caelo, et devoravit duos principes quinquagenarios primos et quinquagenos qui cum eis erant; sed nunc obsecro ut miseraris anime meae.

45. Locutus est autem angelus Domini ad Eliam, dicens : Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, et descendit cum eo ad regem;

46. Et locutus est ei : Hæc dicit Dominus : Quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel à quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris.

47. Mortuus est ergo, juxta sermonem Domini quem locutus est Elias; et regnavit Joram, frater ejus, pro eo, anno secundo Joram filii Josaphat, regis Judæ; non enim habebat filium.

48. Reliqua autem verborum Ochozias quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

lui dit : Homme de Dieu, le roi vous commande de descendre.

40. Elie lui répondit : Si je suis homme de Dieu, que le feu descende du ciel, et vous dévore avec vos cinquante hommes. Aussitôt le feu du ciel descendit, et dévora le capitaine avec les cinquante hommes qui étaient avec lui.

41. Ochozias envoya encore un autre capitaine avec ses cinquante soldats, qui dit à Elie : Homme de Dieu, le roi vous fait dire : Hâtez-vous de descendre.

42. Elie lui répondit : Si je suis homme de Dieu, que le feu du ciel descende, et vous dévore avec vos cinquante hommes. Et aussitôt le feu du ciel descendit, et dévora le capitaine et les cinquante hommes qui étaient avec lui.

43. Ochozias envoya encore un troisième capitaine et ses cinquante hommes avec lui. Ce capitaine, étant venu devant Elie, se mit à genoux, et lui fit cette prière : Homme de Dieu, sauvez-moi la vie, ainsi qu'à vos serviteurs qui sont avec moi.

44. Le feu est déjà descendu du ciel, et il a dévoré les deux premiers capitaines et les cinquante hommes que commandait chacun d'eux; mais je vous supplie présentement d'avoir pitié de mon âme.

45. Et l'ange du Seigneur parla à Elie, et lui dit : Descendez avec lui, et ne craignez point. Elie se leva donc, et descendit avec ce capitaine pour aller vers le roi.

46. Auquel il parla de cette sorte : Voici ce que dit le Seigneur : Parce que vous avez envoyé des gens pour consulter Beelzebub, le dieu d'Accaron, comme s'il n'y avait pas un Dieu en Israël que vous puissiez consulter, vous ne relèverez point du lit sur lequel vous êtes; mais vous mourrez certainement.

47. Ochozias mourut donc, selon la parole que le Seigneur avait dite par Elie; et Joram, son frère, régna en sa place, la seconde année de Joram, fils de Josaphat, roi de Juda; car Ochozias n'avait point de fils.

48. Le reste des actions d'Ochozias est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

VERS. 1. — PRÆVARICATUS EST AUTEM MOAB IN ISRAEL, POSTQUAM MORTUUS EST ACHAB. Hebraice autem ac nos hos Regum libros divisimus: duos hosce posteriores congerunt in unum, et librum Regum appellaverunt. Latini in duos distinxerunt, in eos videlicet, quos nos tertium et quartum appellamus. Reliqui, ut constat, tunc suum habent finem, quando magna fieri videtur rerum inclinatio. Primus cum Saule defuncto, rege Israelitico vehementer afflictus, ad Davidem translatus est regnum, quod sub eo rege magnum accepit incrementum. Secundus cum ab illo transit ad Salomonem filium, qui, constructo templo, magno rem patriam nobilitavit ornamento. Tertius cum labi cepit Israelis potentia, et à regibus externis male jactari. Cum enim Achab male fuisset à Syrorum exercitu vexatus, reges qui aliquando à Davide domiti Israelitico jugo cervicis submisserant, excusserunt illud, et impositum sibi imperium detrectaverunt: ac tandem eò deducta est gens ante florentissima, ut que externis populis imperabat, et ab illis stata tributa exigebat, ipsa externorum subiret imperium, et illis mutata rerum vicissitudine vegetalia dependeret. Quod docem tribus prius Assyris, deinde duas solverunt Babilonis. Incipit ergo liber quartus à defectione Moabitarum, qui cum antea Israelis regibus ex pacto servissent, nunc cum illorum viderent fractam esse potentiam, à datâ fide et fœdere religiosè concepto defecerunt. Quòd autem fuerit Moabitis à Davide impositum tributum, dicemus cap. 5, ubi hæc de re commodior erit disputatio. Nunc satis sit notasse Moabitas, Idumeos et plures alias gentes fuisse à Davide subjugatas, ut liquet lib. 2, cap. 8. Cùmque postea diviso regno regiones vegetales forent divise, Israelis regiones Moabitis, et regibus Juda Idumæi indicta à Davide vegetalia pendebant. Et sicut nunc Moabitanæ Israelitis, sic etiam cap. 8, Idumæi ne Judæis vegetalia solverent, rebellaverunt.

VERS. 2. — CECIDITQUE OCHOZIAS PER CANCELLOS COENACULI SUI (1). Incipit jam, ut præcæditur, (1) Tropæi. Eusebii: « Ochozias, inquit, rex Samaritanæ qui se à domo David separavit, et per cancellos decidit, hoc significare videtur, quòd hæretici sive schismatici, etsi aliquando bonæ actionis arcem consendero videntur, quia tamen compagem Ecclesiæ unitatis non habent, quasi patentibus et non solidis laterum præditiis, semper ad vitium infirma relabuntur, dum divino destituti auxilio suæ pertinaciæ fastu intereant. » (Corn. à Lap.)

dietum fuerat à propheta, impit Achab exagitari posteritas. Neque enim hoc loco sine causâ ponitur, quæ intempestiva videri poterat, Moabiticæ defectionis commemoratio. Accidit autem ut Ochozias, qui vixitum regnum inierat à parente relictum, ex coenaculo, id est, ex sublimi domus parie laberetur, et eo casu corpus graviter affligeret. Coenaculum pars est domus sublimior, nempe proxima tecto, quæ est summum totius domus tabulatum, ut habet frequens Latinorum usus. Aut certe locus est supremus et apertus, qui solarium dicitur, aut doma, in quo homines desambulare solent, et liberius coelum intueri: quod in Evangelio sæpè tectum appellatur. Neque enim, ut observat Hieronymus Epist. 155 ad Suniam et Fretellam, in Palestinâ eo modo construuntur domus, quo apud Hispanos et Italos, et in Europâ frequentius. « In Palestinâ inquit, et Agypto, et ubi scripti sunt divini libri, vel interpretati sunt, non habent in tectis culmina, sed domata, quæ Romæ vel solaria, vel moeniana vocant, id est, plana tecta, quæ transversis trabibus sustentantur, et in Actibus Apostolorum cap. 10, quando Petrus ascendit in doma, et in tectum edificat ascendisse credendum est. » Et hoc postremum confirmat vox Hebraica *alim*, et Græca *βραχον*. Neque cancellorum nomen huic expositioni quicquam incommodat: nam in extremâ tectorum parte, quæ ruina patet eorum qui minis in tecto causâ desambulant, circumduci solentur Deutorum. cap. 22, v. 8. muri, qui sunt quasi lorice, qui incautos vindicant à lapsu. Hi autem muri, seu lorice, ad dignitatem regis atque elegantis et cancellatæ domus esse soleant, et in varias fornicibus perforatis. Sic autem eo Deutorum. loco: *Cum edificaveris domum novam, fornicis murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in te de no tuò, et sis veus, labente alto et in præceptis tui ac.* (R) Hanc explicationem non videtur probare Dionysius, et Abulensis, quest. 5, et Hugo, qui cancellos esse dicunt apudamenta. Alii cancellatos putant cubileium fenestras, et ex illis bipitem Ochoziam. Ita Pagninus, qui ita reddidit: *Cecidit ex cancellis in coenaculum*. Quam translationem probat Vatablus, dum dicit desambulasse Ochoziam in tecto, vel solario, et per cancellatam fenestram, per quam ex tecto lumen in subjectum admittebatur coenaculum, cecidisse. Qui cancelli ideo dicuntur esse coenaculi, quia illius causâ in supremo tecto facti fuerunt.

ITE, CONSULITE BEELZEBUB DEUM ACCARON, UTREM VIVERE QUEAM (1). Solere diabolum per multa simulacra reddere responsum, non solum profane, sed etiam sacrae historiae prodant. Quare gentiles suos consulabant deos non infrequenter, à quibus accipiebant oracula, ita tamen obscura, ut oraculorum alia rursus oracula essent necessaria, quae effusas menti tenebras excuterent, et sic ambigua, ut in varias explanationes trahi possent, ut optimo Cicero de Divinatione lib. 2, et nos supra, lib. 5, cap. ultimo. Hinc sibi Apollo, maximus gentiliam vates, vates appellatus propter ambiguis, ambigua, et tortuosus responsa. Existimatur autem Ochozias inductus à Jerabele matre Beelzebub, quem familiarem deum habuit Accaron, consultiusse potius quam verum Deum, quem cum sanæ mentis esset, consulit Israel. Erat autem Beelzebub sic gentiliam nobilitatis insensit, à princeps crederetur demoniorum, ut audiamus Matth. 12, Luc. cap. 11: *In Beelzebub principe demoniorum eiecit demonia. Beelzebub porro idem sonat quod Deus Muscarum, vel Deus Muscarum.* Unde hoc habuisset nomen, incertum est. Quidam putant hoc nomen illi datum esse, quia muscas avertit, quae infestae sunt, et sordida bestiola, sicut Apollo, quem apud antiquos tradit Pausanias in Atticis, Parnopius appellatur, quia paritopos, id est, culices, seu, ut alii volunt, locustas avertit ex Atticis finibus; et idem Smintheus, quia matres occidit: Cretenses enim mures Sminthas vocant. Fuit quidem apud gentiles deus quidam, cuius illud erat negotium aut solam, aut maximum, ut muscas arceret, qui Myiagrus dicitur, de

(1) Tropologice colunt Beelzebub, id est, deum Muscarum vel Muscarum, impudentes, luxuriosi, insolentes, inquieti, litigiosi. Audi S. Greg. lib. 18 Mor. cap. 25, explicantem quartam Aegypti plagam, quae fuit muscarum, Exodi 8, 21: *Et Aegyptus, quae horis mundi speciem tenet, muscis percutitur.* Musca enim nimis insolens et inquietum animal est. In qua, quid aliud, quam insolentes curae desideriorum carnalium designantur? Unde alius dicitur: *Muscae morientes perdit sanitatem arguunt;* quia cogitationes superfluas, quae assidue in animo carnalis cogitante et nascuntur et delictum, cum sanitate quae mansuetique mansuetudinis per spiritum est, percutiunt, quoniam integritate eius perfuri non permittunt. Aegyptus ergo muscis percutitur, quia eorum corda qui terrenam vitam diligunt, dum desideriorum suorum inquietudine turbis cogitationum carnalium ad ima depressa sunt, et ad quietis inleone desiderium non levantur. Unde cum ope pietatis ad cor veritas venit, prius ab eo cogitationum carnalium aetas eiecit, in eo virtutum dona mira disponit. (Corn. à Lap.)

quo Pausanias in Arcadicis. Eodem, opinor, Plinius lib. 29, cap. 6, Myioidem vocat; et lib. 8, cap. 20, Achorem, fortasse quia in Accarone colitur, et quia communiter deos nominatur Accaronis. Fortasse iste deus Accaronis idem est, qui aliis gentiliam populis Jupiter; hic enim etiam abigere existimatur muscas, et ideo *deus muscarum* vocatur, id est, muscarum aversor, ut auctor est Pausanias. Vide Liliam Gyraldum syntagmate 2 in Jove. Quare cum Jupiter primus dicitur deorum omnium, nihil mirum si muscarum deus Beelzebub dicitur princeps demoniorum.

Hanc esse puto nominis rationem expeditam et promptam. Quod etiam tenet Salmeron tom. 6 in Math. tract. 25, et Vatablus. Alii Beelzebub appellari putant, quia in ipsis sacrificiis muscas convolabant muscarum agmina, in Accarone praecipue, quae regio est littoralis et maritima, ubi major esse solet muscarum copia. Alii deum Muscam exponunt, quia in musca similitudinem expressus est. Neque hoc cuiquam mirum videri debet, cum alia non minus vitia atque indecora gentibus esse soleant pro nomine. Talsis et vesperilionibus à gentilibus divinum fuisse honorem impensum, habes apud Isaiam cap. 2, ubi nos diximus, alias immundas obscenasque bestioles apud gentes habuisse deorum nomen et pondus. Quod videtur sensisse Nazianzenus oratione 4 in Julianum, ubi cum diceret nullum jam divinum honorem habendum esse gentium diis, de Accaronis dicit in hunc locum intentus, ut notavi ejus Scholiastes Elias: *Non jam (ait Nazianzenus) fatuum imperare jubebunt, hoc est, idolorum agmen emotis et sensis expers, nec muscam querecent deum Accaron, aut si quid id magis est ridiculum.* Idem Theodoretus quest. 5, in qui tamen pro Accaronis Moabitis adhibuit: *Defenda est, inquit, Moabitum amantia; non solum enim in deos referant maxima animalia, sed etiam minima, et vilissima, et cadiosa. Quid enim est musca otiosus? Sed etiam, et ejus simulacrum deum dixerunt, et deo, qui verè est Deus, relicto, muscae simulacrum deo vita sciscitabantur, et quanto viventem libellis expellunt, ejus figuram deum appellarent.* Sed placet magis Beelzebub aversorem esse muscarum, quia aliquod putatur Deo dignum esse beneficium, si homines auctore Deo à muscarum molestia liberentur. Et quamvis nonnunquam aliqui tanquam dii colantur, placenturque muneribus, ne no-

ceant, quales sunt Fauni, et qui dicuntur subire atque inflare corpora, et illi denique, quos non tam observantia et amor, quam odium et metus in deorum censum retulerit, de quibus Satyrius:

*Primus in orbe deos fecit timor,*

Tamen scriptis à beneficiorum opinione homines apud gentiles deorum nomen consecuti sunt.

VERS. 5. — NUMQUID NON EST DEUS IN ISRAEL, UT LATIS AD CONSULENDUM BEELZEBUB? Tuli Dens graviter despici se, et in suo populo, et tot jam nominibus suo alienos queri deos, et ab eo rogari responsa, qui nihil nisi negas efflaret, et sub oraculorum nomine inerta mendacia, cuique sordidum muscarum nomen certam notam et appellationem indidisset. Quare per angelum procepit Elias, ut nullis occurrat regis Israel, qui Dei et prophetae nomine illi denotent pro tam vesano atque favorecundo consilio, non decessurum à lecto, in quo tunc aegrotus decumbelat, nisi mortuus ad funerum, futurus aliquot, ut verba Domini significant, incolumis, nisi vero Deo contempto, gentilitio more externa consuleret non tam oracula quam ab omni veritate vacua commenta. Quod putat Abulensis, quest. 11.

VERS. 4. — ET ABIT ELIAS. Nempe unde venerat, ad montem videlicet Carmel, ubi, ut putat Abulensis, quest. 6, frequens illi erat commoratio, et unde sicut prius inebrem ad irrigandam famulatum terram sitientem, sic etiam modo de caelo impetravit à Domino ignem, quo missi à rege milites conflagrarent.

VERS. 8. — VIR PILOSUS, ET ZONA PELLECEA ACINGITUS VENIENS (1). Hic erat habitus Eliae: pilosus ideo dicitur, quia vestitus erat hirsutis pellicibus, quibus eo tempore viros solitarios gestasse verisimile est, qui urbanas delicias atque munditias, neque querunt ipsi, nec accipiunt oblatas; sed quemadmodum obvios comedunt cibos, et sycomoros, mel, et si quid aliud ultra fundit terra, sic etiam illis intantur vestibus, quas facile ipsi sibi parare possunt, et rudi qualem arte, facillime negotio conquire. Qualem habuit anticum Joannes, qui Matth. 3, cap. 4, indutus dicitur vestimentum de pelle camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos. Et ideo fortasse Elias appellatur à

(1) Fabularum B. Eusebii, cap. 51, zonam hanc Eliae fuisse ex pelle illius arietis, quem pro Isaac immolavit Abraham Genes. 22, (Corn. à Lap.)

Christo, et iterum venisse in virtute Eliae; tum quia neque Herodis majestate deterritus est, quominus illum increpare audacter, sicut Elias prius Achab, et nunc illius filium Ochozias; tum etiam, quia eodem quo ille utebatur indumento. Quae sententia mihi potior est, et omnino vera, quam tenet Abulensis quest. 15, Lyra, Dionysius et Cassianus de Institut. lib. 1, cap. 2; Joannes, episcopus Hierosolymitanus, cap. 37; Theodoretus quest. 8, pallium Eliae pellem vocat ovium. Neque aliud videtur à Paulo proponi Hebr. cap. 11, cum de antiquis viris sanctis dicit: *Circumierunt in pellicibus et pellibus caprini.* Quod cum Chrysostomus sentiant ferme omnes tam antiqui quam recentiores interpretes. Porro melota non solum est animalium pelles, sed exuvio naturalium villosorum, sed etiam indumentum ex camelorum, seu ex caprarum pellibus rudi opere contextum, quale Joannes Baptista fudit, qui non ex pellicibus, sed ex pellibus camelorum tegumentum habuisse traditur. Fieri autem potuit, ut ex caprarum pelle, etque villosa vestem haberet in hunc. Deinde pellicem, quod postea tradidit Eliae à pellibus camelorum aut caprarum textile, à quibus vocatus est pilosus, non tam à suis quam ab aliis pilis. Quod indumentum gentis Iudaeorum est et familiare illis qui desertum agunt et agrestem vitam, qui sub die vivunt, qui humi cubant, eorumque temporanea injuria excipere parati. Ita Philo lib. de Victimis, in principio: *Ex caprarum, inquit, pellibus tergoribus contextis consueverunt, sunt pectus victorie, velantique militibus et aliis quos necessitas aliam cogit extra mures sub caelo degere.*

Hae mihi explicatio potior, quia communior, magis Scripturae atque auctoritatum Iudaeorum, quique vitam agunt in solitudine instat contentantia. Quod praeter Pauli interpretes, ad citatum Pauli locum tenet Gregorius Nyssenus, cujus verba statim subjungam in oratione de Iustissima Basilii fratris. Nihil tamen minus non displicet, quod visum est aliis, pilosum etiam fuisse et hirsutum Eliae à naturali praeterquam pilo, quod visum est Hieronymo tom. 4, ad illud Ezech. cap. 35: *Et factus est terminus, ubi enim Sefir, quod pilosus sonat, et est nomen Esau, in malam partem accipisset, statim subjecti: Quia si prudens doctor opproberit, quomodo in isto loco Sefir, id est, hirsutus et pilosus intelligatur in malam partem, cum Elias quoque vir pilosus dicitur, et breviter respondeo, de Esau scriptum esse*



quod rufus fuerit, et quasi pelle hispida; de Eliâ verò quod vir tantum pilosus. In Esô, qui sanguinarius et cruentus pelli hispida comparatur, mortalium operum, et ipsius mortis indicium est; in Eliâ virilitatis argumentum. Quomobrem, et habitatio ejus in solitudine, et conversationis asperitas non solum virum, sed et virum fortissimum demonstrabat. Idem putat Cajetan; neque ex rerum naturâ leve sanatur argumentum, nam hæc ferè contingit, ut qui nudi incedunt, illi villosi sint et hirsuto corpore, ut observavit Abulensis. q. 14. Et nos ex antiquis historicis didicimus, in quibus viri solitarii, qui ut belluarum more nudo corpore vitam agunt sylvestrem, sic etiam illarum more piloso sunt et hirsuto corpore; neque aliam ob causam ex reverisse dicitur in Nabuchodonosor pilorum sylvâ, nisi quia in regione periculâ diu vixit nudus.

Verumtamen, si à naturali pilo villosum statuimus Eliam, non potest esse ab illâ corporis constitutione, quæ homines reddit hirsutos et intectos villis belluarum more: hi etenim stipulis plerumque sunt, et barbato ingenio, qualis Polyphemus esse fingitur, quem de se Ovidius loquentem facit lib. 15 Met. :

*Coma plurima torcos.*

*Prominat in vultu, tumensque ut lucus, obruatur,  
Nec mea, quod duris horrent dequissima setis,  
Corpora turpe puta.*

Aut qualis Cacus, de quo Virgilius lib. 8 Æneid. : *Villosaque setis pectora.* Neque sine causa, ut opinor, Esô homo stolido ingenio, agresti et barbato, quique agresti magis meditabatur quibus uris, villosus esse dicitur et hirsutus. Existimo igitur Eliam pilosum appellari, quia cum vitam proleterem non urbanam, et delicatam, et cultam, sed solitariam et asperam, qualem eremita, et qui coelesi meditantur, instituant, simulat exerescere casariam et barbam, quas cum proficias haberet et horridas, pilosus opinimè ab Ochozia nuntius vocari potuit, qui videre honestè nihil poterant, præter capillos et barbam. Quod putant omnes ferè post à naturali pilo pilosum appellari putant, Hugo, Emmanuel Sâ, et antiqua translatio Hispanica, quæ ita reddidit: *Ilome anciano cabellos.* Quod etiam dicit Gregorius Nyssenus de Laudibus Basilii, ubi cum illum prius dixisset caprinis indutum fuisse pellibus, statim illi proximum capillitium attribuit. Cujus verba hic referre libuit, quæ optimè nobis Eliam proponunt, et verè penitentis effigiem: « Cum Achib, inquit, transisset

populum ad idololatram, exhibet Deus Eliam ad curandum populum, virum qui curationem et cultum corporis despiceret; facie equalente, quæ multitudine suorum erinum et obumbraretur; qui peculiari more vivendi uteretur, aspectu venerando, vultu tristi ac risis experti, obtutu oculo rum recto, et eodem quo intendisset vergenti; pelle caprinâ tantum de corpore tegentem, quantum abscondi decorum erat, reliqua corporis ad caetera perdurantem, et nihil curantem vel castos, vel frigidis iniquitatem. »

Et zona pellicea accingitur. Sicut vestem habuit interiorè de caprinâ pelle, sive ex alterius animalis spolio, non erasis villis, ut nuper putabamus verisimile, sic etiam zonam, seu cingulum habuit non ex depilâtâ pelle, in qua nonnulli esset elegantia, sed adhuc villosâ; atque ideo non ceriacea dicitur, sed pellicea, quia in corio aliquid videmus arte politum atque perfectum, in pelle nihil, nisi quod à naturâ habuit, antequam illam deposuisset animal.

Vers. 9. — MISTROGE QUINGUAGENARIUM PATROCIPUM ET QUINGUAGINTA OCTI ERANT SUB EO. Quemadmodum in militari ordine quidam sunt, qui præsent decem, et isti decuriones vocantur; alii qui centum aut mille, qui centuriones, aut chiliarchi dicuntur; sic etiam sunt qui quinguenta præficiuntur militibus, quos quingugenarios, aut pentacontarches appellamus, ex quo ordine unum cum subiectâ sibi cohorte misit Ochozia, ut Eliam, à quo tam durum vaticinium acceperat; seu accerescere volentem, seu raperent invitum. Quo animo offerri ad se prophetam jussit Ochozia, non est adeo certum. Quidam non ut hostem advocari putant, ut penas daret liberis linguæ et audaci vaticini; sed ut patronos haberet, per quem impetraret à Domino, ut vel aboleret præteris propheticas minas, vel saltem aliquid de vaticiniâ acerbitate remitteret. Atque ideo missam esse cohortem jilam, non ut reluctantem cum ignominia traherent, sed potius ut stipitem nobilitati comitatu dignitate deducerent. Hanc sententiam magis probat Abulensis q. 37. Sed alla sententia magis est communis, quam tuetur Lyra, Dionysius, Magister Historie Scholasticæ, Hugo, et aperte Josephus lib. 9 Ant. c. 4, ubi hoc dicit, cohortem illam habuisse mandatum ab Ochoziâ, ut si ille lovens venire nollet, traheretur invitus, et hoc quingugenarium aperuisse propheta. Ex quidem non videtur Jer-

bel, quæ, ut par est, non recedebat ab agrotante illo, sic animata in Eliam, quem tanto studio ad mortem ante quesierat, ut illum honestè à regio satellitio comitatum deduci poteret. Neque si eo animo ad Eliam profecti forent milites, videbantur digni, quos eulceter consumeret incendium. Quare dicendum puto instigatum à Jezabele filium jussisse pertrahii ligatum Eliam, ut penas Jezabele ac regi tum de novo processique vaticinio daret; tum de prophetarum Baalis tam copiosâ eade, quam memori in animo assidue versabat Jezabel.

HOMO DEI, REX PRÆCEPIT ET DESCENDAS. Sedebat in montis vertice propheta, quò sine magno labore ascendere cum suis quingugenarius ille non poterat. Quare quò ab illâ liberetur molestiâ, jubet ut descendat, additis tamen minis, ut si detrectet alius, minas secum et indignationem impertat. Cui autem eundem quingugenarius cum quinguenta suis animam attulisset, quem dominum suum in Eliam habuisse cognoverant, neque offensionis plenum et despiciantem iras, descendere jubet imperiosè prophetam, additis minis si contra faxit, et cum irrisione vocans hominem Dei, quasi dicit nihil abesse ab illo magis quam divini honoris observantiam et studium, et esse potius nugatorem, veteratorem et religiose disciplinam habem, cum ab illo tot prophetarum religiosum certum extinctum viderent.

Vers. 10. — SI HOMO DEI STU, DESCENDAT IGNIS DE COELO (1). Intellexit Elias et regis animus, et militum studium illi consentaneum, et omnes gravi aliquo dignos esse supplicio, qui ut se patronos profiterentur Baal, quorum Elias ocheior prophetas, et Beelzebub, ejus proximè damndat oracula, et regine et matris Jezabele, qui se à prophetâ libertate perstrictos dolebant, in illum inflammato ferelantur

(1) Symbol. S. Ambros. lib. de is qui mysteriis insistant, c. 2, cum Eliâ comparat sacerdotem consecrantem Eucharistiam. Sicut enim Elias igne caelesti consumit quingugenarium cum suis, sic sacerdos vi divini verborum Christi, consumit substantiam panis et vini, illamque in Christi corpus convertit; nam, ut ait Lanfrancus contra Bereng., « si tantum voluit sermo Eliæ, ut ignem de coelo deponeret, non valebit Christi sermo, ut species multæ elementorum? » (Cor. 3. 12.)

odio. Cognovit item (ut Lyra, Dionysius, Hugo, Emmanuel Sâ et Cajetan docent) illud. *Homo Dei*, non tam à quingugenario dictum esse sermò quàm ironice; neque enim alio sensu tum honesta illa salutatio civitatis posse videbatur ab idololatrà, et qui animo esset in Eliam infenso. Cùm autem revelatum esset à Doo prophetâ, ut multis diebus Abulensis q. 19, quingugenarium cum suis dignum esse morte, atque eo tempore inflicto collitis supplicio periturum, ac tandem inspiratum, ut ignem de coelo ad illorum omnium interitum evocaret, fecit hoc non tam suo instinctus spiritu, quàm divino, quod satis Dominus probavit, cum statim cohortis illa caelesti conflavit incendio. Quod sanè Deus non fecisset tam prompto horribilique successu, nisi ad illas aures gratia accessisset Eliæ deprecatio.

Voluit autem Deus hoc loco ostendere quàm amaret impensè, et quo in numero, et pretio haberet Eliam, cum ad illius preces immittere voluit, et sedare malum. Nam cum vexare statuisset israeliticum regnum, repressâ quibus trienniali fame, id fecit, non ignorato populo, ad preces, et præpè dixerim, ad imperium Eliæ; supra cap. 17: *Visit Dominus, etc., si erit ante his ros et pluvia, nisi juxta verba oris mei.* Et eum exacto triennio pluviam tandem largiri decrevisset, id voluit scire omnes Eliæ preces esse concessum cap. 18: *Factum est verbum Domini ad Eliam in anno tertio, dicens: Vate, et ascende te Achab, ut dem pluviam super faciem terre.* Sic etiam nunc cum hunc milites idololatriæ, quippe filii sceleris et velent, quod impius Ochozia et Jezabel selestis, statuisse Deus igne comburere caelesti: expectavit tamen, imò, et inspiravit Eliæ preces, ut magis illum timerent et observarent idololatriæ, cum viderent Eliæ avamina, sive preces tam esse potentes.

At dicit aliquis spiritum Eliæ improbatum à Christo, cum Lucæ cap. 15, v. 24, reprehendit duos Apostolos, quando diverunt offensi Samaritanorum intrinsecè inclementi: *Dominus, etc. dicitur, ut lignis descendat de coelo, et consumat illos?* sed similitudinem nempe et exemplum Eliæ; et conseruere morepote illos, dicens: *Necesse est spiritus vestre.* Sed, ut bene notat Abul. q. 19, non erat idem spiritus Apostolorum, qui Eliæ: Apostoli enim vindictam aspirant et eadem, quam nolebat Christus, qui non venit animas perdere, sed salvare. At Eliâ illi patet, optabatque, quod revelante Spiritu Deo placere cognoverat; imò, ut ea

oraret in mandatis habebat; nihil de vindictâ cogitabat, aut meditabatur aliquid indignum eo, quo intus afflabatur, Spiritu. Eo prorsus modo quo Apostolus Petrus mortem est imprecatus Ananias. In verbis autem quinquagenarii aliqua etiam apparet divini nominis irritio; quasi diceret, *homo Dei*, illius, inquam, Dei, in quo nihil est divinum, sed tantum inanis quondam umbra, et sonus vacuus divini nominis. Que blasphemia, ejus sceleris non titelat Elsam, ignem exigebat, aut etiam fulmen vibratum è cœlis. De quo Eccl. c. 49. v. 5: *Verbo Domini id est, jussu à Domino, seu interpositâ divini nominis majestate, et virtute continet eadem, et detestatio de celo ignem ter. Et ideo fortasse ad illam impiam vocem attentus dicit propheta: Si homo Dei sum, descendat ignis de celo, ac si diceret: Vos me illius Dei servum esse dicitis, quem nihil posse existimatis, sed nunc illum experimini terribilem; nam ille Deus, cui servio, ignem de celo mittit, qui devorabit vos, et sero tandem ac frustra cognoscatis eum, et vestram damnabit insantiam et stulta consilia.*

Vers. 11.—REVERSUSQUE MISIT AD EDEM PRINCIPES QUINQUAGENARIUM ALITERUM. Missus est quinquagenarius alter cum eisdem mandatis, ejus auxilium et speria legatio non aliam habuit exitum quam prior. Fuit autem in secundo isto quinquagenario major quam in priori libertas et audacia, cum tamen in aliorum capite modestiam et observantiam discere debuisset. Nam cum alter tantum regis nomine descendere jussisset prophetam, hic tamen festinationem imperavit, ita ut omnem moram abjiceret, neque quicquam haberet potius quam regis imperium. Quare Abulensisq. 20. cur cum Ochozias nescit ab igne contacti tacitam, consumptamque fuisse colorem ad preces Elie, voluerit tamen secundo et tertio alias cohortes mittere, et cum fisdem mandatis quibus videbatur exitum proponi. Mibi illa placet ratio (si tamen ratio ulla esse potest in homine quem exagitat furor, et motus alius quicumque immoderatus et præceps): fecerunt id avari sæpè, sæpè ambitiosi, et quos inflammant libidinis restus, aut vindictæ studium, qui sua seque ipsos temerè præcipiant, et in interitum cœci voluntarium feruntur. Inflammatus sceleris ac furoris ambitiosus homo, et regis infatus majestate, ad vindictam totus anhelat; suffundebat ignem Jezebel illius tantum incendiû prima fax, quæ fecit ut per summa

etiam discrimina de medio tolleretur Elias, tam erat amens atque obstinatus furor (1).

Vers. 15.—NOLI DESPICERE ANIMAM MEAM, ET ANIMAS SERVATORUM TUORUM. Tertius quinquagenarius esse existimatur Abdias, de quo supra, qui propheta centum gladio Jezebelis cum gravi sui capitis periculo subduxit, eisque diu in speluncâ inclusis de alimento providit. Sed hæc de re nihil certum; imò meo judicio, hoc aut nullo modo est, aut certè parum probabile. Quis enim erodit taciturnum Abdiam, ut Elias in se clementiam inflecteret, illi tot merita, et supplices tantam preces obtenderet. Fuit tamen illo prudens, quicumque fuit, qui maluit simplex orare veniam, quam cum imperio, quod fecerunt alii, admixtis etiam minis, jubere, ut è Carneli vertice descenderet. Quare consecutus est quod optarat, cum dirum exaderet incendium, et ad regem prophetam non invitum deduceret. (2)

Vers. 15.—LOCUTUS EST ALIUM ANGELOS DOMINI AD ELIAM. DICENS: DESCENDE. Timebat Elias s regem, quatinus quam dirè in ipsam foret animatus, et quòspectaret terria jam missa militum coloris. Sed Deus jam Ochozias animum aut metu concusserat, aut ita temperat, ut nihil jam ab illo esset metuendum. Quare admonet Deus per angelum prophetam, nihil ut timeat, sed securus descendat, quod ille sine ullo

(1) Ochozias, roi d'Israël, inutile l'impiecié de son père Aclab; Elie prédit sa mort. Ce roi envoya deux fois un détachement de cinquante hommes pour se saisir du prophète Elie; Elie fait tomber sur eux le feu du ciel qui les consume. « Voilà, disent les incrédules, un nouveau trait de érarité. »

Si les deux premiers officiers envoyés par Ochozias à la tête de cinquante hommes chacun, avec ordre de se saisir du prophète Elie, avaient parlé à l'envoyé de Dieu d'une manière respectueuse, comme fit le dernier, ils auraient évité ce châtiement. Mais des satellites d'un roi impie, qui secondaient ses ordres injustes, et qui s'avancèrent contre Elie, sans respect pour son ministère, pour lui faire violence, furent punis avec justice. Pour soutenir le contraire, il faudrait prouver que Dieu ne peut jamais punir les idolâtres obstinés, non plus que les exécutants de leurs ordres injustes; enfin qu'il doit abandonner ses ministres à leur fureur et à toute leur rage. (Duclot.)

(2) Vers. 15.—UNUSQUE ET MISERABILIS ANIMÆ MEÆ. Hic tertius duorum præcedentium supplicio territus, et sapientior factus, fit simplex Elia; unde non audeat petere, diceret ut descendat, sed misericordiam postulat, ut scilicet sibi parcat, et dicit quid sibi factu sit opus; quid scilicet regi renuntiare debeat. Quare et Elias non tantum pepercit, sed et momentè angelo ultra se comitum ad regem adjunxit. (Corn. 3. Lap.)

metu ac cunctatione præstitit. Qui cum ad regem esset ingressus, eâ constantiâ, quâ antea patrem, illum perfidia ac sceleris conegit, quod relicto Deo vero, qui propius aderat, ad peregrinos deos, seu deorum inania simulacra legationem misisset; quamobrem illi sceleratam mortem demeruit, quam statim prophetas minas consecuta est. Qui cum nullâ susceptâ prole decessisset, Joram frater illius loco regnum obtinuit. (1)

Vers. 17.—ANNO SECUNDO JORAM FILII JOSAPHAT REGIS JUDA (2). Hoc loco aliquid occurrit difficile. Nam Joram frater Ochozias, rex Israel, regnum obtinuisse dicitur anno secundo alleris Joram regis Juda filii Josphat, qui tamen regnum Inisse traditur anno 18 Josphat statim, cap. 5. v. 4: *Joram vero, filius Aclab regnavit super Israel in Samaria anno 18 Josphat regis Juda. Cum autem Josphat aux non regnârit vi-*

(1) Vers. 16.—Elie parla au roi de cette sorte: *Parce que vous avez envoyé des gens pour saisir Bledad, comme s'il n'y avait point de Dieu en Israël, vous ne redécirez point de lui, etc. Cette hardiesse avec laquelle le saint prophète parla à ce roi d'Israël, et cet étourdissement d'esprit par lequel ce prince demeura comme interdit, lorsqu'un homme faible et méprisable en apparence lui prononça son arrêt de la part de Dieu, étaient l'une et l'autre des effets du commandement tout divin que l'ange avait fait à Elie lorsqu'il lui dit: *Descendez et ne craignez point.* Quo si l'un est obligé d'admirer la foi et la prompte obéissance de ce saint homme, qui part dans l'instant que l'ange lui a parlé, et qui ne craint point d'aller s'exposer au milieu de ses plus grands ennemis, parce que Dieu le lui commande, et lui défend d'avoir peur, on ne doit pas s'étonner moins de la faiblesse d'un grand roi, qui avait entre les mains celui qu'il voulait faire mourir, et qui l'ayant entendu le condamner lui-même à la mort, n'osa attenter sur sa personne, et souffrit qu'il s'en allât librement. Ces grands exemples et de l'humble fermeté d'un vrai serviteur de Dieu, et de l'impuissance d'un prince qui avait abandonné le Seigneur, devraient sans doute nous procurer une foi plus vive, et nous faire uniquement regarder en toutes choses la toute-puissance de celui sous l'assujettissement duquel se trouve toute la force et tout le bonheur des hommes. (Sacy.)*

(2) Septuaginta editionis Romanæ in eisdem hujus capituli addunt: *Vers. 17: Annono regis Ochozias perit verbum Elia; v. 18: Et cetera verborum Ochozias: quæ fecit, vocat hæc scripta in libro Verborum alterum regum Israel: Et Joram filius Aclab regnavit super Israel, Samaria, annis duodecim, in anno octavo et decimo Josphat regis Juda. Et fecit multum in conspectu Domini; revertentem non auit frater ejus, voco sicut mater ejus. Et amovit linteas suas, quæ fecerunt patet ejus, et contrivit eos. Verumtamen in necessitate domus Jeroboam, qui peccare fecit Israel, altissimi, non recessit ab eis; et indignatus est Ird*

giodi quinq. lib. 3. cap. 29. v. 42. constat regnasse Joram filium Aclab octo annis antequam regnum iniret alter Joram filios Josphat. Alde quod cap. 5. v. 7. Josphat dicitur Joram regis Israel auxilium præbuisse. Multa occurrunt in his libris Regum in computatione et concursu temporum impedita maxime, que ut semel explicemus, opera erit non leve prelium, si regulam statuamus, que nos ad hos nodos extricandos deducat, que certa est, et ab interpretibus et Patribus non semel usurpata, quam copiosè et eruditè tractavit Richardus de Sancto Victore, multisque confirmavit exemplis in tractatu quodam, cuius hic est titulus: *De concordia temporum regum congreuantium super Juda et super Israel, ad B. Bernardum abbatem Clarenvalensem.* Quem tu tractatum omnino lege, quo nihil invenies eruditius, neque ad hujusmodi questiones exsolvendâs opportunius. Si diligenter inquit, attendimus, invenimus pro certo frequens esse illis temporibus, que in nostris sæpè et notari videmus. Videmus sæpè quod reges filios suos, cum adhuc vivunt, coronant, ut eandem contradictionem et rebellionem præveniant. Hoc apud reges Israel frequens erat, imitantes ne per aliquam rebellionem et regnum eorum ad domum David rediret. Et hoc quidem in Scripturis, quamvis et ubique apertè non dicitur, invenitur tamen in eâ, unde suis locis faciliè convincatur. Et notandum quod tempora congreuantium et quodque attribuntur soli patri, quandoque et filio soli, quandoque tam filio quam patri. Sunt enim qui quamvis filios suos coronaverint, nullo modo eam vivunt, regium potestatem exercere velint. Merito ergo ejusmodi et tempus regnandi attribuitur soli patri. Sunt et qui post illorum coronationem, modo propter corporis, modo propter mentis infirmitatem, et otio vacant, luxu detrauntur, et negotia regni per omnia filios committunt. Nonne et hæc tempora regnandi rectius adscribuntur et filio quam patri? Sed quando regi negotia committuntur tractantur, et contra rebellis eorum simul, negotia separatim regum defendunt, sicut Romani imperatores suis temporibus fecisse leguntur, nonne hæc regnandi et tempora utriusque merito adscribuntur? Hæc Richardus, et item penè Magister Historio Scholasticus, post libros Regum specialitè quodam capite ed. de Re. Quæ omnia statim uterque Dominus in domum Aclab. Desumpta hæc sent ab exordio capitis 31. (Calmet.)

que plurimis, accommodatisque confirmata exemplis; nos pauca adducemus, plura occurrunt, in hoc lib. 4. et in Paralipomenis, quæ suis locis exponuntur. Primum, Salomon lib. 3 Regum cap. primo, unctus est in regem vivente patre, regnavitque cum eo simul, et tamen illud, quantumcumque fuit temporis, adscriptum fuit non Salomoni, sed Davidi. Lib. 4 Regum cap. 4. v. 8. Joschiam dicitur fuisse annorum 18, cum regnare coepisset, et idem

## CAPUT II.

1. Factum est autem, cum levare vellet Dominus Elias per turbinem in caelum, ibant Elias et Eliseus de Galgatis.

2. Dixitque Eliseus ad Eliseum: Sede hic, quia Dominus misit me usque in Bethel. Cui ait Eliseus: Vivit Dominus et vivit anima tua! quia non derelinquam te. Cumque descendissent Bethel,

3. Egressi sunt filii prophetarum qui erant in Bethel ad Eliseum, et dixerunt ei: Numquid nesci quia hodie Dominus tollit dominum tuum a te? Qui respondit: Et ego novi; silete.

4. Dixit autem Elias ad Eliseum: Sede hic, quia Dominus misit me in Jericho. Et ille ait: Vivit Dominus et vivit anima tua! quia non derelinquam te. Cumque venissent Jericho,

5. Accesserunt filii prophetarum qui erant in Jericho ad Eliseum, et dixerunt ei: Numquid nesci quia Dominus hodie tollit dominum tuum a te? Et ait: Et ego novi; silete.

6. Dixit autem ei Elias: Sede hic, quia Dominus misit me usque ad Jordanem. Cui ait: Vivit Dominus et vivit anima tua! quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter;

7. Et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos, qui et steterunt à contra, longè; illi autem ambo stabant super Jordanem.

8. Tulitque Elias pallium suum, et involvit illud, et percussit aquas, quæ divisæ sunt in utramque partem, et transierunt ambo per stream.

9. Cumque transissent, Elias dixit ad Eliseum: Postula quod vis ut faciam tibi, antequam tollar à te. Dixitque Eliseus:

annorum octo dicitur cum regnare coepit, lib. 2 Par. c. 36, v. 9, quia anno parentis secundo coronatus est, et cum eo simul decem regnavit annos, sed eo regno vitæque defuncto eum annorum esset decem et octo, solus in regno vixit, et verè ac propriè vocari rex potuit. Tu plura invenies exempla, quæ si ad hanc regulam, quod necesse est, referre volueris, expedita invenies, quæ prius admodum videbantur implexa.

## CHAPITRE II.

1. Lorsque le Seigneur voulut enlever Elie au ciel dans un tourbillon, il arriva qu'Elie et Elisee venaient de Galgata.

2. Et Elie dit à Elisee: Demeurez ici, parce que le Seigneur m'a envoyé à Bethel. Elisee lui répondit: Vive le Seigneur! vive votre âme! je ne vous abandonnerai point. Ils allèrent donc ensemble à Bethel.

3. Et les enfants des prophètes qui étaient à Bethel vinrent dire à Elisee: Ne savez-vous pas que le Seigneur vous enlèvera aujourd'hui votre maître? Elisee leur répondit: Je le sais, gardez le silence.

4. Elie dit encore à Elisee: Demeurez ici, parce que le Seigneur m'a envoyé à Jéricho. Elisee lui répondit: Vive le Seigneur! vive votre âme! je ne vous abandonnerai point. Lorsqu'ils furent arrivés à Jéricho,

5. Les enfants des prophètes qui étaient à Jéricho vinrent dire à Elisee: Ne savez-vous pas que le Seigneur vous enlèvera aujourd'hui votre maître? Il leur répondit: Je le sais; n'en dites mot.

6. Elie dit encore à Elisee: Demeurez ici, parce que le Seigneur m'a envoyé jusqu'au Jourdain. Elisee lui répondit: Vive le Seigneur et vive votre âme! je ne vous abandonnerai point. Ils allèrent donc tous deux ensemble.

7. Et cinquante des enfants des prophètes les suivirent, et les virent s'arrêter bien loin vis-à-vis d'eux; et ils se tinrent tous deux au bord du Jourdain.

8. Alors Elie prit son manteau, et l'ayant plié, il en frappa les eaux, qui se divisèrent en deux parts, et ils passèrent tous deux à pied sec.

9. Lorsqu'ils furent passés, Elie dit à Elisee: Demandez-moi ce que vous voudrez, afin que je l'obtienne pour vous, avant que je sois enlevé d'avec vous. Elisee lui répondit: Je vous prie que votre double esprit repose sur moi.

Obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus.

Ad hunc modum, qui currus nunc dicitur igneus, et ignei equi, nubes sicut splendidissima, in curru equorumque similitudinem efformata, quæ accepit Eliam, illumque medium amplexa est, ita ut in curru sedere ac vehi videretur. Ita Cajet. hic, et Abulensis supra, quest. 24, et ita mihi videtur esse dicendum, tum quia hic modus magis videtur factis, et aliud evitat miraculum, quo et Elias in corpore adhuc passibilis et mortali non comburitur, neque pallium ad Eliseum mittitur ustulatum: tum quia turbo non tam rapit ignem quàm nubem, Neque dicendi modus ab hæc expositione alienus est, quod quod splendidum est et Tutulum, licet non ab igne, igneam vocatur, ut diximus. Et quidem currus ignei, et equi ignei, non erant illi qui, infra cap. 6, visi sunt stare contra inimicorum castra in circuito Samariæ, ut docuit hic Abulensis, et Cajet. in cap. sexto infra. Apparuerunt igitur in nube splendida equorum edigies et currus, deinde tota illa species evanuit, et tantum mansit turbo, qui Eliam proci in mediâ nube ab Elisei oculis abripuit, ut putat Abulensis, neque mihi displicet.

Secundò dubitatur, quoniam ab Elisei oculis abreptus fuerit Elias, et ubi nunc agat. Quæ de Eliâ nunc querimus, eadem alii de Enoch,

cujus eadem est ratio, disceptant. Et sanè multi sunt qui hæc disputationes otiosas esse atque inutiles putant, eùm res sit obscura magis quàm ut illam humana assequi possit intelligentia. Chrysostomus, homil. 21 in Genesis, et hom. 22 ad Hebræos: *Malit (inquit) quibet runt quod translatus sit Henoch, et quare translatus sit, et quare non fuerit mortuus, et nec ipse, nec Elias, et si adhuc vivunt, quomodo vivunt, et quali habitu; sed supervacaneum est ista querere. Quod verò translatus sit iste, et assumptus ille, Scripturæ dixerunt; ubi autem sit, et quomodo, non addiderunt, nihil autem amplius, quàm necessaria sunt, dicant, et quomodo, non Henoch lib. de Montibus Sina et Sion: *Translatus est (inquit); ubi? Deus scit.* Ex Scripturâ tantum habemus Eliam ascendisse per turbinem ad cœlum, de Henoch Eccl. 44, translatum esse in Paradisum. Quo sensu hic cœlum accipiendum sit, obscurum; quidam in significatione capiunt magis propriâ, et in cœlo beatorum intelligunt sedes. Sic Hieronymus Episto 61 ad Pammachium: *Henoch translatus est in carne, et Elias carnes translatus est in cœlum, necdum mortui, et paradisi fam cœloni, habent quoque membra cum quibus rapiti sunt atque translati.* Et hoc ipsum de Henoch affirmat Ambrosius lib. de Paradiso, cap. 5. Plerique de cœlo aereo capiunt, sicut alibi millies in Scripturâ capiamus necesse est, et eorum nonnulli Eliam ut Henoch in aere nunc habitare credunt; sed errant omnino plus quàm infantiliter. Alii communitè et verè assumptos putant de terrâ, et per aerem in certum aliquem translatus locum, ubi nunc degunt, sicut Habacuc ab angelo translatus est per aerem in Babylonem, in quem tamen terrestrem locum, non conveniunt.*

Aliud plerique sentiunt, cœlum in loco Eliam agere cum Henoch; atque ad id in paradiso statunt, quia Henoch, Eccl. 44, in paradiso traditur esse translatus. Et cum paradiso communi vocabulo locum significet amœnitatis eximie, qualis est hortus arboribus consitus, aut plantis odoratis, et per antonomasiam, locum ubi positus fuit à Deo, et à diabolo tentatus Adam, alii de priori modo accipiunt, et nihil definitum certum existimant; sed in illustrem aliquem, et deliciosum locum, qui tamen mortalium nemini notus sit, ad humanum consortio fuisse tractatum. Ita Gregorius homil. 29 in Evang.: *Et in cœlum, inquit, et aerium Eliæ sublati est, ut in secretam*



« quamdam terræ regionem duceretur. » Idem etiam existimavit Rupertus lib. 5 de Trinitate cap. 55: « Nusquam, inquit, Scriptura dicit intelligi, quod eos (Eliam et Henoch) tulerit Deus in ipsum paradysum, ubi comederent de ligno vitæ, et viverent in æternum; sed ita sublatis sunt, ut in secretis quidam regione terræ ducerentur, ubi in magnâ carnis et spiritûs quiete viverent, quos que ad finem mundi redeant, et mortis debitum solvant. » Et licet ad hanc sententiam, quod licet in Paradysum, unde eiectus fuit Adam, locatus fuerit Henoch, tamen non ideo efficitur, Eliam in eum fuisse translatum, aut in eo Eliam tempore degere Henoch, cum diluvium totum illius loci amœnitatem abstulerit, et inter paradysum, et alia universi loca (nisi forte ob communes alias causas, quibus una regio ab aliâ discernitur) aut nullam, aut exiguum discrimen appareat. Quod enim generalis illa terrarum inundatio splendorem terræ et amœnitatem abstulerit, et tradidit in recentioribus multâ, in quibus est Pereira lib. 5 in Genes. quest. 5; Genebrardus in Chronico; Jansenius in Concordiâ, cap. 145; Olesier in 2 cap. Genes. 2. Et docet ipsa rerum natura: quomodo enim cum terra tandiù esset aquis operâ, conservare potuit speciem antiquam, aut quomodo non esset ab aliquo tam rara illa amœnitas deprehensa, maxime cum fluxu qui suus in paradiso acatebras habent, ad illum locum deducere poterint?

Sanè res est difficilis, neque ejusmodi (Augustino teste lib. 2 de peccato originali cap. 25) ut nobis credendi necessitatem afferat, ut notavit Franciscus Suarez supra, et Pereira nuper citatus. Sic autem Augustinus: « Questiones sunt in quibus salvâ fide, quæ Christiani sumus, aut ignoratur quid verum sit, aut sententia definitiva suspenditur, aut aliter quam est, humanâ et infirmâ suspicionem conjicitur, veluti cum queritur ubi nunc sunt Elias et Henoch, an in paradiso, et an ibi: quos tamen non dubitamus, in e quibus nati sunt corporibus vivere. »

Si extat nunc paradysus, quod aliqui verum esse putant, neque fortissimè falsò, ibi nunc agere Henoch et Eliam neque ego dubitarem, neque ullas nisi in opinando foret mollior, quia ea est communis opinio, simul esse Eliam et Henoch, et simul suavissimos dies ducere, et mutuos inter se conferre sermones, quæ de re postea; sed in paradysum translatum esse Henoch, id est, in locum

ex quo protoplastus expulsus est homo, qui *divinioribus* paradysus vocatur, satis constat ex Eccl. c. 44. Sed licet illustris illa species et amœna generali totius mundi vastatione perierit, tamen verisimile est post illam universi deformationem et eisdem, nullam esse regionem fortunatam aut ornatam magis illâ, in quâ ante diluvium fuerat paradysus. In quâ verisimile est vixisse Henoch, etiam postquam splendorem pristinum amisit. Qui locus appellari potest paradysus, ab antiquâ specie et nomine, quod habuit, sicut alia multa, quibus licet nominis ratio propria defuerit, nomen tamen antiquum in magnâ rerum mutatione conservant. Quo sensu explicari possunt et Patribus non pauci, qui in paradiso dicunt esse duos hosce principes, ubi aliquando in deliciis vixit homo primus. Sic Irenæus lib. 5 contra hæreses cap. 5, quod confirmat testimonio presbyterorum Asia, qui dicunt se id ab Apostolis accepisse; Isidorus libro de Vita et Obitu sanctorum cap. 5; Hieronymus Epist. 61 ad Pamachium; Justin. quest. 85 ad orthodox.; S. Thom. 3 p., quest. 49, art. 5, ad 2; et primâ parte, quest. 102, art. 2, ad 5, quod ex interpretibus tenent Abulensis hic q. 25.

Tertiò dubitatur quid nunc in paradiso agant Elias et Henoch. Questio hæc nihil fermè habet præter conjecturas. An Dei nunc aspectu fruuntur, dicemus statim; Dei tamen sui consortio docet Hieronymus Epist. 61. Quod verò angelorum familiaribus fruuntur alloquis, quasi jam quodammodo illis concives et contubernales, utpote ab hominum comitatu separati, et in aliquâ humanâ conditione sublimiora expeditibus intenti, docet Metaphrastes sermone de Eliâ, quem apud Suriium invenies ad diem 20 Julii. « Elias, » inquit, ne in hodiernum quidem diem mortis fecit periculum, sed assumptus manet et exers senii, qui, ut arbitror, unâ versatur cum angelis, quorum incorruptionem et e materie vacuitatem per puram vitam et imitatus. » Satis ergo habent viri illi sanctissimi dñm angelicis fruuntur alloquiis, mirisque rerum illustrationibus fruuntur, quo se oblectent, et quo diuturnam illam moram, non solum patienter, sed etiam perquam suaviter ducant. Quòd si illi humana curant adhuc, deque humanarum rerum statu edocentur ab angelis, qui non semper optimus est, semperque varius, neque deesse poterit materies, de quâ familiaris instituitur sermo,

neque quid doleat, aut curet, Dei et gentis sue maximus zelator Elias, qui licet abstractus à suis, non tamen de illorum salute curam abiecit. Si enim Jeremias in loco et statu non magis ad orandum idoneo, in sinu videlicet Abrahæ, orabat tamen pro laborante populo, cur non idem de Eliâ, qui adhuc erat in vivis, licet à vivis procul existimandum? De Jeremiâ sanè habemus 2 Machab. 15, v. 14: *Hic est fratrum amator et populi Israel; hic est qui nullum orat pro populo et universâ sanctâ civitate, Jeremias propheta.* Nec est verisimile ignorare duos hosce principes, quid rerum fiat in mundo, in quo adhuc ipsi morabantur, maxime enim de populo, et pro illius salute fuisse sollicitos, cum nõssent optimè quam ob causam ad illum locum essent delati, nempe ut sese maxime hominum pesti, Antichristo videlicet viderent, et illius dissolverent consilia, et quæ mortali hominum generi intulisset dâma, restituerent. Quasi ipsi quodammodo redemptores essent futuri, et corporali mortè ab æternâ vindicaturi eos quos Antichristi seduxissent illecebræ, aut vis et metus à recto transvertissent. Quasi ergo ad se quodammodo communis salus pertineret, de illâ frequentes ac longos existimari possunt contulisse sermones. Sanè Elias non videtur ab hominum convictu separatus, abjèctis curam cognati sibi populi, quando non longè à translatione suâ literas dedit ad Joram, antiquos spiritus, id est, minaces et zelotypos, anhelantes, ut habes lib. 2 Paralipomenon cap. 21, vers. 12: *Allata est enim ei (Joram) litteræ ab Eliâ propheta, etc.*, et licet multi de tempore quo scriptæ sunt hæc atque datæ litteræ dubitârint, tamen non est improbabile in paradiso scripsisse literas, easque angelorum ministerio ad regis manus esse translatas. Ita putat Malvenda lib. 9, cap. 2, et quidam ex Hebræorum magistris; dicitur apertè in Seder Olam cap. 17, ubi Eliâ septennio postquam esset translatus, misisse traditur è celo literas ad Joram. Sed de tempore nihil hic definitio; tantum dico id mihi videri non improbabile.

Quartò dubitatur an Elias et Henoch nunc divino fruuntur aspectu. Quæ de re varis sunt sententiæ, et varii Patrum dicendi modi, qui rem dubiam relinquunt et Implexam. Ex antiquis Procopius Gazæus in Genes. duobus hisce principibus gloriosa attribuit corpora, et beatam animam, cui ex recentioribus subscribit August. Eogubinus in cap. 2 Genes.:

« Si hi, inquit, (nempe Elias et Henoch) cum corpore assumpti sunt, arbitrator ibi positos, ubi Jesus cum corpore versatur, in celo utique. » Idem fermè Catharinus opus. de consummatâ gloriâ Christi. Sed est communis aliorum sententia illos nondum cum beatorum felicitatem esse consecutos; ita aut expressè asserunt, aut indicant non obscure antiqui Patres, ex quibus Tertullianus lib. de Resurrectione carnis cap. 58, non æternitatis compotes, sed æternitatis candidatos appellat, id est, qui in eo sint statu, ut ab æternitatis possessione non excludant, cui jam videntur aut proximi aut affines. Augustinus de peccator. Meritis et Remiss. cap. 5, cujus verba statim adducemus, et lib. 9 Genes. ad lit. cap. 6: « Neque enim arbitrandum est Eliam vel sic esse jam, sicut erunt sancti, quando peracto operis die denarium accepturi sunt. » Nazianzenus oratione 54, sic dubitat, ut tamen eò magis videretur propendere, ut putet nondum esse compotem felicitatis æternæ: sic autem, illo longè post medium: « Henoch autem quamvis translatus fuerit, nondum tamen constat, an Dei naturam comprehenderit, aut comprehensus sit. » Neque abest aut conjectura optima, aut optimum ex Scripturâ sacrâ fundamentum, Quæ Franc. Suarez adducit tom. 2, in 3 p. S. Th. disp. 55, sect. 1. Primum, quia Scriptura negare videtur quemquam viventem in hæc mortali vitâ visurum esse Deum. Exod. 25, v. 20: *Non enim videbitur homo, et viuet.* 1 ad Timoth. ultimo: *Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* Scio scholasticos Doctores disputare an Moyses et Paulus divinam viderint essentiam, et eorum multis partem affirmantem, aut veram, aut certè non improbabilem videri; sed si ita concedamus, res tamen in Eliâ erit longè diversa, quia illis ad modicum tempus datum est, ut visione divinâ fruereutur, idque non sine aliquo, eoque gravi fundamento asseritur. At Eliâ et Henoch, ad diuturnum tempus dicitur esse concessum; neque tamen fundamentum habemus quod cogitationem istam atquecumque sustentet. Quòd si hi duo viri Antichristi ætate, dñm causam tuerent piam, et quæ Antichristi machinis collapsa fuerunt, studiosò restaurant, occidendi sunt, ut communiter dicunt Patres et interpretes, ad illud Apocalyp. 11, v. 7: *Et cum fuerint testimonium suum, bestia que ascendit de abyso, faciet æternam eos bellum, et vincet eos, et occidet illos.* Cui credat si

beatitude fruere, tulla esse passuros, quam tam absunt à beatitudine longè, quæ aliquid sonat tum perpetuum, tum æternitatis omnium atque doloris expertis?

Est quidem illis omnino concedendum aliquid, sed ex quo translati sunt, ita vivunt, ut si mille habent satietatem illis quadraginta diebus, quibus Elias ex calice aque et ex collyrida panis sine cibo vixit. Et tenet Franciscus Suarez tom. 2 in 5 p. S. Th. disp. 55. sect. 1. et idem, arbitror, Hieronymus sensit, licet obscurius, Epist. 6 ad Pammachium: et Henoch, inquit, translatus est in carnem; et Elias carnis raptus est in caelum, necdum et mortui, et paradisi jam coloni, habent quoque membra cum quibus rapti sunt stipe translati, vescuntur caelesti pane, et saturantur et omni verbo Dei. Et paulo inferius: et Henoch et Elias tanto tempore in eadem permanet estate, qui rapti sunt, habent dentes, et ventrem, genitalia, et tamen nec cibis, nec uroribus indigent. Hoc Hieronymi testimonium ideò nimis videtur habere firmitatis, quia Henoch et Elias tanto tempore in carne gestantes, non debuit ut solvant, eroduntur rediunt, quod illis cibi usum præstat, et omne deficientis naturæ subsidium. Idem penè Epiphanius hæres. 64: utcumque sit de sententiâ Hieronymi et Epiphani, sanè ratio docet, et potius fieri, et quodammodo debuisse. Nam si cum in eo statu foret Elias, qui multo magis aberat à beato, quadraginta diebus sic jejunos fuit, ut gustaverit nihil, quod etiam prius ad moxtem Sinai Moysi contigerat, Exod. 54, quid mirum si hoc idem contigerit Elias, qui ab hominum societate distractus illam agebat vitam, qualis decebat eum qui jam erat, ut dicebat Tertullianus, æternitatis candidatus, et beatorum vitæ aliquid modo affinis.

De vestimentis atque necessariis subsidiis, blandimentisque naturæ omnia sunt incerta, qualia sunt tondere comas, reseccare unguis et similia. Quæ de re late Abulensis q. 24. Sanè nisi illi nudè agant in paradiso, sicut Adam, quem suæ nuditalis in illo meliori statu non pedebat, existimare quis posset non insipienter, eas nunc servatas esse vestes integris consortio distracti, secum abstulerunt, neque excrevisse unguis et capillos, aut aliquid aliud, quod illis patuerit esse molestia. Nam si Hebræo populo in longâ traiectione per desertum neque vestimenta consumpta sunt, neque calcamenta detrita, cur negemus hoc illis esse

Sed esse nihil multo verisimilius in eo statu

nullo ut humano cibo duos hosce viros, sed impastos tamdiu vitam vegetam et robustam miraculosè conservare. Ita Augustinus lib. 1 de peccator. Meritis, c. 5: Neque his, inquit, et cibis egent, qui sui consumptione refecti; sed ex quo translati sunt, ita vivunt, ut si mille habent satietatem illis quadraginta diebus, quibus Elias ex calice aque et ex collyrida panis sine cibo vixit. Et tenet Franciscus Suarez tom. 2 in 5 p. S. Th. disp. 55. sect. 1. et idem, arbitror, Hieronymus sensit, licet obscurius, Epist. 6 ad Pammachium: et Henoch, inquit, translatus est in carnem; et Elias carnis raptus est in caelum, necdum et mortui, et paradisi jam coloni, habent quoque membra cum quibus rapti sunt stipe translati, vescuntur caelesti pane, et saturantur et omni verbo Dei. Et paulo inferius: et Henoch et Elias tanto tempore in eadem permanet estate, qui rapti sunt, habent dentes, et ventrem, genitalia, et tamen nec cibis, nec uroribus indigent. Hoc Hieronymi testimonium ideò nimis videtur habere firmitatis, quia Henoch et Elias tanto tempore in carne gestantes, non debuit ut solvant, eroduntur rediunt, quod illis cibi usum præstat, et omne deficientis naturæ subsidium. Idem penè Epiphanius hæres. 64: utcumque sit de sententiâ Hieronymi et Epiphani, sanè ratio docet, et potius fieri, et quodammodo debuisse. Nam si cum in eo statu foret Elias, qui multo magis aberat à beato, quadraginta diebus sic jejunos fuit, ut gustaverit nihil, quod etiam prius ad moxtem Sinai Moysi contigerat, Exod. 54, quid mirum si hoc idem contigerit Elias, qui ab hominum societate distractus illam agebat vitam, qualis decebat eum qui jam erat, ut dicebat Tertullianus, æternitatis candidatus, et beatorum vitæ aliquid modo affinis.

De vestimentis atque necessariis subsidiis, blandimentisque naturæ omnia sunt incerta, qualia sunt tondere comas, reseccare unguis et similia. Quæ de re late Abulensis q. 24. Sanè nisi illi nudè agant in paradiso, sicut Adam, quem suæ nuditalis in illo meliori statu non pedebat, existimare quis posset non insipienter, eas nunc servatas esse vestes integris consortio distracti, secum abstulerunt, neque excrevisse unguis et capillos, aut aliquid aliud, quod illis patuerit esse molestia. Nam si Hebræo populo in longâ traiectione per desertum neque vestimenta consumpta sunt, neque calcamenta detrita, cur negemus hoc illis esse

concessum, quos Dominus sic ab hominibus absumpsit ut ab illis usum nullum habere poterint, et ad ardua rerum molimina reservavit? Quare de rebus omnibus illis commodatum oportuit. Quod si (ut Hieronymus Epist. 61, longè post medium. puta) Israelitæ in deserto per annos quadraginta neque unguem, neque capillorum incrementa senserunt, quid vetat hoc idem duobus viris in paradiso concedere, maxime si nulli uti aut indigere cibis concedamus, quæ nihil existimantur esse aliud quam redundantia nutrimentorum excrementa?

Quinto dubitatur an Elias et Henoch in statu sint merendi, neque verè in paradiso mereantur. Res est dubia, neque aliquid habet quod sequamur, præter conjecturas. Quidam illos toto illo tempore meruisse, et ad finem usque mundi merituos putant. Ita putant Abulensis hic q. 24, et in c. 25 Math. q. 596; Viegas in c. 41 Apoc. com. 5, sect. 4; Henriquez lib. ultimo de Fine hominis c. 25; Tenas in c. 41 ad Hebræos disp. 4, sect. 5; Malvenda l. 9 de Antichristo c. 5. Alii quidam omnino negant, quia licet nondum assensit fuerint terminum vitæ, sic tamen sunt sedati seu sopiti turbidiores animi motus, ut nulla sit reliqua vinceandi seu pugnandi materia, quo singulari privilegio seu dispensatione quodammodo extracti videntur à vitâ, et quasi in illius termino constituti, sicut putat Gabriel Vasquez 42, disp. 216, c. 1, probabile putat Pereira l. 7 in Genes. disp. de Henoch. q. 5; Franciscus Suarez, tom. 2 in 5 p. disp. 55, lect. 1; Ludius Turrianus in 2-3 S. Th. q. 2, a. 8, disp. 51, dub. 2, ubi negat condignum meritum, congruum admitti. Rationes ille adducuntur præcipue, quia illi extra agone sunt, neque ab internis animi motibus, quos sedatos habent et rectè rationi obtemperantes; neque ab externis stimulis ac injuriis, aliquid habent adversum quod patiuntur. Deinde, quia si toto illo tempore, quod longissimum fuit (nam Henoch saltem mortalis vitæ ipsam præ seculorum ætatem adæquavit, quia cum ipso ferè mundo coepit, et cum ipso desinet) continens sit illius meritum, aliorum sanctorum et beatæ Virginis superabit merita, quod concedet nemo. Scio hanc rationem multis non adeò videri gravem, ut infirmari non possit. Nam licet plures fuerint numero in Henoch et Eliâ charitatis actus, at in beatâ Virgine usque adeò fuerunt intensione ferventes, ut unus multa aliorum mille longis excederet intervallis, sicut auri libra naturâ suâ et præcio plurimas villoris metalli libras excellit; deinde,

quia sicut in Eliâ et Henoch servate non sunt plurimæ naturæ leges, sic etiam neque in meritorum termino et modo. Hanc Suarez adducit rationem, quam putat aut propriam aut præcipuam: et Ratio, inquit, propria petita est ex divina ordinatione, ex qua quid pendet, ut tempus meriti vel demeriti sit hominibus definitum et pro statu vitæ mortalis. Quanquam verò hi duo mortui non sint, tamen translati divinitus facta quodam hunc effectum, tanquam mors illi reputata est.

At dicet, si ita statuamus, durissimum actum videri cum his tantis viris, et multò inclementius quam cum quolibet è viris justis, qui aut jam Deo fruantur in caelo, aut in terrâ, tanquam viatores et æternitatis candidati, rectam viam ad caelum ingressi sunt. Illi enim licet mereri desierint, fruuntur tamen beatificâ visione, bono videlicet incomparabili; hi verò licet hâc visione aliquando careant, illius tamen desiderium eâ ratione consolantur, quia interea majori meritorum cumulo, majus sibi quotidiè beatitudinis incrementum acquirunt. At hi ita hoc tantobono carent, ut nullolinterea lucro ditiores fiant, crepti sibi merendi facultate. Factior, gravis est hæc ratio, neque parùm cogitationem nostram premit in oppositum: neque tamen deest quid ad objectionem opportune respondeamus. Primum non detineri hos sanctos Deique amicos homines in paradiso tanquam in carcere, aut in hospitio parùm instructo, sed in domo planè regis, et beatorum domicilio, si ulla usquam in terris, affini ac proxima. Ibi enim nulla pugna, nulla sollicitudo ac pavor, eum è non aspirant hostiles insidie, neque externa aliqua vis, quæ pacem turbet, aut omnimodum interrumpat; cum non amplius timere possint fluctus illæ, ex quibus jam in tranquillam portum emerserant; cum sedati sint animi turbidiores motus, quibuscum viri sancti bellum gerunt implicabile et durum. Magna sunt hæc, et quæ felicitatis æternæ aliquam præ se speciem ferunt et partem non exiguam. Adde quod cum in atris excentibus domibus Domini, id est, caelo proximi vivant, magna quodlibet hauriant oblectamenta de caelo. Est illis cum angelis familiaris commercium, quos habent sic frequentes et assidue, sicut habuit quondam Jacob, cum in terrâ positus ascendentes per scalam angelos et descendentes videbat, à quibus illum accipiebant cibum, qui coelestes secum asportaret delicias, quo multò reficiebantur jucundius, quam eo quo splendidas instruit mensas, et magno sibi parat im-

pendiis lautorum hominum delicata gula. In hunc sensum accipi posset illud Hieronymi Epistolâ 61 sæpius citatâ: « Vescuntur, inquit, cœlestis pane, et saturantur omni verbo Dei, et habent eundem Dominum quem et cibum. » Epiphanius hæresi 64, non longè à fine, dicit Eliam spirituum esse carnem, quia spiritali pascentur neque corporalem appetit cibum, perinde atque si abstractus foret ab omni concretionem mortali: « Elias, inquit, est adhuc in carne, et carnis autem spirituali, et non opus habente, et ut per carnes nutriatur, velut cùm in hoc mundo fuit, et ut de torrente Carath bibat, et et pellem orilem induat, sed ut nutriatur alio quodam spiritali alimento, cuius suppeditator est, imò oculis cognoscit, et invisibilis illi creavit Deus; ambrosium quendam ad incorruptibilem cibum habens. » Aug. lib. 9 Genes. ad litteram, c. 6, ait: « Elias licet non eum habeat quod sancti, qui sui peracto et cursu storum operum in cœlis fructum percipiunt, habet tamen melius quam homines, qui nondum ex hac vitâ emigrarunt. » Bernardus serm. 6 de Ascensione, abundare cœlestibus bonis affirmat, et carere omnibus tam animi quam corporis incommodis, cum neque senectute conficiantur aut marcescant, aut morbo languescant, aut ullo tententur dolore, aut eum turbidis motibus, quorum esse grave periculosumque certamen, conflictantur: « Felices, inquit, viri, per quos divina ascensio legitur præsignata; Henoch raptus, translatus Elias. Felices planè qui soli jam Deo vivunt, soli vacant intelligendo, diligendo, fruendo. » Idem penè Tertul. de Resurrect. carnis c. 88, qui illis immunitatem tribuit ab omni vitio, et omni damno, et ab omni injuriâ et contumeliâ carnis. Hæc magna sunt bona, quæque à beatorum statu non valde recedunt; sed audi quam longè absint à pugna, aut ab his que in naturâ mortali existimantur incommoda: statim enim addit: « Neque enim corpora que corrumpuntur, illas aggravant animas, aut terrèna inhabitatio sensus eorum et tanquam multa cogitantes, deprimit, qui cum Deo ambulasse noscuntur. Factum id est, et sublatum est impedimentum omne de medio, et occasio universa sublata, materies multa relicta est, que eorum affectum aggravat, et vel deprimat intellectum. Nam et priorem, id est, Henoch ob hoc raptum Scriptura commemorat, ne fortè vineat malitia sapientiam, et intellectus ejus vel anima ultra decipi et valescat, aut mutari. »

Adde quòd, ut bene Suarez supra, credibile est hos duos viros in gratiâ fuisse confirmatos, quia non videtur æqua justaque conditio ut commerceri non possint, ad augendum bonorum campulum, peccare possint, ut à gratiâ excidant, etquam ante meruerant beatitudinem amittant. Neque est improbabile hoc ipsum illos non latere. Quare cùm nihil triste pati aut timere possint, et cœlestibus quotidie consolationibus afficiantur, non videtur cum illis tam actum iniquè atque inclementer, sicut alii putant, qui contra sentiant.

Dubitatur sextò an Elias venturus sit ad finem mundi ut quæ Antichristi labefactaverit improbas, restitueret. Hoc idem de Henoch querunt disputantque theologi; nos de uno tantum agemus Eliâ, quod nostri instituti est, licet quis de hac extremâ seculorum ætate de Eliâ dicatur, in Henoch, laboris et instituti socium, illa quoque conveniant. De Eliâ est illud Malachias cap. 4: *Ecce ego mitam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magna et horribilis; et Septuaginta in codicibus à Sixto correctis legunt: Mitam vobis Eliam Thebitem.* Quem in locum nos latè in illius loci Commentariis, que hæc conferre libet, quia non minus hic quam illic opportuna. Multa hic Patres de Eliâ, et de illius adventu, ut in diem judicii ea in Judæorum genere resiliunt, que Antichristi violentiâ et fraude collapsa sunt. De quibus præter Malachias interpretes, et illorum locorum Evangelii, quæ Joannem Baptistam Eliam esse dicunt, videtur Franciscum Suarem, tomo 2 in 5 parte S. Th. q. 59, disp. 55, et Malvendam de Antichristo l. 9, c. 6. Et primò statuendum est contra quam nonnulli existimârunt, Eliam, de quo hoc loco Malachias, non esse Joannem, neque contra graviter urget locus ille Matth. c. 17, et Marc. c. 9: *Interrogaverunt eum (Christum) discipuli dicentes: Quis ergo scribo dicunt, quòd Eliam oportet primùm venire? At ille respondens ait eis: Elias quidem venturus est, et restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias jam venit, et non cognoverunt eum. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Joanne Baptista dicebat eis.* Nam ex usu Scripturæ talis aliquis dicitur, qualis ille dicitur, cuius exprimit mores et ingenium. Quo modo Ezech. cap. 46 Chanana vocatur Jerusalem, quia Chananeorum mores imitatur; et Joannes Epist. c. 2: *Nunc Antichristi multi facti sunt, id est, qui Antichristi meditantur studia, et Ecclesiam Christi persequuntur.* Hoc modo Joannes vocatur Elias,

quia illius imitatus est zelum, et pro Ecclesiâ Christi et Christi nomine laboravit: neque minus constanter proposito capitis periculo reprehendit Herodem, quàm Elias Ahasb. Et sanè hoc ipso loco docet Christus dùm venturum dicit Eliam, cùm tamen jamdudum venisset Joannes. Priori autem loco locutus est propriè de Eliâ; posteriori de Eliâ mysticè, et de Baptistâ figurato et vero: de illo dixit venturum esse, de hoc jam venisse. Et clarius Matth. cap. 11, v. 14, ubi sic de Joanne: *Si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est, ubi duos sine dubio proponit Elias, alterum proprium, qui venturus est ante secundum Christi adventum, alterum figuratum, qui ante primum. Et quidem venturum esse Joannem in spiritu et virtute Eliæ, et quasi futurum alterum Eliam, dixit Angelus ad Zachariam parentem, Lucæ cap. 1, v. 1: Et ipse præcedet ante illum in spiritu et virtute Eliæ.*

Quare dubitandum non est de Eliâ propriè et verè agere Malachiam, quod docet apertè Septuaginta translatio in codicibus à Sixto correctis, qui ita vertunt: *Et mitam vobis Eliam Thebitem.* Sed est alius locus maxime illustris, qui nullo modo dubitare nos sinit, Eccl. c. 48, v. 10, ubi sine dubio in hunc Malachias locum intantus, dixit isdem penè verbis omnia sermò que nunc Malachias: *Qui receptus est in turbine ignis, in curru equorum ignorum, qui inscriptus est in iudicis temporum, levare iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, et restituere tribus Jacob; ut nemo dubitare potest ab Ecclesiastico nunc Eliam designari, sic neque à Malachia, ejus ibi videntur verba numerari. Quòd verò Elias Christi posteriorem adventum præcessurus sit, qui collapsa restituat, communis est Patrum interpretumque sententia, quos non ferret, ne longum taxam auctorum catalogum, tu vide quotquot in hunc Malachias locum, et in Matth. c. 17, et in Apocal. c. 11 commentarios ediderunt, qui plurimi sunt, et communiter docent, cum Eliâ simul Henoch esse venturum. Loca præcipua, quibus firmatur ista sententia, sunt que à nobis nuper adducta sunt: nempe hoc Malachias testimonium, et quod ad illos respectantes exhibuerunt, Ecclesiasticus c. 48, et Christus, Matth. c. 17, cumque eâ de re latè ab auctoribus disputatum sit, jure videor ab hoc negotio supersedere posse. Quòd autem in illo extremo eruentis conflictu occidendus sit simul cum Henoch, tenent communiter interpretes, tum alibi, tum*

maximè ad illud Apocalypsis. 11: *Et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis, amici saccis.* Hi duo, ut communis est sensus, Henoch sunt et Elias; hi habent potentatem claudendi cœlum ne pluat diebus prophetiæ ipsorum, et potentatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem, et percutere terram omni plagâ quotiescumque voluerint. Hæc Deus sanctorum virorum admiranda prodigia præstigiosis et falsis Antichristi miraculis opponet. *Et cùm fuerint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abyso, faciet adversus eos bellum, et vincet illos, et occidet eos, et corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magnæ.* Hæc erit mors, imò verus dies natalis Eliæ, que magno quodam incremento superiora merita cumulabit. Neque enim si, dùm in paradiso vixit, expers fuit agonis et meriti, sic extra illum quando ad certamen prodit, caruit etiam merendi facultate. Quis enim erodit strennum illud studium, quò in collapsi populi instaurationem incubuit, et vitam in Domini causâ tam prompto atque hilari animo profusam, caruisse merito, neque ullam postea obtinuisse mercedem? Placeat igitur quod Franciscus Suarez supra docuit, interruptum fuisse in Eliâ, non sibi tam merendi facultatem. Ait verò fuisse in statu merendi, et in gratiâ crescere potuisse ad illud usque tempus, in quo translatus est, et ad eundem statum merendi rediendum, quando iterum ad secundum Christi adventum præcursor, et detrimenti per Antichristum allati reparator adveniet. Hæc nos pro materiæ difficultate pauca de Eliâ, pro nostro instituto plus fortassè satis attulimus, plura alii. Neque ita in eâ parte, que de meritorum agit facultate, nostra probamus, ut aliorum, qui contra sentiant, sententiam improbemus, que neque caret bonorum auctorum testimoniis, neque gravium desiderata momenta rationum.

ET NON VIDIT EUM AMPLIUS, APPREHENDITQUE VESTIMENTA SUA, ET SCINDIT EA IN DUAS PARTES. Ex quo ex Elisei oculis se subduxit Elias in igneo curru, non iterum apparuit, neque, credo, culpam hominum visus est; aut videbitur unquam, donec tandem ultimum seculorum tempus adveniat. Neque prævisus, et fortassè non semel ante ploratus magistri discessus efflece potuit, ne grave esset et quasi inopinatum illius desiderium. Quare felix Eliseus, quod solent illi quos gravis aliquis et inexpectatus dolor invasit. Solent enim vestes discludere; ut sapè diximus, maximè lib. 2, c. 1, ubi hoc

ipsum fecisse dicitur David in Salsis exequiis. Hanc reor esse causam vestis in eo articulo ab Eliseo disrupte, non quia videret sibi ab Eliâ ipso digressu de pallio provisum. Utrum quidem homo inopis pallium perderet, quod fratrilibus egenis integrum usui esse poterat? Nupit itaque pallium, vel ut plium pro parento sublato dolorem ostenderet, vel ut suo sibi datori, ab illo familiari tegumento nudus satisfaceret.

**Vers. 15.** — Et lavavit pallium Elie quod ceciderat et Spiritum accepit prophetalem Eliseus ab Elieo pallio filii. 3. e. 19. quod videtur primum insinuat et quasi inauguratum ad prophetiam minus, cum eodem pallio nunc dupliciter accepit spiritum, et quasi alter creditur ad seipso. Neque jam videtur Eliseus, qui ante, sed Elias, in quem videtur repente transformatus, utpote novis jam filionis intelligentis, et miraculorum parator egregius. Neque fortuito cecidit Eliâ pallium, quasi illud in discessu ascensusque sui curris, minus servasset propheta diligenter, sed magno Dei consilio, ut pignus haberet Eliseus dati illi gratitudinis, et quoties pallium videret Eliam, parentis sui salubrem memoria, et seipsum ad filius experimenam imaginem inclaret. Quod optimum religionis hominibus documentum est, qui ubi primum religiosum institutum amplexi sunt, suos debent mores prostris exueret, et illos in seipsis ad vitam experimenam, quos informant illi, quorum genant habitum, et quos habent in novo vivendi genere duces et magistras.

**Vers. 16.** — Percussit aquas, et non sicut divisit (1). Et dixit: Ubi est Deus Eliâ etiam

(1) Sic et Sept. Hæc tamen verba desunt in Hebr. et Chald., sed sublitterantur: Ideo enim Eliseus secundo percussit aquas, quia prima percussione non fuerat divisus. Noluit enim Deus in prima aqua dividit, ne novus propheta Eliseus ex patre miraculo superbiat de novo suo spiritu, sed pro preces ad Deum recurreret; rursum ut secret se hanc mirram divisionem, exterque miracula secutura non suis, sed Eliâ maritis obtinere. Ita Abul. et Calletan.

Un est Deus Eliâ etiam dixit? Hebr. et Sept., etiam ipse, qui scilicet semper idem est, fidelis, omnipotens, et servos suos se invocantibus exaudiens. Non quod Deum putaret absentem, sed quia presentiam ejus in beneficiis requirebat, sicut S. Ambr. in psal. 57. Unde Chald. vertit: Suscipe petitionem meam, Domine Deus Eliâ etiam ipse. Hoc est primum Elisei miraculum, scilicet quod pallio Eliâ percussit Jordanem, cum dividerit et sicco pede transiit. Nota pro, etiam ipse, Hebr. est, aph hu, quam vocem Hebræam retinet Septua-

ginta, vertuntque *seppe* (quam proinde perpetuam Theodor. accepit ut Græcam, vertuntque *occultum*), quasi illud sit nomen proprium Dei. Dei enim nomen est illud: *Ipse est qui fecit nos, ipse fecit celum et terram, ipse est Dominus Deus noster; hu enim derivatur ab hnta; quare idem est quod Jehova, sive e in. Id est, me est. Exod. 5. v. 6. (Corn. à Lap.)*

*Eliseo, spiritus tuus manentem quod Elieo manit laisset tomber. Il est frappé les eaux, et elles ne furent point divisées. Alors il dit: Où est maintenant le Dieu d'Elie? Naturellement il vient dans l'esprit que ce fut par une espèce de dévotion qu'Eliseus, voyant que l'eau du Jourdain ne s'était point retirée, lorsqu'il la frappa avec le manteau que son saint maître lui avait laissé, s'écria: Où est maintenant le Dieu d'Elie? Mais ce n'est point la manière dont les interprètes et les Pères arabes l'ont expliqué. Car ils témoignent que Dieu n'ayant point voulu lui accorder et promptement ce miracle, pour empêcher qu'il ne se glorifiait peut-être de ces grands dons, et qu'il ne se les appropriât en quelque sorte, au lieu de les rapporter à leur principe, il se sentit obligé d'élever son cœur vers celui de qui découlent toutes les grâces différencées sur les hommes, et qu'ainsi, lorsqu'il s'écria: Où est maintenant le Dieu d'Elie? ce n'était pas, comme le dit saint Ambroise, qu'il eût que le Dieu d'Elie était absent, mais qu'il témoignait par là, désirer qu'il voulût bien lui faire sentir sa présence par ce miracle qu'il lui demandait. Non quod pater amittenti, sed quia presentiam ejus in beneficiis requirebat. Et l'on peut bien ajouter sans doute à ce que dit saint Ambroise, qu'Eliseo pressa le Seigneur de lui accorder cette grâce, afin qu'il parût à tous les disciples des prophètes qui le regardaient de loin, qu'il était véritablement l'héritier des dons d'Elie, et que ce serait par la vertu de son esprit, ou pour mieux dire, par la vertu de l'esprit de Dieu, qu'il opérerait tous ces prodiges, comme c'était par l'attouchement de son manteau qu'il prétendait obtenir que l'eau du Jourdain se divisât et lui ouvrir un passage. Car c'est ce qu'il sentait qu'il est aise de juger par la suite du texte sacré, qui dit que les enfants des prophètes l'ayant vu passer ainsi le Jourdain, dirent: L'esprit d'Elie s'est reposé sur Eliseo. Ainsi, bien loin que ce cri qu'il fit pour demander où était le Dieu d'Elie, fut une marque de son peu de foi, il devint plutôt une preuve de sa grande humilité. Quant à ce que dirent ces disciples des prophètes, que l'esprit d'Elie s'est reposé sur l'esprit d'Eliseo, saint Augustin dit fort bien qu'on ne doit pas l'entendre grossièrement, comme s'ils avaient crié que le propre esprit d'Elie l'eût quitté pour venir remplir Eliseo, ce qui est extravagant à penser, mais que l'Esprit-Saint, qui avait été par le ministère d'Elie, agissait alors par Eliseo, sans néanmoins quitter l'un pour animer l'autre, et sans être moindre dans Elie, pour s'être communiqué à son disciple, puisqu'il était Dieu, il peut être en tous autans qu'il le veut, selon la mesure de la grâce qu'il leur donne. (Sacy.)*

facilem; hoc idem tentavit Eliseus ut experimento disceret spiritum Elie duplicem sibi fuisse concessum. Quare eodem quo nuper Elias pallio percussit Jordanis aquas, quam tamen divise non sunt, vel quia curiosus, quid sibi fuisset à Domino concessum explorare voluit, vel quia insolentius sibi ipsi de duplicato spiritu blandiebatur. Quare subindignans quod res non sibi successisset ex voto, et de Deo potius quam de Eliâ, conquestus, quod parentis fidem non liberasset, à quo pater insinuetus duplicem promississet spiritum; ait: *Ubi est Deus Elie etiam nunc? id est, cur Deus, qui Elieo adfuit, divisitque Jordanem attactu pallii, qui fidelis fuit Eliâ, ad hunc usque diem, nunc etiam non est, neque talia mihi præstat, qualia præstitit hinc usque parenti?*

**Percussitque aquas, et divisit eas.** Admonitus jam eo rerum eventum Eliseus suarum non esse virtum aquas dividere, et demissus de se quam ante cogitans, percussit iterum aquas, quæ divise sunt; et sicut antea cum Eliâ, sic etiam postea solus sicco vestigio ad ulteriorem usque ripam evasit.

**Vers. 15.** — **Requirit spiritus Eliæ super Eliseum.** Cum filii prophetarum qui habitabant in Jericho, quique secuti Eliam et Eliseum non procul à Jordane subsisterant, viderunt Eliam pallio vestitum Eliseum, et in eo parentis imaginem, facile sibi persuaserunt spiritum in filio concessisse, et illum pro Eliâ parente atque magistrum fuisse susceptum. Quam cogitationem confirmavit magis Jordani miraculosa trajectio, et eodem modo siccitatem ab Eliseo fluminis avicam, quo paulo ante fuerat ab Eliâ. Quare omnes prompti atque hilares ad terram se venerandi prosternunt. Cùmque parentis optimi desiderio languerent, deque illo etiam Eliseum sollicitum arbitrarentur, afferunt illi viros quinquaginta expeditos et fortes, qui omnibus vestigiis indagarent Eliam, et sicuti sibi domicilia ducerent. Cùmque sapienter ab Eliseo repulsi, urgerent tamen, acquivit illorum precibus Eliseus, neque labor ille tantis aliquali titulum præter lassitudinem et molestiam. Quomodo enim illum invenirent, quem Deus usque ad finem mundi ita latere voluit, ut nemo videret, aut locum nosset, ubi sumum sibi secessum, aut laborem haberet? (1)

(1) **Vers. 16.** — **Ne forte toleret eum Spiritus Domini.** Eliam perpetuo evanuisse, sibi non persuadebant propheta, putabantque,

**Vers. 19.** — **Ecce habitatio civitatis ruinas optima est, sicut tu ipse, domini, presertim;** sed aquæ pessime sunt, et terra sterilis. Erat propè Jericho, ut vidimus, prophetarum collegium, ex quo paulo ante excesserat Elias, cujus sedes tum ad alios usus erat opportuna, tum maxime ad divinarum rerum contemplationem, quod prophetis erant proprium et familiarè negotium. Sed illud ad alias commoditates accedebat incommuni, quod turbæ erant atque insalubres aquæ, à quo pater aliquoquin ubertatis eximita et felices glebas, maciem et sterilitatem invexerat. Quod incommodum si aliqui ratione depelli coningeret, nihil inveniri posse putabatur prophetarum et consociarum instituto magis idoneum. Quare erant prophetarum illi parentem Eliseum, cui adeo miraculorum facilitate concessam esse norant ex siccato nuper flumine, quod aperto sicut arente alveo proxime transierat, ut sanatis aquis, à quibus illius salii proveniebant tum dira colubitas, communi salutis et illorum commoditati consulere.

**Vers. 20.** — **Afferret enim vas novum, et mittite in illud sal (1).** Duo hic miracula, illaque

turbicem illum, qui virum rogauerat, in remotissimum aliquem locum Eliam transmississe. Contigisse interdum videtur, ut propheta eodem impetu transierent. Absolus ad Eliam: *Tu dicis mihi: Vade, et dic Dominus me: Admit Eliâ. Cùmque recessero, à te, Spiritus Domini apparuit tibi in locum quem ego ignoreo et ingressus sanctilabo Achab, et non invenire te, interficit me.* (Calmet.)

(1) *Eliseo leur dit: Apportez-moi un vaisseau neuf, et mettez du sel dedans; il alla ensuite à la fontaine, et ayant jeté le sel dans l'eau, il dit: Voici ce que dit le Seigneur: J'ai rendu ces eaux saines, et elles ne causeront plus à l'avenir ni la mort des hommes, ni la stérilité de la terre. Ce saint prophète commande qu'on lui apporte un vaisseau neuf, et que l'on mette du sel dedans, parce que voulant faire reconnaître la puissance du Seigneur dans le miracle qu'il allait faire, il craignoit que si le vaisseau n'était déjà servi, ou s'il avait mis lui-même le sel dedans, on ne pût pas s'assurer si clairement de l'effet parement miraculeux qu'il devait produire, et qu'on ne le soupçonnerait peut-être de quelque espèce d'enchantement. Les saints ont expliqués d'une manière particulière ce miracle d'Eliseo. Saint Jérôme dit que cette fontaine figurait la loi, et que l'empereur et l'impiété n'ont été comme assésonnés par la sagesse du vrai Eliseo, qui l'a rendu douce et en même-temps léconde. *Intuita est fœtus quondam legis amarissimum et sterilem, quem verus Eliseus sua condidit sapientia, et in dulcorum ubertatem convertit.* Mais saint Ambroise fait cette même application d'une manière encore plus édifiante aux gentils: « Cette ville disoit il, dont on représente la stérilité à Eliseo, nous*

vehementer admiranda conspicimus, alterum sale immisso salsuginosum agrum et salisquam temporis momento sanari, et illum reddi uberem et gratum, hanc dulcem et salutarem; alterum medico sale occultas aquarum scatebras, quæ in ipsis terræ visceribus erant abstrusæ, quæ post multos dies, imò et post ætas multas, nunc etiam profluent, eam accepisse virtutem, ut ab agris equalorem et maciem, et à corporibus fastidiosam amaritudinem et agritudinem expellant. Non dicitur ab aquâ salsâ provenire, et agrî sterilitas, et corporum morbus, sed aquæ dicuntur pessimæ et solum sterile; quare ex alio aquarum vitio provenire potuit illa agrorum corporumque deformitas, ut quia sulphureæ sint, aut aliquid aliâ ratione fetentes et graves, aut quia ex locis, quæ permeant, aliquid secum traxere pestilentis et noxium, quod agris aut vitis, aut corruptis, quales plurimâ ab historiis naturalis auctoribus traduntur, quæ insubribus reddunt regiones, quas interfluunt et irrigant, aut ineptas sementi, aut desolatas alunt infestas, non solum frugibus, sed etiam hominibus. Quod si ita statuas, quod Vallesio in suo sa-

marquât l'Eglise qui étoit stérile avant l'ave-nement de Jésus-Christ, par la qualité manvaise des eaux, c'est-à-dire, par l'indolence des gentils, se trouvant dans l'impossibilité d'engendrer à Dieu des enfans, mais le même Jésus-Christ étant venu dans le monde, et ayant pris un corps humain, ainsi qu'un vaisseau de terre, à guéri l'impureté de ces eaux, c'est-à-dire qu'il a détruit l'idolâtrie et des peuples profanes. Et en même temps l'Eglise, qui avoit été jusqu'alors stérile, a commencé à être féconde; ce qui a fait dire au grand Apôtre, après un prophète, en s'adressant à l'Eglise même: *Adhærentes non, cæteris, quæ in æquitate sunt; pascetis des criss et de jote, vous qui ne devenez point mère, parce que celle qui étoit délaissée a plus d'enfants que celle qui a un mari.* Car l'Eglise, qui étoit stérile, a en effet un plus grand nombre d'enfants que la Synagogue, qui avoit passé jusqu'alors pour être féconde. Le même saint dit encore que le sel dont se servit Elisee pour rendre saines les eaux de cette fontaine, nous figurait les Apôtres, puisque Jésus-Christ a dit qu'ils étoient le sel de la terre. Si donc, ajoute ce Père, les Apôtres ont été comparés au sel, nous voyons en eux l'accomplissement et la vérité qui n'étoit qu'une figure du temps du prophète, c'est-à-dire, que de même que le sel qui fut répandu du vaisseau de terre dans les eaux de la fontaine de Jéricho, les rendit saines, ainsi les Apôtres, ayant été envoyés par le Sauveur et répandus dans le monde, ont assaisonné comme un sel divin, et guéri les peuples d'une autre stérilité criminelle qui les empêchoit de produire, ainsi qu'ils ont fait depuis, les vertus chrétiennes. (Sacy.)

erâ Philosophiâ videtur non difficile, quia contra mortiferam vim, qualem aquæ istæ pessimæ videtur habuisse, dum injecto sale excessisse dicitur mors et sterilitas, (mors enim non tam à salsugine, quam ab aliâ vitiosâ qualitate provenit) non exiguum usum videtur attulisse salis admixtio, quod ut aliâ putrida atque corrupta, et olentia graviter, sanat et corrigat. Sic etiam, si quod ejusmodi vitium aquis adharere contingat, illud salis aspersio aut omnino tollit, aut reddit minus noxium et græve. Et additi iis, qui rerum naturas diligenter explorant, nullum remedium videri præstantius, ut expurgentur putei graviter olentes, aut pravo aliquo sapore infecti, quam si in illos sal ad certam aliquam mensuram injiciatur. Quod si ita est, accommodatum fuit remedium à sale petillum: et in eo tantum spectari potuit miraculum, quod sale medico aquæ juges, et ex imis terræ visceribus quæ penetrare non potuit medicina, scaturientes, vim illam gravem et pestilentem deplerint.

An verò aquæ illæ à salsugine, vel ab aliâ aliâ proprietate fuerint infectæ, incertum est: ex loco autem, unde fons ille noxius erumpebat, non potest aliqua conjectura, ut opinemur ex corruptione et qualitate fetenti et putri, provenire sterilitatem et morbum, non ex salsuginis vitio. Erat enim fons ille proximus mari Mortuo, cujus aqua erasior est, et magis amara quam ut potari queat: quæ et gravem habet anhelitum, neque in vicinis locis quecumque sinit esse frugiferum. Est autem verisimile ex mari illo Mortuo per occultos meatus aquas in illius fontis caput derivari, quæ et corporibus tabem, et agris maciem et sterilitatem inducerent. Sed hoc mihi ideò est difficile, quia cum Jericho in superiori loco esset ex mari Mortuo, quod in valle est, ut constat ex Gen. 14 (ubi sæpè vallis appellatur Syvestris), non potuit aqua aëtheri cursu ad locum illum superiorem ascendere. Verius puto aquas illas Jerichontinas fuisse salinas, quod ex ipsius loci naturâ mihi persuasum, in quâ salis est plurimum, atque adeo salsuginosus est ager. Antequam vallem illam, ubi quinquæ fuerint civitates, ecclesie consumaret incendium, tantum illi salis fuit, aut fossile, aut ex aquâ concretum salsâ, ut vallis appellaretur Salis. Gen. 14, v. 5, et mare Salsissimum; et sæpè audivimus vallem Salarum, quod non procul abest à mari Mortuo. Noque levis conjectura sumitur ex statu salis, inquam Gen. 14 conversa fuisse traditur uxor

Loth. Erat enim, opinor, ibi sal fossile, ex quo sicut alicubi in Hispaniâ quasi ex saxo duro simulacra finguntur. Ut ergo ibi, si quis fuit fons, illum salsissimum fuisse oportet, sic etiam si Jericho mons aliquis fuit ex salso lapide, salsas fuisse aquas necesse est. Adde quod hoc vitium frequentissimum esse solet in aquis, ex quo illic sunt nullâ ratione poculentæ, quales sunt marinæ, et terram omnino reddunt infocundam. Quare jam inde ab antiquissimis temporibus ad nostrum usque sæculum terra illa in alioquin sceleris ulionem conspergitur sale, quam esse sterilem optamus. Quod autem, jubente Deo, sal fuerit ab Eliseo in fontem missum, probat effectus ipso, id est, aquarum sanitas, et verba quibus in lustralis aquæ benedictione utitur Ecclesia. Ait enim: *Exorciso te, creatura salis, per Deum qui te per Eliseum in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aqua.*

(1) Disputat hic Abelens, quest. 21, an decessit religiosus, qualis erat Eliseus, in aulis principum versari, ac respondet deesse si sint magne solidique prudentiæ et virtutis, uti erant Elias et Eliseus, quos Deus ad reges mitebat, ut eos in Dei cultu erodirent, vita castigarent, sanæ concilia suggererent. Sic Plutarchus scripsit libellum hoc titulo: *Maximè cum principibus viris philosopho esse disputandum*. Unde Pericles usus est Anaxagorâ, Dionysius tyrannus Siciliæ Platonem, Pythagorâ principes Italiæ, Gato Athenodoro, Scipio Panælio. Cæterum, ad castra magis religiosus probatè virtutis mitti expedit, ut milites insteruant, coercent, sacramenta ministrant; unde multi militum per eos salvantur, qui sine eis dampnarentur, ut patet ex missionibus castrensibus in Belgio, Germaniâ, Italiâ, Galliâ, etc. Adde religiosorum exempla sanctitatis, precæ et sacrificia, multum professe exercitiis, ut profuit hic Eliseus. Cæterum, religiosi, qui honoris, libertatis vel vanitatis causâ aulas ambiunt, tam aulas quàm seipsos perdunt, ac religionum superioribus magnas creant molestias, ut satius esset eos esse se-

tre, et se sont entre-tués: Moabites, marchez pour enlever les dépouilles.

24. Ils vinrent donc au camp d'Israël. Mais les Israélites se levant soudain, battirent les Moabites, qui s'enfuirent devant eux. Les vainqueurs, les poursuivant, les taillèrent en pièces,

25. Détruirent leurs villes, remplirent tous les champs les plus fertiles de pierres, que chacun vint y jeter, bouchèrent toutes les fontaines, abattirent tous les arbres fruitiers, et ne laissèrent sur pied que les murailles faites de terre. La ville capitale fut aussi investie par les frondeurs, et une grande partie des murailles fut abattue.

26. Le roi de Moab, voyant qu'il ne pouvait plus résister aux ennemis, prit avec lui sept cents hommes de guerre pour forcer les quartiers du roi d'Edom; mais ils ne purent y réussir.

27. Alors, prenant son fils aîné, qui devait régner après lui, il l'offrit en holocauste sur la muraille pour se rendre ses dieux favorables; ce que les Israélites ayant vu, ils eurent horreur d'une action si barbare, et s'étant retirés aussitôt de dessus les terres de Moab, ils s'en retournerent dans leur pays.

COMMENTARIUM.

suo proximè; sed Ochozias frater, qui duobus regnavit annis, ut diximus, et sine liberis decessit, hic nonnulli occurrunt in temporum ratione non admodum expedita. Quæ tamen juxta regulas supra tractatas ad c. 1, num. 17, conciliari possunt, ubi diximus annos interdum imperfectos omiti, interdum censeri pro integris, et cum aliquando filii simul cum parentibus regnaverint, nonnumquam filii numerari annos, in quibus filius cum parentibus fuit communiè regnum; interdum filios tantum, quos extincto patre solus sine consorte filius tenuit regni gubernacula. Quare si cum patre quisquam duobus regnavit annis, et solus decem, regnasse dicit potest aut decem, aut duodecim: et regnasse crepisse alterius regis anno aut decimo octavo, aut vigesimo; sic multa componi posse diximus, quæ minus inter se consentire videntur, cum uno in loco ponatur alius annorum numerus, v. g. in libris Regum; culares quàm religiosos, ut experientia docet. (Corn. à Lap.)

gibus in alio, puta in lib. Paralip., in quibus idem sepe tractatur argumentum. Hoc ad varios usus præmissum esse volo, ne cogar iterare sæpius, et eandem responsonem, ad nullas quæstiones, sibi quæ simillimas adhibere. Si quid occurrerit, cui hæc communis veræque doctrina non satisfaciat, quod accidet aliquando, aliam tentabimus viam explorandi nodi.

VERS. 2. — ET FECIT MALUM CORAM DOMINO, SED NON SICUT PATER SUUS ET MATER; TULIT ENIM STATUAS BŪM. Dico quædam tempore Achab Israelitibus gentem impietatis generavitulorum imple sacra, quæ primum in duxit Jeroboam, et conservavit Achab; et quæ accepta à patre in patrique gentili in duxit Jerabael. Quæ cum esset Solvina, Sidænorum filius in Israelitico tractu excitavit altaria, et Baalis obstitit simulacra, sacravit sacerdotes, instituit sacrificia. Posteriora hæc sustulit Joram, priora retinuit, et sicut fecere superioris reges Israel, divinos vitulis honoris impendit. Atque idcirco dicitur neque tam peccasse impendit et praverit sicut parentes, qui novam induxerant impietatem: neque omnino ab idololatria fuisse liberum, cum constat à Jeroboamo vitulis abasere. (1)

VERS. 4. — PORRO MESA REX MOAB VENERAT PECCATA MULTA, ET SOLVERAT REGI ISRAEL CENTUM MILLIA AGNORUM. Subegit David sibi regiones plurimas, easque sibi reddidit vestigias, ut habet lib. 2. c. 8. Quas fuit Syria, Idumæa, Moab. De Moab habet ibi, v. 2. de Idumæa v. 14. Quod ad hoc usque tempus pensitavit Moab, ad tempus inquam Achab, nam et illo mortuo, et Ochoziaz regnante, rebellavit Mesa. Neque tamen contra illum quicquam molitus est Ochoziaz, aut quia non satis habuit temporis, cum regnum non duraret ultra biennium, aut certe, ut erat animo imbecillo et languido, tentare non est ausus. Cum verò hæc regiones David et Salomonis filio, qui in Israele toto dominabantur, vectigalia pendissent, postquam regnum illud dissectum est, aliæ provinciæ regibus Israel, aliæ regibus Juda, pro locorum opportunitate et vicinia tributa

(1) VERS. 5. — VENUDAMEN IN PECCATIS DE BORDAM, ETC. ADHÆST, columnæ vitulos aures à Jeroboamo erectas, et populina ad eorum cultum impellendo, ne à se desineret ad Josaphat regem Juda, si Jerusalem ejus metropolim ad colendum verum Deum in templo adiret. Magna fuit regum Israel judicii perversitas, excelsus et obstinatio, in sustentandis hisce vitulorum idolis, ideoque omnes perierunt et excisi sunt. (Corn. à Lap.)

solvebant. Moabitica regio Israelis, Idumæa regibus Juda, ut mox videbimus. Huic porrò Mesa cum regione incolebat theren, et pascentis gregibus idoneam, de gregibus statis temporibus certis quidam numerus impositus est; quem ille fideliter reddidit, non deonso vellere ex pacto. Ubi Vulgatus, *mitrhat*, Hebraicè est *mahed*, id est, punctans, seu consignans, quia qui greges pascent, aut nutriunt, certâ quâdam notâ, seu caractere consignant pecora, quo ab alienis gregibus distinguantur. Est autem usitatum valde, ut certâ quâdam actio totam artem aut munus significet. Quomodo salsamentarius hæc notâ significatus est, qui cubito se emogit; tribunus, qui in militiam capita frangit vitæ. Sic quia pastores aut pecorum domini notis quibusdam pecora compungunt, aut signant,  $\square$   $\square$   $\square$  dicuntur, id est, punctantes. Certè hoc esse proprium pastorum munus, dixit Virgil. lib. 1. Georgicorum:

Aut pecora signant, aut numeros impressit acerta.  
Festus: « Signare significat modò scribere; modò annulo signa imprimere, modò pecora signis notare. » Isidorus libro 20: « Character est ferrum cælorum, quo nota speculibus inuruntur. » (1)

VERS. 6. — EGRESSUS EST Igitur rex Joram in die illa de Samaria, et recessit in versum Israel. Cum statisset Joram omnino subigendum esse populum rebellem, et ad officium et fidem revocandum, delectus habuit ex ditione sua, quam maximos potuit, et allicum jam sibi regem Juda Josaphat, rogavit sibi ut veniret subsidio contra rebellem seruum et hostem quodammodo communem. Quod ille libenter ac prolixè pollicitus est. Neque satis habuit è subdito populo milites cogere, qui unâ secum militarem operam Joram navarent, sed etiam eodem compulsi Idumæam, subjectam tunc sibi et vectigalem populum. Quod ex eo mihi persuasit, quia rogatus Josaphat per quam viam decendus esset exercitus in terram Moabitidem, respondit, per Idumæam, id est, per regionem sibi jam ante subjectam. Unde secum regem abstulit Idumæam, ut è toto capite constet. (2)

(1) VERS. 5. — CERQUE MORTUIS FUISSET Achab, PRÆVALENTIS EST REGES, hoc est, Rex Moab rebellavit, ut veritè Claudi. Joram regi Israel, eique solitum tributum negavit, quia eum ob inventum et ob cæsum in prelio Achab patrem contempsit. (Corn. à Lap.)

(2) VERS. 8. — PER CŪAM VIAM EGREDIENS,..... PER DESERTUM IUDÆÆ. Moabiticam regiõ sita erat ad orientem maris Mortui; atque iter

VERS. 9. — PERREVERUNT Igitur rex Israel, ET REX EDOM, ET CIRCEHERUNT PER VIAM SEPTENTRIONEM. Ex Idumæa ad regionem usque Moabitidem septentriale iter est, non quidem singulari et expedito, sed militari incessu, seu prætorio, qui magis est impeditus et tardus; totus autem tractus iniquosus erat et sitiens. Quare necesse erat, nisi Deus laborantem respexisset exercitum, ut perirent omnes sid, aut gravi aliquo premerentur incommodo. Quod cum impendere sibi existimaret rex Israel, cuius præcipue agebatur causa, exclamare cepit et dolere, quasi actum jam esset de tribus regibus, quos Deus Moabitum ferro objeisse videbatur.

VERS. 11. — ET AIT JOSAPHAT: ESTNE HIC PROPHETA DOMINI? Inops consilii Josaphat cum rem eò addictam videret, unde non putabat habiturum effugium, aut exitum talem quem sibi pollicebatur, prius à Domino duxit petendum esse consilium, quando opportunum nihil expectari poterat ab hominibus. Rogat igitur an ibi esset prophetarum aliquis, qui à Deo seisciteur rerum eventum, aut quid sit opus factu. Accidit autem percommode non sine divino consilio, ut reges hosce sequeretur Eliseus, qui, ut ex fine capitis præcedentis liquet, in Samariam venerat, unde movit conscriptus exercitus à Joram.

EST HIC ELISEUS FILIUS SAPHAI, QUI FUNDERAT AGAS SEPEP MANUS ELIÆ. Hic Rab. Salomon suo more negatur, et putat ab Eliseo, Elise aquam super sacrificium ex love, et circum altare aquam fudit copiosam, ita ut aqua fossas hinc inde circumductas impletet. Sed errat hic Rabbini iste admodum infatuilliter, tum quia capite illo 18 apertè dicitur ab illis, qui contra stabant pro Baal, impletas fuisse hydrias, et aquam effusam. Implete, inquit brevissimum expeditissimumque, rectè docens ex Juda in Israeliam, erat per vada Jordanis, paulo supra influxum ejus amnis in mare Mortuum. Sive autem motuerent reges ne Moabitum obsideret vada Jordanis, et Arnon, qui pariter transmittendus erat ventenibus in eam regionem, vel improvisi superveniret, ac Moabitas à tergo adoriri vellet, venire per Idumæam, atque copias circumducere per oras maris Mortui statuerunt, ut in plaga meridionali Moabitas aggredereatur. Illic paulo inferioris tres idem reges circueisse per viam septentrionem dicuntur. Brevius enia tempus satis erat, ut rectè viâ è regione Israelis in ditionem Moabiticam pervenirent. Illud etiam huic viâ accedebat incommodi, quod aquâ destitueretur, cujus defectus in eas angustias, de quibus statim, coniecit exercitum. (Calmel.)

Eliseus, quatuor hydrias aquâ, et fundite super holocaustum. Deinde, quia eo tempore nondum sibi Eliseus socium adsciverat Eliseum, quem c. 19 unxit prophetam, et sibi sociavit. Fuisse autem super Elise manus aquam Eliseum, nihil est aliud quàm Elise fuisse famulum, et illi talia præstitisse ministeria, qualia servi assolent dominis suis. Est autem usitatum tam in sacrâ quàm in profanâ literaturâ, ut actio aliqua pro toto ministerio aut arte sumatur. Quomodo solvere corrigiam calcamenti, idem est quod obire servile ministerium; et, quod dicebamus proximè, notas pecoribus imprimere, quo distinguantur ab aliis, idem valet quod pastorum opus exercere. Neque puto tam fuisse delicatum aut lautum Eliam, ut illam operam sibi ab Eliseo præstari voluerit, quam ipse multò libentius impenderet Eliseo, sed quia hoc est plerumque servile negotium, ideo proverbiali specie suspicior usurpari solum pro manere et conditione servili.

VERS. 12. — DESCENDITQUE AD RUM REX ISRAEL, ET JOSAPHAT REX JUDA, ET REX EDOM. Verùm angustie et ineluctabilis infortunii incussa formido, faciunt ne quis magnificè de se loquatur ac sentiat; imò ne se quis aliis superioriorem existimet. Quare viri etiam principes, ut subsidium sibi parent in adversâ fortunâ, supplices se abijciunt ad inferiorum pedes. Id hoc loco tribus contigit regibus, cum ante illorum oculos, aut mors obversaretur, aut ignobilis fuga, aut quod ab insolente victore accelerare solet infortunium. Quare non accersunt Eliseum quem esse secum in castris audierant, sed ad illum descendunt, orantque ut pro ipsorum causâ, quam in summum putabant adductam esse discrimen, precaretur Deum, et ab illo de rerum exitu aut de pugnandi ratione consuleret. Quòd vero eò spiritus demitterent regios, faciebat et angustus ille rerum articulus, et quòd non ignorabant, quàm esset Elisei oratio et indignatio dura, cum audissent (quis enim rem ignorasset tantam?) et sanatum esse fontem Jericholimium, et quadraginta duos pueros laceratos ab uris, qui vulgari convicio tanto viro petulantur illuserant.

VERS. 13. — DIXIT AUTEM ELISEUS AD REGEM ISRAEL: QUID MIHI ET TIBI EST? VADE AD PROPHETAS PATRIS TUI ET MATRIS TUE. Satis grave documentum dederat Eliseus accepti ab Elise duplicis spiritus, prophetæ nimirum et mirabili operum operatoris, tum etiam severi in eos, quorum essent liberi et profugali more; nunc autem et illum zelum ostendit, quem

Elías habuit adversus reges impios, quorum neque horrat potentiam, neque ita aspectum veritus est, ut objecerit prostris imparvifitum regem, tum parentum errata. At igitur ad regem Israël, filium nempe Jezabelis et Achab, nihil cum illo sibi aut fuisse, aut futurum esse commune. Quare si Deum consultum esse velit, id faciat per prophetas, quos in honore parentes habuerunt, et inanum deorum præposuerunt saceris. Quo verbo tacitè videtur innuere, quàm siforum esset futilis et insulis religio, et quemadmodum magnus illorum numerus fuerit extinctus ab Elî. Neque tamen negat se imperata, seu rogata facturum: non tamen ut obsequetur regis Israël seu præcibus, seu imperio, quem adeo visum habuit, ut neque dignaretur aspectu, sed ut placeret Jesaphat regi Juda, quem piam esse noverat, neque indignum, cujus imperio et voto satisfaceret. (1)

VERS. 15. — NUNC ADVENI ADPOTE MIHI PSALTEM. CANTATE CANTUM PSALTER, FACTA EST SUPER EUM MANUS DOMINI (3). Cùm res Israelitica

VERS. 14. — VIVIT DOMINUS (id est, juro per Dominum), in cunctis conspectu suo (quem ut mihi presentem semper in mente habeo): revereor, colo et amo. aequè ac magister meus Elîas, à quo hoc didici, quàm si nos vultus Jesaphat regis Juda (qui mecum Deum verum colit) videret, non attenderem quidem te, nec respicerem, sed despicerem, nec te dignatus essem responso, multo minus oraculo, quò tu Deum meum negligis et despicias. Qui enim Deum habet presentem, nullius presentiam timeat aut curat. Quoties Sextus Philosophus in sententiis (quæ filio Socratis pontificis nomine impressæ extant) numer. 255: Ad omnia quæ opus, inquit, Deum intueam, Et numer. 278: Exordium in oratione à Deo sume. Orem autem prius Deum habere et mente quam voce. Et numer. 277: Sapientiam omnium inanimabilium tantum in amore Dei. Et numer. 504: Particeps Dei est vir sapiens. Et numer. 430: Sapientia mens speculum est Dei. Et numer. 568: Optime honorat Deum, qui mentem, quàm potest, amicum Dei facit. (Cörn. à Lap.)

(2) Quia quod Elîas ne peccat prophétiser easus de secors d'un ménérier? — Il falloit aux prophètes des instruments de musique pour se disposer à l'inspiration. Les Corymbantes, les Galles ou prêtres de Cybèle, cœcum de la déesse de Syrie, les devins des sauvages faisaient de même, l'auteur de l'Examen important dit que l'on annonçait l'avenir en dansant.

La coutume de joindre le chant et la danse aux exercices publics de religion a régné dans tous les temps et chez tous les peuples. Qu'y a-t-il d'étrange et d'indécent qu'Elîas ait employé le chant des hymnes sacrées pour se disposer à recevoir l'inspiration divine? Il ne faut pas croire que le don de prophétie fut habituel et continu. Dieu n'inspirait ses prophètes

premente siti foret angustior; accinxit se statim ad opus Elîseus, nihil conetandum ratus, et quò a Domino responsum acciperet, et quod esset opus facto doceret, acciri jubet psaltem, cujus se numero canticò ad accipiendum à Domino responsum prepararet. Mira est harmonice pulsationis et ad numeros musicos temperate vocis, vis et potestas ad affectus omnes vel incitandos, vel remittendos. De quibus externi plurimi; vide Plutarchum, in lib. qui de Musica inscribitur; Aristotelem lib. 8 Politicorum, et alios plurimos, quos videre est promptum. Illud notissimum, notata ab antiquis quædam sonorum genera, quæ variis serviant antiquorum affectibus, Lydium, Dorium, Lesbium, Phrygium, quæ mirificam in animos potestatem habent. Quibus acres et bellicos ingenerant impetus, alii mitiores et ad pietatem accommodatos magis: alii immoderatis exultantes animos contrahunt, compoundingque ad religiosam et modestam: alii contractos solvunt et exultant. Est ergo ad pietatem aliquod musicæ genus opportunum, quale est illud quod ad sacrum officium adhibet Ecclesia, quod, ut experientiâ ipsi norant

que lorsque cela étoit utile à ses vœux et à ses desirs. Au reste on ne voit dans tous les livres saints qu'Elîas qui ait demandé, pour prophétiser, l'assistance d'un musicien. De ce seul exemple Isola, les incrédules concluent que tous les prophètes ne pouvaient, sans ce secours, prédire l'avenir. Cette conséquence est évidemment déraisonnable. On ne peut même rien conclure de ce fait, relativement à la personne d'Elîas. Le texte sacré ne nous apprend pas pour quel motif il désirait le musicien. Ne prétendait-il pas donner une raison particulière? Le prophète venait d'avoir un mouvement d'impatience très-vif contre le roi Joram qui, tout idolâtre qu'il étoit, prétendait obliger les prophètes du Seigneur à lui prédire l'avenir. Elîas put demander un musicien pour se remettre de cette effervescence.

On cite les chants des Corymbantes, des prêtres de Cybèle, de la déesse de Syrie, des devins des Amalgams; mais à-t-on connaissance qu'ils aient prétendu être inspirés? A-t-on conservé quelques recueils de leurs prophéties? Qu'on les produise, et nous les comparerons avec celles d'Elîas, d'Isaïe, de Jérémie et des autres prophètes. Parce que David étoit prophète et qu'il a dansé devant l'arche, s'ensuit-il qu'on annonçait l'avenir en dansant? En quel endroit est-il dit que ce saint roi a fait quelque prophétie dans cette circonstance? Ce n'est donc qu'en confondant la fonction des prophètes avec celle des musiciens, le chant et la danse avec l'inspiration, que les incrédules cherchent à en imposer à ceux qui n'ont jamais ni l'histoire sainte et qui ne la connaissent que d'après leurs rapports infidèles et travestis. (Duclot.)

viri pi, animos quodammodo abstrahit à terrenis et rapit ad celestia. Sanè August. in Confessione, mirè se affici dicebat cùm canticum audiret ecclesiasticum: sic autem ille lib. 9 Confessione. cap. 6: «Quantum flevis in chymis et canticis tuis suavè sonantis Ecclesie: tunc vocibus commotus acriter! Voces illæ influebant auribus meis, et eliquabatur veritas tua in cor meum, et ex ea astubatur affectus pietatis, et correbant lacrymæ, et tunc mihi erat cum eis.» Vide Basilium homil. de legendis gentiliùm Libris. Neque alios numeros aut cantus audivi Elîseus, quàm qui modò à religioso coetu in Ecclesia cantantur. Ut enim docet Theod. q. 11, psaltes ille, qui suo cantu excitavit spiritum, et ad excipiendum divinum allatum apò disposuit, Levita fuit, qui Psalmos cecinit Davidicos. «David, inquit, Levitas uti jussit citharis, et tibis, et cymbalis, et aliis instrumentis. Utebantur autem ipsi spirituali Davidis modulatione. Ex his unum jussit accersiri propheta; illo autem psallente, quod erat agendum significavit gratia spiritus.» Ut autem psalmus malum è Salute spiritum pellebat aut sedabat (nam suos tunc Psalmos cecinisse Davidem verisimile est), sic etiam Psalmus bonum spiritum advocare potuit. Quò de re vide Greg. hom. 4 in Ezech., ubi per psalmodiam dicit omnipotenti Deo ad hominum corda iter arri. Sanè S. Franciscus ad Iyricinis cantum ad celestium rerum contemplationem excitabatur.

FACTA EST SUPER EUM MANUS DOMINI. Cùm caneret psaltes ad musicos numeros, soporati sunt Elîsei sensus, et animus magis à corporeis impedimentis solutus, sicut in somno contingit, seipsum ad celestium rerum contemplationem allatumque divinum excitavit. Tunc autem novè rerum cognitione illustratus à Deo, et id quod querebat assecutus, dixit:

VERS. 16. — HEC DICIT DOMINUS: FACITE ALVEUM TORRENTIS HUIUS FOSSEAS ET FOSSEAS. Usitatum est ut nomen illa retineant, quæ habuerunt quondam, etiamsi ratio aut notatio nominis omnino desierit. Quomodò congariorum, aut salarium vocamus servorum annum mercedelem, licet non jam servilem operam exigens vini, aut salis mensura compenset. Sic Trojam appellamus campos ubi Troja fuit. Et ut alveus dicitur hoc loco sinus qui fluviales aquas cohibet, aut etiam pluviales, licet nihil in se contineat aquarum, sic alibi millies. Quod observatum est, ut de rerum Divisione,

Instit, § *in autem*, ubi sapè locus ille appellatur alveus, quem aqua deseruit. Ob eandem rationem torrens dicitur hic locus, qui aliquando abundavit aquis, licet modò, ut apparet, aridus esset. Jubet ergo propheta, ut in sinu illo aridi torrentis fossæ fiant, aut scrobes plurimi (id enim valet fossæ geminatum nomen) qui aquam excipiant, quæ admirabili modo Dominus uberes sitiènti multitudinè largietur.

VERS. 17. — NON VIDERITIS VENTEM, NEQUE PLUVIAM, ET ALVEUS ISTE REPLEBITUR AQUA. Hinc fit verisimile alveum illum non habuisse aquas fontanas et juges, sed ad breve aliquod tempus è pluvia collectas; alioquin historicos sacer non meminisset pluvie, quæ torrentem implet, neque venti, imbriferi videlicet, qui pluviam inducit. Erit igitur prodigium à divina manu, si alveus, qui non, nisi à pluvia, aquas colligit, sine pluvia tamen, imò sine vento, qui nubes cogit, et indicat pluviam, aquis abundet.

VERS. 18. — ET PERCUETIETIS OMNEM CIVITATEM MUNITAM. Non solum à Domino pronitit Elîseus abundantes aquas, quibus tantus ille exercitus reficeret et declinaret malum quod timebat, sed etiam, quod non sperat, subjiceret iterum Mesabidum gentem, quæ Israeliticum jugum ex suis cervicibus excutere moliebatur; et illius regionem ita deceret, ut nullum ubertatis aut pulchritudinis antiquæ vestigium relinqueret. Neque enim civitatem illam quantumcumque munitam et splendidam, reliquam futuram esse dicit à communi cæde, cædendas esse frugiferas arbores, et ne qua suppreset species ubertatis et amenitatis, regionis illius obstruendos esse fontes, quibus irrigata, speciosa reddebatur et fertilis. Quod ita omnino contigisse constat ex v. 24 et 25. (1)

(1) FONTES AQVAREM ORTHANITIS. Dicta hæc accipi possunt de quilibet aquarum scaturigine, seu fontium seu puteorum, ut opposita cisterinis, cæterisque aquis ex imbre collectis. Jubet Deus obstrui puteos, obstrui scaturigines aquarum, aggestis lapidibus et arenâ, atque in loca petrosa et arenosa aquas flocci, ut scilicet distipat in locis sterilibus et ineolis aqua, cultu talibus arecat.

OMNEM AQVAM EGREGIUM OPERIETIS LAPIDIBUS. Obinebat id in eâ regione, alique pluribus, ut collecti ex agro lapides congererentur in strus secundum agros, ne vomerem aratri, neque ligonem vinitoris impederent. Hæc spectat Isaïas v. 4: *Vinea facta est dilecto meo in cornu filo olei (in loco edito et fertili) et sepelit eam, et lapides elegit ex illâ. Agrum hunc appellat Persius satyrâ ultimâ: Exosatum*

**Vers. 20.** — FACTUM EST ICTER MASE QUANDO SACRIFICIUM OFFERRI SOLET, ET ECCE AQVE VENEBANT PER VIAM EDOM. Hæc verba dicta fuisse videntur pridè sub vesperum, aut etiam fortassè adultâ nocte, neque distulit promissum. Nam sequenti die quo tempore sub lucem sacrificium offerri solet vespertinam, ab eâ parte quæ spectat Idumæam, apparuerunt aquæ, quæ torrentis alveum et fossas impleverunt, cum tamen illarum causæ nusquam apparerent. Neque enim ut fuerat ab Eliseo prædictum, imber apparuit illis, aut ventus pluvius, aut aliquid aliud, à quo vis illa aquarum inopinatè provenire posset, Quærit Abulens, q. 14 undenam illa aqua in torrentem influxerit: ego cum videam hie intercessisse miraculum, de reliquo non laboro. Fieri enim potuit ut novas Deus venas aperuerit, aut sicut in deserto olim aquam excussit è silice, cuivis licetbit excogitare quid maluerit, cum ex Scripturâ nihil habeamus aliud quàm aquam venisse per viam Edom, per viam, inquam, illam quàm prius experti fuerant arentem.

**Vers. 21.** — UNIVERSI AUTEM MOABITÆ, ADIUMENTIS QUOD ASCENDISSENT REGES UT PUGNARENT, etc. Jam ante Moabitis certis conjecturis novebant, ex quo impositum sibi tributum noverant exolvere, comparari bellum à rege Israël, cuius imperium declinare staterant, Quare ipsi contra armaverant, quos idoneos esse bello compererant, illos nimirum, quibus jus erat, aut consuetudo baltei, quique belli pondus sustinere poterant. Et steterunt in terminis, in eo plurimum loco, qui Moabiticus fines ab Idumæorum ditione secerant.

**Vers. 22.** — PRIMORUM MANE SURGENTES, ET ORTO JAM SOLE EX ADVERSO AQVAREM, VIREBUNT MOABITÆ È CONTRA AQVAS HEBRÆAS. Progressi fuerant Moabitæ ad duorum populorum confinia, ut inde hostes arcerent ab ulteriori progressu, cùmque orto jam sole, vicino jam hoste obviam prodirent, viderunt aquas instar sanguinis rubras, cùmque noque id expectarent, neque coloris illius sanguinei causam nosset, suspicati sunt reges illos, inter quos propter religionem, studiisque diversa minis convenire existimabant, ortas inimicitias, et mutuis se concessisse vulneribus. In quam cogitationem eò venerunt proclivis, quod id aliis temporibus contigisse didicerant. Neque enim hoc ignorare poterant, cùm esset res admiratione digna, neque accidisset procul ab ipsorum finibus. agrum. Mandat Deus Hebræis, ut per optimos agros lapides hosce disperdant. (Calmct.)

Narrant enim quod antea dudum Madianitis sub Gadeone Judic. cap. 7, et Philistinis lib. 4 Regum cap. 14, hoc idem accidisset; atque idem, quasi veram esset quod optabant, se non jam ad bellum; sed ad prædam hortabantur, dicebantque: *Perge ad prædam, Moab.* Sed accidit contra quàm optabant sibi persuaserant. Nam cùm potu contrariæ acies se refecissent, confirmassentque, gravi plagâ percuresserunt Moab, et in ignobilem fugam compulerunt. Fecerunt tandem quod illis per Eliseum Dominus promiserat, subversis optimis quibusque, minutissimisque civitatibus. Oppletis lapidibus agris, eoque redactis, ut ex illis sperari non posset fructus, succisis arboribus et fontibus obturatis, quæ agrorum specie spectari nil poterat miserabilis.

Circa hæc aliqua nobis observanda sunt. Primam, quomodo Moabitæ aquæ, quæ per torrentem influxerant, ita rubuerint, ut viderentur sanguinis habere similitudinem, imò et esse sanguis, quem gentes in Moabitarum exitium conjurate et cognatis federatisve corporibus expressissent. Unde vis illa aquarum tanta, quæ tantum exercitum reficere aut saturare potuit, propeverit, jam à nobis nuper dictam est, nempe certò cognosci non posse, sed tantum ibi intercessisse miraculum. Cur verò aquæ vise fuerint aut sanguineæ, aut infectæ sanguine, quærit Abulens, q. 19. Dux possunt assignari causæ coloris illius: altera quia alveus ille, quem subito implevit aquarum influxus, terram habebat, seu glaream rubram. Notum est enim aquam, quæ colorem habet sui naturâ nullum, à circumfusâ materia colorari: unde cùm Arabici sinûs aqua non magis sit quàm alia quevis colorata, rubra tamen apparet. Quia rubra est terra, quæ vastam illam aquarum molem ambi atque concludit; et mare illud propterea Rubrum, seu Erythraum nominatur. Et in Hispaniâ Bethléa torrens quidam est, quem *albas aquas*, et flavas, quem *viridem* appellamus, quia hujus aquas virides ripæ, illius arenarum seu saxorum candor albas apprere facit; sic credo, alvei illius aut fundum aut latera fuisse rubra, et ex eis aquam crocentum illum contraxisse colorem. Sed sanè verisimile non est ignorasse Moabitis rubram esse terram illam, quam toties vidissent atque calcassent; et aquam illam aliis apparuisse rubram; quare neque sanguinem esse, aut sanguine infectam aquam arbitrarentur, neque se mutuo ad hostium potius exuvias, quàm ad bellorum discrimen horta-

rentur. Placet magis quod Abulensi nob displicet, quod sumpsit ex Josepho lib. 9, cap. 1. aquam illam rubram tunc apparuisse Moabitis, quia matutino tempore egressi sunt, quando rubere solent, et accendi nubes à radiis solaribus, quarum imaginem omnis materio aut terra, aut perspicua recipit, ut experientiâ constat. Quod Chaldaeus indicat, dum ita vertit: *Surrexerunt manè, et sol descenderat super agros.* Quare cùm sub aurorum rutilaret cœlum, et solis radiis inardesceret nubes, colorem igneum et rutilum acciperunt aquæ, et à Moabitis, qui rationem illam propter ingenii stuporem, aut parùm attentam observationem non considerabant, sanguineæ videbantur. Rutilare autem cœlum matutino tempore etiam sine nubibus, habes lib. 2 Reg., cap. 15, v. 4: *Sicut lux exorata oriente sole mane obnoxa nubibus rutilat.* Et Christus ipse Matth. 10, v. 3: *Facto vesper, dicitis: Serenum erit, rutilandum est enim cœlum. Et mane: Hodie tempestas, rutilat enim triate cœlum.* A colore igitur cœli rutilo et flavo colorem rutilum, aut conciperunt, aut expresserunt aquæ in alveo conclusæ.

**Vers. 23.** — SECUNDÒ: DESTRUXERUNT AGROS, MITTENTES SINGULI LAPIDES, REPLEVERUNT. De illis tantum agris puto sermonem esse, per quos exercitus ille spior et copiosus transibat: sed est adhuc difficile expendere quomodo illi etiam agri injectis lapidibus ab offenso, sen indubitando milite redderentur inutiles. Videtur enim opus fuisse longi molestique negotii: sed res tunc minus videbatur difficilis, si regionis naturam consideremus. Est enim Moabiticus ager, Ammoniticus et Idumæus, sicut etiam ille ferme omnis qui terram promissionis continet ac definit, lapidosus, utpote qui in regione magnâ, ex parte confragosâ et asperâ; lapides autem illi difficiliter reddunt agrorum vinearumque culturam, atque ideò expurgari solent à lapidibus, ne steriles sint, et parùm ad culturam faciles et idonei; qui ab agricolis agri dicuntur exossati, sicut à Persio satyrâ ulimâ:

*Exossatus ager juxta est.*

Quod officium sedulo et intelligenti agricolæ præstitit Dominus vineæ suæ, quam dicitur Isai. cap. 3, à saxis emaculasse, et lapides elegit ex eâ. Ii porrò lapides aut extraherant extra vineas et agros, ex quibus ad agrorum custodiam maceræ extraherantur, sive in ipsis agris colligebantur in acervos; quales nos in Caracitano solo, quod Compluto vici-

num est, passim videmus, ubi frequentes spectamus acervos ex illis congestos lapidibus, quos ab agro purgato agricola sedulus exemit. In hunc ergo sensum explicui illud Osee cap. 2, v. 11: *Altaria eorum quasi acervi super saxos agri.* Cùm ergo frequentes essent lapidum acervi, sive in agrorum medio, sive in illorum ambitu, non difficile fuit à tantâ multitudine dissipari collectos illos lapides, et in eundem locum, unde fuerant extracti, dispergi. Quare nisi molesta quædam opera iterum poneretur in purgandis agris, futuri rursus videbantur steriles.

ET UNIVEROS FONTES AQVAREM OBTURAVERUNT. Miseranda planè species erat agrorum, cùm lapides inimici frugibus et arboribus, agros operirent, sed erat miserabilior multò, cùm nulli jam superessent fontes, qui amonios agros, hilarisque reddiderant, neque relinquere tur miseris quo solum depellerent et revocarent deficiente animam.

ET ORNIA LIGNA FRUCTIFERA SICCIDERUNT. EN ALIA PLAGA QUÆ MOABITICOS DEFORMAVIT AGROS, ET POSSESSORES DOLORE AFECIT, ET DETRIMENTO GRAVI. Arborea enim fructifera, quæ ornamento erant agris, et civibus subbidio, succise sunt. Quo cives solatio, quod futurum videbatur extremum, orbat, nihil jam habere in sub regione videbat, quod amarent, aut in quo suum sibi natalis solum placeret. Quærit Abulens, q. 17, quomodo ligna inimicorum succidere Israelitæ potuerint, cùm id expressè ne fieret, Deut. cap. 10, cautum fuerit: *Quando obederis civitatem multo tempore, et munitionibus circumdederis eam, non succides arbores, de quibus ceci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem, etc.; si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, et in cæteris apta usus, succide et insigne machinis, etc.* Et respondet aut id fieri potuisse, aut etiam debuisse fieri, quia Deus, qui legis auctor est, ab illius observatione populum exemit, quod per Eliseum illi significavi, ut vides. Aut certè, illud præceptum vim habere voluit tantum in terrâ Chanaan, quam habitari placuit à filiis Israël. Cùm autem arbores pomiferae ad terræ illius fecunditatem et indigenarum usum pertinere, noluit illas excipi, sed si qua materia esset ad bellicas machinas, seu tormenta necessaria, ex agrestibus voluit arboribus sumi.

ITA UT HERI TANTUM FICTILES REMANERENT. Evertit, ut vidimus, exercitus Israël, civitates omnes quæ erant in terrâ Moab, et quantum potuit populatus est agros, atque ita vastavit

dispersis lapidibus, succisis arboribus, et fontibus obstratis, ut valde reliquerit ineptos habitatores, nisi longo atque molesto labore ad priorem statum revocarentur. Ex tot civitatibus superfuerunt tantum muri fictiles, ad quos se rex Moab recepit ex fugâ; quos obsedit, percussitque adversarius exercitus; et regem illic conclusum eo desperationis adiegit, ut consilium cuperet planè miserum, quo suo suorumque salutem consuleret, de quo mox.

Qui sint muri fictiles, obscurum est. Quidam ideò muros fictiles relictos esse putant, quia direpti fuerunt lapides, ut saxa ex illis excussa, agros, vineaque consternerent. Ita Rab. Salomon citatus à Lyra, cujus sententia ex nostris suscipere non potest. Nihil illi magis probatur cogitatio, que muros fictiles nomen patat esse civitatis, quod tenent omnes penè recentiores interpretes, qui ita vertunt, *Kirchareth*. Esse autem certam aliquam civitatem, illa qua proxime consequuntur, ostendunt; illam autem esse fortissimum, rogiatque civitatem, ex eo constat, quia in illam quasi in locum maxime munitum rex se recepit; illi filium reliquit, quem jugulavit postea; in illam ad extremum totum belli pondus incubuit; dicitur autem *Kirchareth*. Præcipuum autem esse civitatem illam, tum regis sede, tum præclaro munimento lateritio fabricæ, habemus ex Isaiâ cap. 16, v. 7: *Hic qui testatur super muros cœci lateris, loquuntur plagæ suæ. Quasi dicat: Neque illos ex Moabide gente futuros esse tuos à plagâ, qui præstito sibi civitatem illam elegerunt, quæ dicitur muri cœci lateris, seu muri fictiles, aut muri testacei, seu lateritii; plura hæc de re nos in nostris Commentariis super Isaiam ad locum proxime citatum. Vide etiam Pagnin. in radice שׁוֹרֵי חֵרֶשׁ. Cur verò civitas illud nomen haberit, ea videtur esse causa non levis, quia in tota terrâ promissionis, locisque vicinis, cum lapidibus abundant, vix audire lateritium opus, cum à saxo optimè ad aspectum et firmitatem construantur muri, secus atque apud Babylonios et Ægyptios, ubi lapis rarus, et ideò à cœco latere magnæ excitantur moles. Et quemadmodum quia porta quædam Hierosolymis, quod petrarum est, à lateribus edificata fuit (si fortè ea causa est, quam nos in nostris Commentariis in cap. 19 Jeremiæ non probabamus) porta appellatur fictilis, Jerem. citato cap. v. 2, sic etiam à materiâ rarâ, civitas illa muri fictiles vocata fuit.*

Illud hic ad extremum observandum, in

texto Hebræo ad verbum pauca aliter legi, et aliquo modo codices illos priori explicationi favere. Sic enim illi: *Ad hisir habanehebubkircharasib*, id est, donec relinquenter lapides in Kirchareth. quasi dicas eò relictam esse civitatem illam regiam, ut tantum in illa lapides, nempe murorum, reliqui forent. Porro in lapidibus lateres, intelligo cœcos, ex quibus constructa fuerunt civitatis mœnia. Notum est enim Hebræam vocem *eben*, latorem habere significationem, et significare pondus, quæcumque id ex materiâ fiat, unde pondus stansim, quale est perpendicularis  $\Sigma$  vocatur. Zachar. cap. 4: *Et videbitur lapis in manibus in manu Zerobabel*. Quare dum Vulgatus muros fictiles relictos esse dixit, nihil omisit ex Hebræo textu, si lapides hic lateres sunt: perinde enim est ac si diceret relictos fuisse lateritios muros, aut relictos lateres, ex quibus factæ mœnia compacta.

VERS. 26. — TULIT REGEM SEPTINGENTOS VIROS ADVENTES GLADIUM, ET INGRESSUM AD REGEM EDOM. Cùm civitas gravem à insularibus et ceterâ multitudine plagam accepisset, neque duntaxat viderentur sustineri posse impetus hostiles, statuit subeundam esse aulam, et ferro aperendam esse ad salutem viam. Assumpsit igitur ex totâ multitudine viros septingentos, quibus major inesset vis et audacia, ut in eam partem irumperet, ubi consilium viderat regem Edom; sive quia stationem illam firmissimam esse viderat, et faciliè, minis certo difficultè, superabilem, sive quia duntaxat illam erat infensus; quòd cum sibi vicinus esset, et favore potius Moabitaram partibus, quam illas oppugnare debuisset, non tamen segnitudo obsequium urgeret quam quisvis alius ex Israelitico genere. Sed profecti nihil, neque enim quod destinaret animo, consecutus est; quare recessit in urbem, et quando armis videt nihil tentari posse utiliter, magis existimavit futurum ex usu, si placaret infensus animos. Spectaculo planè tragico, quale ad elusmodi finem nunquam superiora secula viderant.

VERS. 27. — ANTIPTERISQUE FILIUM REGIS PRIMOGENITUM, QUI REGNATURUS ERAT PRO EO, OPPULIT MOLOCHUSTUM SEPES VITUM. De hoc consilio crudeli et barbaro regis Moab, multa meditantur tam nostri quam Hebræorum magistri, de quibus nos pluribus in nostris Commentariis ad illud Amos cap. 2 vers. 1: *Super tribus sceleribus Moab et super quartum non convertam eum, eò quòd incenderit ossa regis Idumææ usque ad cineres*. Primum hic explodenda

est illa Hebræorum sententia, cujus auctor videtur esse Rab. David ad cap. 2 Amos, ubi dicit regium illum puerum immolatum in muris, esse filium regis Idumææ, non regis Moab: *Accipit, inquit, filium ejus* (nimirum regis Edom, quem in bello cepit, vel apud se obsidem habebat) *primogenitum, qui regnaturus erat pro eo: et obtulit eum holocaustum super murum*. Et fuit indignatio magna super Israel, quæ indignatio fuit regi Edom, contra Israel ab illo die in posterum, eò quòd combussisset rex Moab filium regis Edom in bello in quo caecus erat Israel. Si hæc verba conferas cum verbis Amos, invenies multa ab hoc Rabino infantiliter peccari. Ut quid eam pueri recens mortui à carnibus nudare ossa, quæque immolare sacrificii ritu? An tantum erat otii regi, cujus in extremo periculo vita versabatur, ut ossa spoliaret carnibus, quòd brevi tempore fieri non poterat, maxime cùm instaret hostis, et presens intenderet exitium? An carnes inepte sacrificiis, et tantum ossa altaribus destinata? Deinde, quia si regis Idumææ filius esset eà ratione jugulatus, potius reges urgerent obsequium, et ad mortem usque Moabitam persisterent, ut amici ac federati regis dolorum solarentur de filii immolatione conceptum, quam arma confestim deponerent, et de restitui patriam cogitarent.

Minus abs re Rab. Salomon: ait enim, ut refert Lyra hic, quem non improbat, interrogasse regem Moab à sapientibus, quam ob rem tam esset Deo gratus populus Israel, et cùm responsum fuisset illud esse adscribendum Abrahamæ meritis, propterea quòd ille filium unigenitum Isaac Deo sacrificasset, statuisse eodem sacrificii genere divinam sibi gratiam et patrocinium conciliare. Atque ideò immolasse filium primogenitum, et eà ratione impendentem suis faucibus gladium effugisse. Quam explicationem multis refutat Abuleus, q. 25, et Burgens. hic.

Alii probabilis dicunt, immolatum esse filium, non Deo vero, quem colebat Israel, sed Moabitaram idolo Moloch, cui à parentibus filios immolari solitos ex Scriptura docemur. Levit. cap. 20, versiculo 2: *Si quis dederit de nomine suo Moloch, morte moriatur*. Quòd fecerunt sepè gentiles, ut auctor est Euseb. lib. 4 de Præpar. cap. 7, ubi hæc de re plurima. Humana verò victima eò demoni gratior putabatur, quæ clarior erat sacrificanti, et Gentilium, inquit animos adeò pestis invaserat, ut

quasi dæmoniaci, et à perniciosis profecti et spiritibus agitati, liberorum sanguine cœlestes virtutes placarent. Ita pater unicum filium, dilectum mater filium demoni tanquam ovem sacrificabant. Idem consilium iniisse traditur Sennacherib, cùm amisso exercitu propò Hierosolymam ignominiosè cum paucis remigravit in patriam. Ut enim ait Rab. Salomon, et cum eo Lyra ad cap. 19 lib. 4 Reg., ut refert Abulens. libi, quest. 54, magnam in se Assyriorum conflavit invidiam. Nam cùm atritas viderent Assyriorum viros, et amicorum cognatorumque eadem familiariter dolerent, staterunt regem, ut suum aliquo modo dolorem solarentur, occidere. Quòd ille malum ut matore declinaret, cùm humanum non posset, divinum sibi voluit subsidium adsciscere. Quare duos filios in honorem Dei sui Nesroth sacrificare voluit, quòd illius sibi gratiam demereret. Quòd suspecti filii parentis anteverterunt consilium, atque filium occiderunt incautum, cùm adoraret in templo. Hoc idem fecisse existimatur rex Moab, dum auxiliatorem sibi advocat deum immolatio filio.

Alii id egisse putant regem Moab, ut miserabili spectaculo placaret sibi illorum animos, quos violato fœdere, et vestigiis perfidiosè negato infensus reddiderat; atque ideò non in occulto sacrificalem dederat operam charissimæ victimæ, supra murum videlicet, ubi à toto exercitu spectari posset. Neque illum eua fecellit cogitatio, nam ubi regem eò redectum esse vident, ut de filio suo tam severè dederent, sibiipsis subirati, quòd patrem miserum coegissent in sua penè viscera ferrum adigere, et ex tragico sacrificio eruentas referre manus, stanturunt condendum esse gladium in veginam, et salvo rege ab ulteriore cæde in patriam redeundum esse. Hanc explicationem magis probat Abul. q. 25. Ego utram harum præferam, non satis constitutum habeo; utraque magnam habet probabilitatis speciem. Et sive hoc, sive illud spectaverit rex ille Moab immolatio filio, id certum est, eò spectaculo deterritos fuisse adversarios, et victrices manus à cæde et ferro continuisse. (1)

(1) FACTA EST INIGNITATO MEXA IN ISRAEL. Sacrilegium hæc detestati sunt Israelitæ. Vel: Indignatus est Deus, quòd in eos angustias reductus fuerit rex Moab, nec ante recepta fuerint copia, quam parari omnia in detestabile illud facinus viderent. Reputari etiam posset, Israelitis hoc nomine vicinarum gentium invidiam subisse. Tres enim hæc interpretationes acq̃ue textus admittit. (Calmet.)

## CAPUT IV.

1. Mulier autem quedam de uxoriibus prophetarum clamabat ad Elisæum, dicens: Servus tuus vir meus mortuus est, et tu nôsti quia servus tuus fuit timens Dominum; et ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi.

2. Cui dixit Elisæus: Quid vis ut faciam tibi? Die mihi, quid habes in domo tuâ? At illa respondit: Non habeo ancilla tua quâquam in domo meâ, nisi parum olei quo ungar.

3. Cui ait: Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non patea;

4. Et ingredere, et elande ostium tuum, cum intrinsecus fueris, tu et filii tui; et mitte inde in omnia vasa hæc, et cum plena fuerint, tolles.

5. Ille itaque mulier, et clausit ostium super se et super filios suos: illi offerrebant vasa, et illa infundebat.

6. Cùmque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas; et ille respondit: Non habeo; stetitque oleum.

7. Venit autem illa, et indicavit homini Dei. Et ille: Vade, inquit, vende oleum, et redde creditori tuo; tu autem et filii tui, vivite de reliquo.

8. Facta est autem quedam dies, et transibat Elisæus per Sunam; erat autem ibi mulier magna que tenuit eum ut comederet panem. Cùmque frequenter inde transiret, divertebat ad eam, ut comederet panem.

9. Quæ dixit ad virum suum: Animadverto quod vir Dei sanctus est iste qui transit per nos frequenter;

10. Faciamus ergo ei cœnaulum parvum, et ponamus ei in eo lectulum, et metisum, et sellam, et candelabrum, ut, cùm venerit ad nos, maneat ibi.

11. Facta est ergo dies quedam, et veniens divertit in cœnaulum, et requievit ibi.

12. Dixitque ad Giezi puerum suum: Vocæ Sunamitidem istam. Qui cùm vocasset eam, et illa stetisset coram eo,

13. Dixit ad puerum suum: Loquere ad eam: Ecce sedulo in omnibus ministrâ-

## CHAPITRE IV.

1. Alors une femme de l'un des prophètes vint crier à Elisée, et lui dit: Votre serviteur, mon mari, est mort, et vous savez que votre serviteur craignait le Seigneur; et maintenant son créancier vient pour prendre mes deux fils, et en faire ses esclaves.

2. Elisée lui dit: Que voulez-vous que je fasse? Dites-moi, qu'avez-vous dans votre maison? Elle répondit: Votre servante n'a dans sa maison qu'un peu d'huile, pour m'en oindre.

3. Elisée lui dit: Allez, empruntez de vos voisins un grand nombre de vases vides;

4. Et après que vous serez rentrée, fermez la porte sur vous; et, vous tenant au dedans, versez de cette huile que vous avez dans tous ces vases, et quand ils seront pleins, vous les ôterez.

5. Cette femme s'en alla donc, ferma la porte sur elle et sur ses enfants; ceux-ci lui présentaient les vases, et elle versait de l'huile dedans.

6. Et lorsque tous les vases furent remplis, elle dit à son fils: Apportez-moi encore un vaseau; Il lui répondit: Je n'en ai plus. Et l'huile s'arrêta.

7. Cette femme alla rendre compte de tout à l'homme de Dieu, qui lui dit: Allez, vendez cette huile; payez votre créancier; ensuite, vous et vos fils, vivez du reste.

8. Un jour Elisée passait par Sunam, et une femme fort considérable le retint par force pour manger; et, passant souvent par là, il allait loger chez elle pour y manger.

9. Alors cette femme dit à son mari: Je vois que cet homme qui passe souvent chez nous est un saint homme de Dieu;

10. Disposons donc pour lui une petite chambre, et mettons-y un petit lit, une table, un siège et un chandelier, afin que lorsqu'il viendra nous voir, il demeure là.

11. Un jour donc Elisée étant venu à Sunam, alla loger dans cette chambre, et y reposa.

12. Il dit ensuite à Giezi, son serviteur: Faites venir cette Sunamite. Giezi l'ayant fait venir, et elle se tenant debout devant lui,

13. Il dit à son serviteur: Dites-lui de ma part: Vous nous avez rendu avec soin toutes sortes de services; que voulez-vous donc que je fasse pour vous? Avez-vous quelque affaire, et voulez-vous que je parle pour vous au roi ou au général de ses armées? Elle lui répondit:

sti nobis; quid vis ut faciam tibi? Numquid habes negotium, et vis ut loquar regi sive principi militum? Quæ respondit: In medio populi mei habito.

14. Et ait: Quid ergo vult ut faciam ei? Dixitque Giezi: Ne quæras, filium enim non habet, et vir ejus senex est.

15. Præcepit itaque ut vocaret eam; quæ cùm vocata fuisset et stetisset ante ostium,

16. Dixit ad eam: In tempore isto et in hæc eadem horâ, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. At illa respondit: Noli, quæso, domine mi, vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.

17. Et concepit mulier, et peperit filium in tempore et in horâ eadem quâ dixerat Elisæus.

18. Crevit autem puer; et cùm esset quædam dies, et egressus esset ad patrem suum, ad messores,

19. Ait patri suo: Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero: Tolle, et duc eum ad matrem suam.

20. Qui cùm tulisset, et duxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua usque ad meridiem, et mortuus est.

21. Ascendit autem, et collocavit eum super lectulum hominis Dei, et clausit ostium; et, egressa,

22. Vocavit virum suum, et ait: Mitte mecum, obsecro, unum de pueris et asinam, ut excurram usque ad hominem Dei, et revertar.

23. Qui ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? hodie non sunt calendæ neque sabbatum. Quæ respondit: Vadam.

24. Stravitque asinam, et præcepit puero: Mina, et propera, ne mihi moram facias in eundo; et hoc age quod præcipio tibi.

25. Profecta est igitur, et venit ad virum Dei in montem Carmeli. Cùmque vidisset eam vir Dei e contra, ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa.

26. Vade ergo in occursum ejus, et dic ei: R-ctæne agitur circa te, et circa virum tuum, et circa filium tuum? Quæ respondit: Rectè.

Je demeure tel en pais au milieu de mon peuple.

14. Elisée dit à Giezi: Que veut-elle donc que je fasse pour elle? Giezi lui répondit: Il n'est pas besoin de le lui demander, car elle n'a point de fils, et son mari est déjà vieux.

15. Elisée ordonna donc à Giezi de faire venir cette femme; et, étant venue, elle se tenait devant la porte.

16. Elisée lui dit: Dans un an, en ce même temps et à cette même heure, si Dieu vous conserve en vie, vous aurez un fils dans vos entrailles. Elle lui répondit: Non, mon seigneur, non, homme de Dieu, ne trompez pas, je vous prie, votre servante.

17. Cette femme conçut ensuite, et elle enfanta un fils au même temps et à la même heure qu'Elisée lui avait dit.

18. L'enfant crût, et étant un jour allé trouver son père, qui était avec ses moissonneurs,

19. Il lui dit: La tête me fait mal, la tête me fait mal. Son père dit à un de ses serviteurs: Prenez cet enfant, et menez-le à sa mère.

20. Il le prit, et le porta à sa mère, et, l'ayant tenu sur ses genoux jusqu'à midi, il mourut.

21. Elle monta ensuite à la chambre de l'homme de Dieu, et mit l'enfant sur son lit; et, ayant fermé la porte, elle vint trouver son mari,

22. Et lui dit: Envoyez avec moi, je vous prie, un de vos serviteurs, et je prendrai l'ânesse pour courir jusqu'à l'homme de Dieu, et m'en revenir.

23. Son mari lui répondit: D'où vient que vous allez le trouver? ce n'est aujourd'hui ni le premier jour du mois ni un jour de sabbat, où vous puissiez profiter des instructions qu'il fait au peuple. Elle lui répondit: Je veux y aller.

24. Elle fit donc seller l'ânesse, et dit à son serviteur: Menez-moi promptement; que rien ne m'arrête dans mon voyage; et faites tout ce que je vous ordonne.

25. S'étant donc mise en chemin, elle vint trouver l'homme de Dieu sur la montagne de Carmel. Et l'homme de Dieu l'ayant aperçue venir à lui, dit à Giezi, son serviteur: Voilà cette Sunamite.

26. Allez au-devant d'elle, et dites-lui: Tout va-t-il bien chez vous? Vous, votre mari et votre fils, se portent-ils bien? Et elle lui répondit: Bien.

27. Cùmque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes ejus : et accessit Giezi, ut amoveret eam : et ait homo Dei : Dimitte illam : anima enim ejus in amaritudine est, et Dominus revelavit à me et non indicavit mihi.

28. Quæ dixit illi : Numquid petivi filium à domino meo ? numquid non dixi tibi : Ne illudas me ?

6. L'homme de Dieu lui dit : Oh! le fer est-il tombé? Il lui montra l'endroit. Elisée tomba donc un morceau de bois, et le jeta au même endroit; et le fer naqua sur l'eau.

cum in re non levi, tum prophætico nomini inusta labe, quam omnis studio atque labore exurere vellent, imò et debent qui sacram aliquam operam, neque natura debitam impendunt. Gloriosum fuit Eliseo, sicut etiam viris apostolicis, qui causam agunt Evangelii, puras servasse manus à maneribus; imò hoc maximè testatus est verum se esse prophetam, qui non lucrum querit ex rationibus, aut ex spiritali virtutisque quam à Domino supra naturæ facultatem accepit. Alii enim, qui se prophetas venditant, sive illi sint ex Israëlita gentè, sive à gentili populo, venalem habent prophetalem operam, et addictum mercedi rationatum, quasi quoddam artem quæstuarium artificium. Quare cum Elisei nomine aliquod quasi lucrum exigit à Syro Giezi, ostendit aut prophetam esse gentiliem, aut ex Israëlita populo pseudopropheta, atque idè tantum honoris detraxit Eliseo accipiendo receptæ sanitatis pretium, quantum illud repudiando, contulit Eliseo. Ea penè nomine serpè ac graviter accensur pseudopropheta, et sacrilegi coarguitur mendacii, quòd mercedem accipit venalis lingue, et artem instituit ex eo, quem ipsi afflatum appellant divinum, quæstuarium. Sic sanè de illis Ezechiel c. 22, v. 15 : *Conparatio prophetarum in medio eis, sicut leo rugiens, rapiensque prædium, animam devoraverunt, opes et pretium acceperunt.* Michæas cap. 3, vers. 51 : *Principes eius in manibus iudicabant, et sacerdotes eius in necede docebant, et prophetæ eius in pecunia divitiabant.* Quocirca credo curasse prophetam, quamprimùm ut Syrus intelligeret, infidelis et avari servi illam fuisse calliditatem, non ipsius mandatum, ne qui de Israëlita regione

les derniers, deviendront enfin les premiers, Naaman et Giezi en sont des preuves très-éclatantes, puisqu'en même temps que Dieu va choisir dans un royaume étranger un grand seigneur et un général d'armée, pour le retirer de l'idolâtrie, en l'éclairant par la lumière de la foi, on voit le serviteur du plus saint prophète qui fut alors, retomber dans une espèce d'idolâtrie; cet est l'avarice; selon que saint Paul l'a nommé lui-même. Cette lepre corporelle, dont il fut puni, n'était que l'ombre et la figure de la lepre intérieure qui défigurait son âme aux yeux de Dieu. Et si ceux qui imitent sa cupidité ne sont pas frappés extérieurement de cette plaie si sensible à l'homme, ils ne laissent pas, comme le dit saint Ambroise, d'être de véritables lépreux devant celui qui s'est contenté de faire voir une fois en la personne de Giezi combien il avait horreur d'une disposition si criminelle. (Sacy.)

benè sentire coeperat, propter avaritiam servi, minis deinceps religiosè sentire.

Quemadmodum qui vestem ab illo furatur, aut emunt, quem pestis laefecit, cum vestibus pestem quoque secum domum referunt, quæ illos aut exinguit, aut fedè periculosè quæ contaminat: sic acceptum à leproso Syro argentum et vestes, quasi totam illam pestilentem luem imbibissent, illam in infidèle mendacis servi corpus importarunt. Neque alius est usus eorum rerum quas homo, aut fraude, aut vi, aut malis denique rationibus acquisivit. In quem cecinit illud perquam verè et graviter Habacuc. c. 2 : *Væ qui congregat avaritiam malam domui suæ!* Vide quæ nos ad illum locum. Sunt dona quædam quæ videntur magno futuro usui his quibus mittuntur, quæ cum sint in speciem officii plena, et ad commoditates maximas opportuna, sunt reverè venenata quædam tela, quæ ab hostili vibrata manu viscera confodiunt, quæ vulgari proverbio *37:13* *37:13* nominantur: qualis, ut est in fabulis, vestis ad novam nuptiam à Medæa missa, quæ genialis domus tota conflavit, aut tunica centauri delibuta sanguine, quæ à Dejanira dono data Herculi, illum horribili consumpsit incendio. Erant, credo, vestes illas splendidas, et quæ regis deceret nuptias; sed quia veneno aut maleficiis infectæ, perniciem attulerunt et mortem. Tale ego video fuisse nuptias à Naaman extortum callido consilio, et astu planè veteratorio, quod licet splendidum, à peccato tamen infectum avaritiæ, et possessorem primum, et ejus progeniem postea aternè macularit infamia.

Querit Abul. q. 45, an tota posteritas Giezi lepram à parente in sempiternum contraxerit, et tandem eò inclinat, ut iudicet habem illum in Giezi posteritate, non fuisse perpetuum, tum quia parentum peccata non dicuntur loitura progenies, nisi ad quartam generationem, Exod. 34, v. 7, et Num. 14, v. 18; deinde, quia aeternum, sempiternum, et similia, secundum sacrarum litterarum idiomata, non semper significant id quod principium nullum habuit, et eò ratione montes appellantur æterni, aut quod nullum finem est habiturum, sed quod diuturnum futurum est. Sic Genes. 17, v. 18, dixit Deus ad Abraham : *Dabo tibi et semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in possessionem æternam;* et tamen jampridem Abraham illi ab eò possessione exciderunt. Ezechiel cap. 26, de Tyro: *Non fueritis ultra in sempiternum;* et tamen illud sempiternum se-

ptuaginta annorum spatium tantum significat, ut explicuit Isai. c. 23 : *In obitioe eris, o Tyre, septuaginta annis.* Et quidem mendacitatem esse Tyrum satis constat, eum postquam excisa fuit à Nabuchodonosore, iterum ab Alexandro subversa est. Sic ergo verisimile est sustinuisse diu Giezi filios parentis ignominiam, ad quartam fortassè generationem, non in perpetuum, imò illos fortassè pertulisse tantum, ad quos illa pervenire aut eorum fructus, quæ Giezi pater pernicioso mendacio extorsit à Syro; sicut de auro Tolosano, et Sejano equo sive verè, sive fabulosè narrat antiquitas.

Er. *enassés est* ab eo leprosis quasi nix. Hoc non tam precatus est propheta, ut accideret infideli servo, quam eventurum prædixit. Sciebat enim quid decrevisset Deus in illius caput. Stigmata tamen respersus fuit lepra, illaque non vulgari, sed omnium, ut apparet, maxima, ad aspectum deformi, ad dolorem acerba, ita ut sic incanduerit repente, ac si tunc fuisset conspersus. Quod genus lepræ fuerit (nam variæ esse genera tradunt medici) non constat; fuisse tamen illud, quo laborabat Syrus, penè certum est, quia illud indicant prophætice minæ. Illud autem fuisse odiosum omnibus, et ipsi Giezi maximè ad dolorem grave, et denique curatu difficillimum, ex eo mihi persuadeo, quia vir usque adeo potens, quique

## CAPUT VI.

1. Dixerunt autem filii prophetarum ad Eliseum : Ecce locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis;

2. Eamus usque ad Jordanem, et tollant singuli de sylvâ materias singulas, ut ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit : Ite.

3. Et ait unus ex illis : Veni ergo et tu cum servis tuis. Respondit : Ego veniam.

4. Et abiit cum eis. Cùmque venissent ad Jordanem, cædabant ligna.

5. Accidit autem ut, eum unus materiam succidisset, caderet ferrum secutris in aquam; exclamavitque ille, et ait : Heu, heu! domine mi, et hoc ipsum multum acceperam.

6. Dixit autem homo Dei : Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Præcidit ergo lignum, et misit illuc : natavitque ferrum.

7. Et ait : Tolle. Qui extendit manum, et tulit illud.

nullum omisisset, ut credibile est, curatioris genus, liberari tamen ab eò illa humanâ industriâ, aut medicinâ non potuit. Quam porro gravis fuerit morbus, ex eo facillè quis persuadere sibi poterit, quòd restituta sanitas fecit et patriam reliquerit religionem, et antiqua sacra; quòd multa polliceretur Eliseo hilari animo, et postea servo tam liberali manu perrexerit. Laboravit itaque Giezi morbo gravi et fædo, in quo fortassè curando, licet irritò labore ac sumptu, multa consumpsit eorum quæ acceperat à Syro, et juxta ea quæ habes Levitic. c. 15, v. 45: habuit vestimenta dissoluta; caput nudum, os veste contextum, contaminatum et sordidum se clamavit, et extracivitatem et hominum cœtum solus habitavit. Hic fuit pecunie sacrilege et peccati legitimus fructus, ut neque suis uteretur opibus honestè et commode, et omnibus esset odiosus, vilis, execrabilis. Neque unquam arbitrò ad Eliseum rediisse, quod putat Abul. q. 10. Neque enim ille admisisset leprosum, contra id quod cautum esset lego. Neque amplius quicquam audimus de Giezi, nisi statim cap. 8, ubi tamen non erat cum Eliseo, et cap. sequenti minister Elisei non videtur fuisse Giezi, sed alius vetate minor, quique non videbatur satis nosse quam à Deo propheta virtutem accepisset.

## CHAPITRE VI.

1. Un jour les enfans des prophètes dirent à Elisée : Vous voyez que ce lieu-ci où nous demeurons avec vous est trop petit pour nous;

2. Permettez-nous d'aller jusqu'au Jourdain, afin que chacun de nous prenne du bois de la forêt, et que nous nous bâtions là une demeure pour nous y retirer. Elisée leur répondit : Allez.

3. L'un d'eux lui dit : Venez donc aussi vous-même avec vos serviteurs: Il lui répondit: J'irai.

4. Et il s'en alla avec eux. Lorsqu'ils furent venus jusqu'au Jourdain, ils commencèrent à couper du bois.

5. Mais il arriva que comme l'un d'eux abattait un arbre, le fer de sa cognée tomba dans l'eau; il s'écria, et dit à Elisée : Hélas! mon seigneur, hélas! j'avais emprunté cette cognée.

6. L'homme de Dieu lui dit : Oh! le fer est-il tombé? Il lui montra l'endroit. Elisée tomba donc un morceau de bois, et le jeta au même endroit; et le fer naqua sur l'eau.

8. Rex autem Syriæ pugnabat contra Israel; consiliumque inivit cum servis suis, dicens: In loco illo et illo ponamus insidias.

9. Misit itaque vir Dei ad regem Israel, dicens: Cave ne transeas in locum illum, quia ibi Syri in insidiis sunt.

10. Misit itaque rex Israel ad locum quem dixerat ei vir Dei, et præoccupavit eum, et observavit se ibi non semel, neque bis.

11. Conturbatumque est cor regis Syriæ pro hac re; et convocatis servis suis, ait: Quare non indicatis mihi quis proditor meus sit apud regem Israel?

12. Dixitque unus servorum ejus: Nequaquam, domine mi rex; sed Eliseus propheta, qui est in Israel, indicat regi Israel omnia verba quæcumque locutus fueris in conclave tuo.

13. Dixitque eis: Ite, et videte ubi sit, ut mittam et capiam eum. Anpunitaveruntque ei, dicientes: Ecce in Dolban.

14. Misit ergo illic equos et currus et robur exercitûs, qui cum venissent nocte, circumdederunt civitatem.

15. Consurgens autem dilectulo minister viri Dei, egressus, vidit exercitum in circuitu civitatis, et equos et currus; nuntiavitque ei, dicens: Heu, heu, heu! domine mi, quid faciemus?

16. At ille respondit: Noli timere, plures enim nobiscum sunt quàm cum i. his.

17. Cùmque orasset Eliseus, ait: Domine, aperi oculos hujus, ut videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, et vidit, et ecce mons plenus epurorum et curruum igneorum in circuitu Elisei.

18. Hostes vero descenderunt ad eum. Porrò Eliseus oravit ad Dominum, dicens: Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate. Percussitque eos Dominus ne viderent, iuxta verbum Elisei.

19. Dixit autem ad eos Eliseus: Non est hæc via, neque ista est civitas; sequimini me, et ostendam vobis virum quem quaeritis. Duxit ergo eos in Samariam.

20. Cùmque ingressi fuissent in Samariam, dixit Eliseus: Domine, aperi oculos

7. Elisee tui dit: Prenez-le. Il étendit la main et le prit.

8. Le roi de Syrie combattait un jour contre Israël; et tenant conseil avec ses serviteurs, il leur dit: Il faut que nous dressions une embuscade en tel et tel endroit.

9. L'homme de Dieu envoya donc dire au roi d'Israël: Prenez garde à ne pas passer par là, parce que les Syriens doivent y dresser une embuscade.

10. Le roi d'Israël envoya à l'endroit que lui avait dit l'homme de Dieu, et il s'en saisit le premier; et il se tint en garde ainsi plus d'une et deux fois.

11. Le cœur du roi de Syrie fut troublé de cet accident; et, ayant assemblé ses serviteurs, il leur dit: Pourquoi ne me découvrez-vous point qui est celui qui me trahit auprès du roi d'Israël?

12. L'un de ses officiers lui répondit: Ce n'est point qu'on vous trahisse, ô roi mon seigneur, mais c'est le prophète Elisee, qui est en Israël, qui découvre au roi d'Israël tout ce que vous dites en secret dans votre chambre.

13. Il leur répondit: Allez, voyez où il est, afin que je l'envoie prendre. Ils vinrent donc l'avertir, et lui dirent: Elisee est à Dolban.

14. Le roi de Syrie y envoya aussitôt de la cavalerie, des chariots et ses meilleures troupes; et, étant arrivés la nuit, ils investirent la ville.

15. Le serviteur de l'homme de Dieu, se levant au point du jour, sortit dehors; et ayant vu l'armée autour de la ville, la cavalerie et les chariots, il vint en avertir son maître, et lui dit: Hélas, mon seigneur! hélas! que ferons-nous?

16. Elisee lui répondit: Ne craignez point, car il y a plus de monde avec nous qu'il n'y en a avec eux.

17. Et quand Elisee eut prié, il dit: Seigneur, ouvrez-lui les yeux afin qu'il voie. Le Seigneur ouvrit les yeux à ce serviteur, et il vit aussitôt la montagne pleine de chevaux et de chariots de feu, qui étaient autour d'Elisee.

18. Cependant les ennemis vinrent à lui; et Elisee fit sa prière au Seigneur, et lui dit: Frappez, je vous prie, tout ce peuple d'aveuglement. Et aussitôt le Seigneur les frappa d'aveuglement, selon la prière d'Elisee.

19. Alors Elisee leur dit: Ce n'est pas ici le chemin ni la ville où vous devez aller; suivez-moi, et je vous montrerai l'homme que vous cherchez. Il les mena donc dans Samarie.

istorum, ut videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, et viderunt se esse in medio Samariæ.

21. Dixitque rex Israel ad Eliseum, cùm vidisset eos: Numquid percitiam eos, pater mi?

22. At ille ait: Non percitias, neque enim cepisti eos gladio et arcu tuo, ut percitias; sed pone panem et aquam coram eis, ut comedant et bibant, et vadant ad dominum suum.

23. Appositaque est eis ciborum magna preparatio, et comederunt et biberunt; et dimisit eos, abieruntque ad domum suam; et ultra non venerunt latrones Syriæ in terram Israel.

24. Factum est autem post hæc congregavit Benadad rex Syriæ universum exercitum suum, et ascendit, et obsidebat Samariam.

25. Factaque est fames magna in Samaria; et tamdiu obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, et quarta pars cabi stercoreis columbarum quinque argenteis.

26. Cùmque rex Israel transiret per murum, mulier quædam exclamavit ad eum, dicens: Salva me, domine mi rex.

27. Qui ait: Non te salvat Dominus, unde te possum salvare? De areâ, vel de forculari? Dixitque ad eam rex: Quid tibi vis? Quæ respondit:

28. Mulier ista dixit mihi: Da filium tuum, ut comedamus eum hodie, et filium meum comedemus cras.

29. Coximus ergo filium meum, et comedimus. Dixitque ei dicit altera: Da filium tuum, ut comedamus eum. Quæ abscondit filium suum.

30. Quod eum audisset rex, seidit vestimenta sua; et transibat per murum; viditque omnis populus cilicium quo vestitus erat ad carnem intrinsecus.

31. Et ait rex: Hæc mihi faciat Deus et hæc addat, si steterit caput Elisei filii Saphat super ipsum hodie.

32. Eliseus autem sedebat in domo sua, et senes sedebant eum eo. Præmisit itaque virum; et antequam veniret nuntius

30. Et lorsqu'ils furent entrés dans la ville, Elisee dit: Seigneur, ouvrez-leur les yeux, afin qu'ils voient. Le Seigneur leur ouvrit les yeux, et ils reconnurent qu'ils étaient au milieu de Samarie.

21. Le roi d'Israël les ayant vus, dit à Elisee: Mon père, les tuerez-je?

22. Elisee lui répondit: Non vous ne les tuerez point, car vous ne les avez point pris avec l'épée ou avec l'arc, pour avoir droit de les tuer; mais faites-leur servir du pain et de l'eau, afin qu'ils mangent et qu'ils boivent, et qu'ils s'en retournent vers leur maître.

23. Le roi d'Israël leur fit donc servir une grande quantité d'aliments. Et après qu'ils eurent mangé et bu, il les renvoya, et ils retournèrent vers leur maître; et les bandes de Syriens ne vinrent plus sur les terres d'Israël.

24. Quelque temps après, Bénadad, roi de Syrie, rassembla toutes ses troupes, et vint assiéger Samarie.

25. Et la ville fut pressée d'une famine extrême, jusque-là que, le siège continuant toujours, la tête d'un âne fut vendue quatre-vingts pièces d'argent, et la quatrième partie d'un cab de fiente de pigeon, cinq pièces d'argent.

26. Et comme le roi d'Israël passait le long des murailles, une femme s'écria, et lui dit: O roi mon seigneur, sauvez-moi.

27. Il lui répondit: Le Seigneur ne vous sauve pas, d'où prendrai-je de quoi vous sauver? serait-ce de l'aire ou du pressoir? Et le roi ajouta: Que voulez-vous dire? Elle lui répondit:

28. Voilà une femme qui m'a dit: Donnez votre fils, afin que nous le mangions aujourd'hui, et demain nous mangerons le mien.

29. Nous avons donc fait cuire mon fils, et nous l'avons mangé. Je lui ai dit le jour d'après: Donnez votre fils, afin que nous le mangions; mais elle a caché son fils.

30. Le roi ayant entendu parler de la sorte, déchira ses vêtements; et il passait le long des murailles; et tout le monde vit le cilice dont il était couvert sur sa chair.

31. Et le roi dit: Que Dieu me traite dans toute sa sévérité, si la tête d'Elisee, fils de Saphat, demeure sur ses épaules aujourd'hui.

32. Cependant Elisee était assis dans sa maison, et des anciens étaient assis avec lui. Le roi envoya donc un homme pour le tuer;



ille, dixit ad senes: Numquid scitis quod miserit filius homicidae his ut praecideretur caput meum? Videte ergo cum venerit nuntius; claudite ostium, et non sinatis eum introire; ecce enim sonitus pedum domini ejus post eum est.

33. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius qui veniebat ad eum. Et ait: Ecce tantum malum à Domino est; quid amplius expectabo à Domino?

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ECCE LOCUS, IN quo HABITAVIT CORAM TE, AUGUSTUS EST. Aliud jam succedit Elisei miraculum, in re quidem levi, sed tamen leve non est exigua virtutis argumentum. Habitatant prophetarum filii, quibus tanquam magister et pater Eliseus praeerat, prope Jordanem; an prope Jerichentem, aut Galsala, non constat, utrumque est non procul à Jordane: ubiqueque statuae hoc prophetarum collegium, constat pro habitantium numero non habere satis spatii. Quare rogant Eliseum sibi ut liceat à sylvà caedna, quae est ad Jordanis ripam, ligna comportare, quibus laxetur mensis communis illa commensio. Quam facultatem ab Eliseo consecuti, progressi sunt ad sylvam, ubi cum quidam minus cederet cautè sylvetrem illam ad redificandum materiam, excidit securis; quam mentiam acceperat, in Jordane; ejus jacturam valit graviter, tum quia otiosum ageret diem illum inermis, tum quia rem amiserat alienam, quam domino neque posset reddere, neque haberet fortasse illius pretium, quod illius jacturam compensaret. Quare rem totam ad Eliseum retulit, qui cum aliis aut materiam succideret, aut certe exciderit instabat; qui injeo ligno in eum locum, in quem securim decidisse cognoverat, ferrum, quod in solo gurgitis profundo considerat, ad summam aquam enatare fecit. Haec omnia nota sunt, neque est aliquid in quo immorari debeat commentatio.

Sed hic Patres aliquid aliud meditantur, quod demersa securis et sursum evocata portendit. Hoc, inquit Theodoretus q. 10, praefiguravit Servatoris nostri dispensationem; quemodo enim lignum quidem, quod est levissimum, fuit demersum, quod est autem gravissimum, nempe ferrum, supernatavit; ita divinae naturae descensus effecti, ut hu-

ic et avant que cet homme fût arrivé, Elisee dit aux anciens: Savez-vous que ce fils de meurtrier a envoyé ici un homme pour me couper la tête? Prenez donc garde lorsqu'il arrivera; fermez-lui la porte, et ne le laissez pas entrer; car j'entends le bruit des pieds de son seigneur qui vient après lui.

33. Lorsqu'Elisee parlait encore, on vit paraître cet homme qui venait à lui, et lui dit: Vous voyez l'extrême malheur où Dieu nous réduit; que puis-je attendre davantage du Seigneur?

## COMMENTARIUM.

« MANA NATURA ASCENDERET. » Hoc pluribus tractavit Augustinus tom. 10, serm. 1; idem Angelomus et Eucherius. Alii hic alla meditantur satis ad mores opportuna. Ferrum donum esse putant intelligentiae, quod Dominus prelati viciisque apostolicis, imò et his qui praesunt, concedit, ut ligna cedant sylvetria et infru-gifera, et illa ad utilem aliquam fabricam comportent. Quibus interdum excidit securis, quae sylvam purgat, et plantas succidit inutiles, et manet in manu jam inermis, pro securi acutè aridum et obtusum manubrium, à quo sperari nihil potest; quod commodatum haberet et alienum, nempe non proprium, sed datum à Deo. Quod sine his qui munus tractant evangelicum, persæpe contingit, qui pro acuto ferro, quod dedit Dominus commodato, lignum retinent obtusum et inutile, quod neque cadit, neque truncat, quod maxime truncatum et casum oportuit. Audi Eucherium et Angelomum, eisdem utrumque verbis. « Ferrum in manubrio, donum intellectus in corde est. Ligna vero per hoc cadere est pravè agere, increpare, quod nonnunquam dum « dicitur agitur, dum lapsus vanae gloriae in acceptè eadem scientia non vitatur, ferrum in caqua perditur, quia ex dissoluto opere intelligentia fatuatur. Quam profecto intelligentiam ad hoc novimus dari, ut ante dantis oculos ex bona actione debeat restitui. Unde erectè is qui ferrum amiserat, clamabat: *Heu, heu, heu, domine mi!* et hoc ipsum mutuum acceperam. » Idem penè Rupertus in hunc liberum cap. 32. Hic tamen addo pejorem quoddammodo conditionem illorum esse qui male utuntur dono sibi intelligentiae commodato, quam illorum qui intelligentiae securi, ab eo, in quo radicati fuerant, et inveteraverant, infelici solo succisi non sunt: hi enim prope fluvium, sunt in ripa, unde ab aliis eradicari aut

succidi possunt; hi verò in profundo flumine cum sua intelligentia ibi demersa ac perdità, unde ab aliis educi ferunt quam ægerimè, quia satis sibi putant esse consilii et scientiae, neque ipsi optote sua jam sapientia graves enatare possunt. Hoc planè est sal illud infatuatum, quod neque sibi, neque aliis usui esse potest. Sed hi si filii prophetarum sunt, id est, si benè instituti, cum securis excidit commodata à Domino, non ad fuitiles usus et inanes plausus, sed ad majus opus et salutem animarum, statim errasse se clamant, et restitui sibi postulant, quod exciderat, ne in vacuum postea, et sine ullo tante operæ pretio laborent. Unde, ait Eucherius, reclus, qui ferum amiserat, clamabat: *Heu, heu, heu, domine mi!* et hoc ipsum mutuum acceperam. » Habent enim hoc effecti proprium, si quando « in eis sua scientia furtiva vanae gloriae culpa « subripitur, ad cor velociter redeunt, et quietè quid in se ante districti judicis oculos damnabile inveniant, lacrymis insequuntur. Qui « fientes non solum cautè inspicunt, quae « male commiserunt, sed ex accepto munere, « quae reddere etiam bona debuerunt. » (1)

(1) VERS. 2. — EXIIS USQUE AD JORDANEM, ET TOLLANT SINGULA DE SYLVÀ MATERIAS SINGULAS; ET ADJACENTIS TUGURIA IN quibus tanta multitudo religiosorum habitet. Vide hic priscorum religiosorum paupertatem, laborem et mansuetudinem. Audi Theodoretum: « Chorus prophetarum extremam amplectebatur paupertatem: non enim habebant domos, sed utebantur tuguriis. Quamobrem à magno illo propheta « supplices peterunt, ut abiret cum ipsis ligna « secantibus ad eas construenda. Tantà autem « utebantur paupertate, ut ne securim quidem « sustinerent possidere. » Et S. Hieronymus, epist. 4 ad Rustic: « Filii prophetarum, ait, « quos monachos in veteri Testamento legitimus, « adificabant sibi casulas prope fluenta Jordaniae, et turris urbium derelictis, potentè et « herbis agrestibus victabant. »

« Alley. Tertull. lib. contra Judaeos cap. 15. per aquas Jordanis accipit baptismum; per lignum, crucem Christi; per ferrum, dura peccatorum corda. « Quid, inquit, manifestus « hujus ligni sacramentum, quod duritia hujus « seculi mersa in profundo erroris, et à ligno « Christi, id est, passionis ejus in baptismo « liberatur, ut quod perierat olim per lignum « in Adam, id restitueretur per lignum Christi? » Sic et S. Ambr. 1. 2 de Sacram. c. 2: « Ecce, inquit, aliud genus baptismatis. Quare? quia « omnis homo ante baptismum, quasi ferrum « premitur atris demergitur, sed tanquam « fuerit, non tanquam ferrum, sed tanquam « riam levior fructuosi ligni species levatur. » Et mox: « Videt ergo quod in cruce Christi « omnium hominum levatur infirmitas. »

S. August. verò serm. 210 de Temp., per fluvium accipit fluentes voluptates et concupis-

VERS. 8. — REX AUTEM SYRIÆ PUGNABAT CONTRA ISRAEL. Aliud jam proponitur Elisei miraculum, quo Samaritiam liberavit à Syrorum insidiis, et illos prius cecitate percussos, in laqueos, id est, in ipsam Samaritiae plateam incautos induxit, unde non emerissem incolumes, nisi idem, qui induxerat, ab hostili manu defendisset. Hic rex Syriae, qui bellum intulit Israelitis, fuit Benadab, qui vario eventu cum iisdem jam ante pugnaverat, à quo, ut nuper vidimus, literas attuli Naaman ad regem Israel. Quae fuerit belli causa, non docet Scriptura, neque alla quaerenda, quam antiquum, et quasi naturale odium inter duas illas gentes, inter quas, utpote inter vicinas

gentes, ex quibus nos merces liberat Eliseus, id est, Christus per lignum crucis. « Securus « illa, inquit, in profundo jacebat, quasi genus « humanum in omnium criminum abyssum in « felici ruinà corraerat, sicut scriptum est: « *Influxus sanus in limo profundo.* Et iterum: *Deveni « in altitudinem maris, et tempestas demerit me.* « Fluvius enim ille, ubi securis cecidit, signifi- « cat praeter fluentem et fugitivam, et in aby- « ssum descendentem voluptatem, vel luxuriam « accepit hujus. Fluvius enim à fluendo nomen « accepit. Et quia omnes peccatores transitorio « voluptatibus inhaerentes, fluere dicuntur, « ideo securis illa in fluvio et in limo jacebat « oppressa. » Pergit deinde ad Eliseum, id est, Christum Salvatorem: « Veniens vero Eliseus « emisit lignum, et natavit ferrum. Quid est « lignum mittere, et ferrum in medium pro- « ducere, nisi patibulum crucis accendere, et « de profundo inferni humanum genus erigere, « eac de omnium peccatorum limo per crucis « mysterium liberare? Postquam verò natavit « ferrum, nisi manum prophetae, et recepit « illud, et restitit ad utilitatem dominici sui. Haec et de nobis factum est, dilectissimi fratres, « qui de manu Domini superbiendo cecideratis, « per crucis lignum ferrum ad manum « vel ad potestatem Domini redire meritis. « Et ideo quantum possumus, cum ipsis ad- « jutorio laboremus, ne iterum superbiendo de « manu Domini corruamus. »

S. Irenaeus autem lib. 3, cap. 17, per ferrum accipit firmum Dei verbum, quod per lignum (commodatè ex ligno scientiae bonè et mali à Deo vello Genes. 3) negligenter amiseramus, nec inveniebamus, sed per lignum crucis Christi recepimus. « Quid autem securis « similis sit verbo Dei, inquit, docet Joannes « baptista dicens: *Jam autem securis ad radicem « arborum posita est, Matthaei 3.* »

Anagoge Boda: Sicut ferrum aquis mersum Eliseus reduxit ad manubrium, sic Christus corpus suum aquis passionis et mortis demersum revocavit ad vitam. Item facit nobis in communi omnium resurrectione. Corpus enim nostrum instar ferri est durum, grave, frigidum, ferruginosum, et pronum ut in abyssum ruit; sed Christus ferro hunc contrarias dotes corporis gloriosè inserat, illudque quasi ignem, ut sit clarum, agile, leve, subtile, impassibile, gloriosum. (Corn. à Lap.)

loco, et diversis religione populos assiduum esse solet. Cùmque insidias, quas opportuno loco constituerat Syrus, declinasset rex Israel, neque quicquam tentaret, quod haberet successum, ejusque causam Eliseum esse cognosceret, cujus oculos aut intelligentiam ipsius consilia non laterent, statim omnino tollendum esse de medio. Erat tunc Eliseus in Dothan, quam equis et curribus undique circumdedit Syrus, ne illo modo, qui ibidem erat inclusus, Eliseus haberet effugium.

VERS. 15. — CONSTATENS AUTEM SULPHELLO, MINISTER VIRI DEI EGRESSUS VIDIT EXERCITUM. Ille minister non erat Giezi, ut paulo ante diximus, sed alius puer, cui, ut apparet, non erat explorata satis Elisei virtus; alioqui neque timeret adeo, neque tam ploraret infanti-liter, quasi jam esset actum de suo ac domini capite. Quem consolatus est Eliseus, affirmans multo plures esse, multoque fortiores, qui defendant, quam qui obsident et oppugnant civitatem. Cùm autem adhuc timeret puer, eum videret hostes et multitudinem innumerabiles, aut eorum egregie ad omnem contentionem instructos, neque contra stare, qui accere possent, aut sustinere illorum impetum, oravit Dominum Eliseus, ut clausos, aut hebetes aperiret oculos pueri, ut sciret quom non esset timendum à mortali manu, umbratilique Syrorum acie, cùm sese opponeret à celo multo potentior et numerosior acies, ejus comparatione nihilominus poterat adversaria potentia, quam spuma græcis, que dissipatur à vento, aut arida stipula, que ab igne momento temporis rediguntur in cineres. Atque fidè objecti sunt equi, et currus ignei, et eorum item ignei ascensores, ut eorum significaretur et vis acer-rima ad pugnandum, et celeritas maxima ad conficiendum id quod essent aggressi. Sicut ignis, qui materiam, quam habet obviat, celeritate maxima corripit, et ita consumit, ut nullum interdum superioris forme vestigium relinquat. Sanè in igne dum materiam arripit aridam, explicat vis et celeritas. Sic Sap. cap. 3. v. 7. de justis: *Sicut scintilla in arundine discendit, hæc porro angelorum erat acies, qui ignem corpus, aut spiritum susceperunt ex aere, quam adolescentuli oculis objecerant. Tales justi secum habent custodiam, dum pro Dei causâ eum adversaria potestate suscipiunt certamen. De qua Psal. 35. v. 8: Immittet angelus Domini in circuitu timen-tium eor. Hebraice, castra metabitur. Talem custodiam habuit Jacob, quando illi magno*

stipatus comitatu occurrit Esau, Genes. 32; eum enim non minus timeret fratrem, ejus prius audierat minas, et quem adhuc antiquum retinere animum suspicabatur, Denm sibi ad-fuisse sensit, et angelorum misisse castra, que confirmarent languentem animum, et que quadringentis viris, quos secum fratrem adferre-bat, opponeret: *Fueruntque ei obviati angeli Dei, quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc.* (1)

(1) VERS. 10. — PROCEPERUNT EUM, ET OBSERVAVIT SE DEI NON SEMEL, NEQUE BIS. Regem Israelis insidias illas preveniens, locis occupatis ubi locandæ erant, Hebraeus textus non exprimit, sed solum: *Monerat eum vir Dei, et observavit ibi, ac non semel, neque secundum.* In Arabico legitimus regem Israelis misisse suos, ut in iis locis manerent, denuntiavissent illis fuisse, ne eo pertransirent, nec semel, nec iterum. (Calmet.)

VERS. 12. — DIXITQUE INTUS SEVORUM EJUS. Arabiosis pulchè dicitur fuisse Nabman, quem Eliseus à leproâ curavit; sed videtur incredibile, quòd ipse Eliseum sibi tam beneficium regi prodiderit, ut sub initium c. 8 fatetur Abul.

EISEUS PROPHETA QUI EST IN ISRAEL, INDICAT REGI ISRAEL OMNIA VERBA QUÆCUMQUE LOCUTUS FUERIS IN CONCLAVI TUO. Spiritus enim prophæ-ticæ est cognoscere tam arcana, absenta et remota, quam futura prædicere. Utrumque enim eandem virtutem requirit, scilicet opem et revelationem divinam. (Corn. à Lap.) *C'est le prophète Elisee qui découvre au roi d'Israël tout ce que vous dites en secret dans votre chambre. Un savant théologien (Estius), admirant de quelle sorte Elisee découvrait les choses les plus secrètes, et sembloit voir toutes choses, comme s'il avoit été présent partout, remarque, contre les impies et les hé-retiques, qu'on doit être convaincu, par ces exemples, que les saints qui sont dans le ciel avec Jésus-Christ, peuvent aisément connaître les prières des fidèles, quoiqu'ils ne soient pas personnellement présents parmi eux, puisque si un homme étant encore engagé dans un corps mortel, a pu connaître tous les secrets d'un prince étranger, et découvrir tous les ar-tifices de son conseil, les âmes des saints qui sont dépourvues de leur chair, et présentes de-vant Dieu, peuvent sans comparaison plus facile-ment et plus clairement voir en lui, comme en un miroir, toutes les choses qui le regardent, en quelque manière que ce soit.* (Sacy.)

VERS. 15. — ECCE IN DOTHAN. Idem est lo-cus ad Dothan, de quo Genesis 37. 17. Con-sistat illam Eusebius in Locis, ad septentrio-nem Samariæ. (Calmet.)

VERS. 16. — NOLI TIMERE; PLURES ENIM SO-NUSCUNT SENT, QUAM CUM ILLIS. *Plures, nimirum angeli, qui pro Deo et sanctis ejus, quasi ces-leses acies innumerat et fortissimas militanti, ob quas ipse vocatur Deus Sabbathi, id est, exercituum, juxta illud psalmi 35: Immittet (Hebr. chone, id est, castra metabitur) angelus Domini in circuitu timeantium eum. Sic de Jacob fugiente Esau dicitur Genes. 32. vers. 1: Fae-*

ratique ei obviati angeli Dei, quos cum vidisset, ait: *Castra Dei sunt hæc.* Sic angeli pugnârunt pro Moise et Hebraeis contra castra Pharaonis in mari Rubro, Exodi 14. Unde S. Ambr. serm. A de Eliseo: *Divinus timor, inquit, et terrorum à nobis expellit hostilem. Arma autem hæc nostra sunt, quibus nos Salvator instruxit, oratio, misericordia atque jeju-nium. Jejunium enim melius quam murus tectur; misericordia facilius liberat quam rapina, oratio longius vulnerat quam sagitta.* Sagitta enim non nisi proxima conspectum per-cussit adversarium, oratio autem etiam longius positum vulnerat inimicum. Et paulo post: *Mira res, plures è celo defensores meretur sanctitas, quam in terris oppugnatores ad-duxit improbitas.* Causam subdit: *Scire enim debet, quòd adversarii meritis magis quam virtute vincuntur, et non tam virtute quam sanctitate superantur, sicut sanctus Eliseus hostes suos non armis superabat, sed oratione vincebat.* (Corn. à Lap.)

*Oratio lui répondit: Ne craignez point, car il y a plus de gens armés avec nous, qu'il n'y en a avec eux. En même temps, faisant sa prière, il dit à Dieu: Seigneur, ouvrez-lui les yeux, afin qu'il voie. Le Seigneur ouvrit les yeux du serviteur, et il vit aussitôt une montagne pleine de chevaux et de chariots de feu qui étaient autour d'Elisee.* O foi de ce saint prophète, s'écrie saint Ambroise! Il ne craint point tous les ennemis qui l'environnent, parce qu'il est assuré que les anges sont autour de lui pour le défendre. Combien les yeux spirituels voient-ils après plus de pénitiation que les yeux charnels? Et combien la sainteté mé-rite-t-elle de recevoir plus de défenseurs du côté du ciel, que la malice des hommes ne lui suscite de persécuteurs? Telle est la grande bonté de notre Sauveur, de procurer notre salut sans se montrer à nos yeux, et se faire sentir plutôt en nous-combiant de ces grâces, qu'en se faisant voir à nous. Et ainsi ceux-là se trompent qui s'imaginent que lorsqu'ils ont réussi en quelque entreprise, c'a été par un effet de leur force. Car il faut qu'ils sachent que c'est le mérite de la vertu, et non la force, qui nous fait vaincre nos en-nemis; comme Elisee surmonta alors les syens, non par la force des armes, mais par sa prière. On ne doit pas néanmoins s'éton-ner, dit encore le même Père, qu'un si grand saint ait mérité de recevoir ce secours du ciel, puisque son esprit était sans cesse dans le ciel même. Car s'il est vrai, comme dit l'Apôtre, que nous conversons dès cette vie dans les ciens, les esprits célestes peu-vent bien aussi converser dès à présent avec nous, puisque la conversation est un lien qui unit ensemble ceux qui paraissent d'ail-leurs séparés, et qu'ainsi les saints étant et tous liés entre eux par un commerce tout spirituel, tantôt les anges viennent sur la terre parmi les hommes, et tantôt les hom-mes s'élèvent au ciel avec les anges. Saint Jean Chrysostôme dit aussi dans le même sens que saint Ambroise, qu'Elisee avait si parfaitement renoncé à toutes les choses de cette vie, à toute la gloire, à toute la puis-sance et à toute la grandeur du monde, qu'il mérita que le royaume du ciel fût ouvert

à devant ses yeux, et qu'il fut digne de voir ce que nul autre n'avait jamais vu, c'est-à-dire une montagne toute pleine de chevaux et de chariots de feu. Car celui, ajoute-t-il, qui est dans l'admiration des choses pré-sentes, se rend indigne de voir les choses futures. Mais lorsqu'il méprise tout ce qu'il voit dans le monde, le méprisant comme une ombre et comme un songe, il est en état de jouir dès à présent des choses qui sont vrai-ment grandes et spirituelles.)

Le serviteur d'Elisee manqua de ces yeux spirituels, qui sont attachés à une grande pureté de cœur. C'est pourquoi, dans la crainte que lui cause la vue des Syriens qui l'environnaient, il eut besoin que son maître, pour le rassurer, demandât à Dieu que lui daignât ouvrir ses yeux, afin qu'il pût voir cette armée céleste que Dieu opposait à ses enne-mis, et qui couvrait la montagne environnant Elisee. On demande quelle était cette monta-gne, et comment tous ces chevaux et tous ces chariots de feu qui la remplissaient, pouvaient être autour d'Elisee, puisqu'il était dans la ville de Dothan. Mais cette montagne, pou-vant être celle sur laquelle la ville même était située, il est aisé de comprendre que toute cette armée céleste qu'il vit à Dieu de faire voir à ce serviteur sous la figure de chevaux et de chariots de feu, conformément à la por-tée de ses sens, environnant Dothan où Elisee était renfermé, environnait en même temps ce saint prophète. Ou bien, selon que l'ex-plique un interprète, c'était seulement une vision dans laquelle Dieu représentait au ser-viteur d'Elisee, son saint maître, sur une montagne toute environnée des esprits célestes qui le protégeaient contre la mauvaise volon-té de ceux qui voulaient le prendre. Saint Jérôme dit que l'on doit remarquer que ce serviteur vit bien des chevaux et des chariots, mais qu'il n'est point dit que dans ce grand nombre de chariots et de chevaux il y eût aucune personne qui les montât, parce que celui qui les conduisait était Dieu même, dont le Roi-Propète a dit qu'il est assis sur les Chérubins, et que ce fut par de tels chevaux et sur un tel chariot qu'Elie fut enlevé dans le ciel, ainsi qu'on l'a vu auparavant.

VERS. 17. — ET APPRUIT DOMINUS OCULOS PUERI. Non mirum, ait S. Ambr. serm. de Eliseo, si oratio aperuit oculos, ut videret reversus; non mirum; inquam, si novis inserit oculos, qui nova promeretur auxilia. Aut cur non acies producat obtutum, qui cæcis instruxerat angelorum? Cur, inquam, non oratione sua hebetudinem pupillarum detegeret, qui meritis suis caliginem nubium penetravit? Necessario ergo S. Eliseus hoc facto ministro formidolosè præsultu securi-tatem, cui jam réfidèrat claritatem.)

EN TOUTES NOS VERTUS ÉGOUTTES ET CUNCTUM INCENSUM, UN CIRCURE ÉTAIT. Angeli hos equos et currus specie ignis ex aere et nubibus ac radis solis, appositæ ad ignis colorem exhibendum per eas transparentibus effluerunt, ut Eliseo suam celestem naturam igneque celeritatem, fortitudinem, vim et efficaciam repræsenterent, uti repræsenterat Elia: in ejus raptu. Spiritus enim Elie successor et

VERS. 18. — **PERCUTE, OBSECO, GEMERE HANC CECITATE (1).** Ad preces Elisei percussit Deus illum Syrorum exercitum, et cecitatis specie quæ *ἀσπασία* dicitur, et secundum alios *ἀσπασία*, eum homo aliquid videt, illud tamen, quid sit, discernere non potest. Qualis fuit Sodomæorum cæcitas, qui eum viderent alia, portam tamen Loth videre non poterant; aut ita videbant, ut tamen ab aliis partibus aut eam à solido continuoque pariete non distinguerent. Hanc Septuaginta *ἀσπασία* vocant. Cum autem interpretis nullam haberet Latinam vocem,

hæres fuit Eliseus; in eo ergo impletum fuit illud Dei promissum: *Ego ero, et tibi Dominus, manus ignis in circuitu, et in pluvia eris in medio ejus.* Zachar. 3. 7. Vide ibi nota. Causam dat S. Ambr. serm. 7 de Eliseo: *Quid mirum, si aut sit auxilia meretur et celo, ejus animus semper in celo est, sicut ait Apostolus: Nostri autem conversatio in caelis est? Ergo et nostra conversatio in caelis est, et celestium conversatio potest esse nobilium, hoc est, ut qui vitam vivimus, angelorum rebus consuetudinem mereamur: Est ergo sancti virtutibus quædam inter se cognitio, consuetudo atque societas, nec interest utrum in caelis manent, an in terris; angelici sint habitus vel humani, dummodo in his sint eadem vita vel sanctitas. Conversatio enim connectit, quos separat elementum, et diversitas licet corporibus dividatur, isdem tamen actibus conjunguntur. Atque idem fit et sancti sibi quodam consorcio coherentes, à se invicem non discedant: et modo angelis ad terras veniant, modo homines ad caelestia transferantur: ad profecto meliore quibus vita communis est, incipiunt illis vivendi etiam elementa esse communia.*

(Corn. à Lap.)

Mons Dothan, et assurgentes circum colles speciem exhibuerunt oculis pueri, tanquam obstiti essent armatis igne fulgurantibus, paritæque in auxilium Elisei. Quosmodi erant ferme agmina illud, vel castra, quæ obvium habuit Jacob redux à Mesopotamiâ, ad torrentem Jacob, quosmodi pariter fuissent legiones angelorum, quæ Elisei Dei invocare se posse in opem suam adversus furentes Judæos asservit.

(Gaimet.)

(1) Audi S. Ambr. serm. 1 de Eliseo: *Tunc dicitur oravit Eliseus, et omnem hostilem et exercitum cecitate percussit. Non mirum si adversarius cecitatem intulit, qui famulo largitus est claritatem; et si hostibus auferret visum, qui ministro præstat aspectum. Ubi sunt, qui dicunt, plus quam preces sanctorum, hominum arma posse? Ecce una oratio et Elisei totum exercitum vulneravit, et unius prophete meritis omnis est hostium numerus captivatus. Quæ caterve regum, quæ turbæ militum talem victoriam perpetrarunt, aut ita hostes prosternerent, ut de illis nullas occumberent? Hæc est vera, hæc incrementa et victoria, ubi ne adversarius vincitur, ut de viventes nemo laedatur.*

(Corn. à Lap.)

quæ hujus significationem exprimerent, cecitatem reddiderunt. De quibus sic Aug. lib. Quæst. in Genes. q. 45: *«Virus, qui erant ad ostium domus (Loth) percusserunt cecitate. Græci habent ἀσπασία, quod magis significat, si dici potest, avertentiam, quæ faciat non videri non omnia, sed quod non opus est. Hæc ἀσπασία, et illi percussi sunt, qui querebant Eliseum.» Et idem Aug. lib. 92 de Civitate cap. 19: *«Cum aliquid non videtur, quamvis adsit, à quibus alia quæ pariter adsunt, videntur, sicut illum claritatem dicitur adfuisse, non visam, à quibus alia videntur, ἀσπασία Græcè dicitur, quod nostri interpretes Latine dicere non valentes lib. Genes. 19, cecitatem interpretati sunt. Hæc enim passi sunt Sodomites, quando querebant ostium justi viri, nec poterant invenire. Quæ si cæcitas fuisset, quæ fit, ut nihil possit videri, non ostium, quo ingrederentur, sed duces itineris, à quibus inde abducerentur, inquirerent.» Hæc eadem Augustini ratio valet etiam in hæc Syrorum cecitatem; neque enim, si cæci omnino forent, Eliseum querebant, quem videre non possent, sed potius vires duces, quæ ipsos in loca, unde nuper exierant, sine errore deducerent. Videbant igitur Eliseum, quocum loquebantur; videbant Dothan, ubi tunc Eliseum esse audierant; sed neque illum Dothan, neque hunc Eliseum esse putabant; quia alia Elisei, alia Dothan, in illorum oculis species incurra.**

VERS. 19. — **NON EST HÆC VIA, NEQUE ISTA EST CIVITAS: SEQUIMINI ME, ET OSTENDAM VOBIS VIAM.** Hic non nemo mendacii arguere posset Eliseum, eum neque illam diceret esse viam, quæ ducebat ad civitatem, quam ipsi querebant, neque illam esse Dothan, ubi tunc esset Eliseus, eum omnino se res haberet contra. Abul. q. 17, eum prius refutasset Lyra sententiam, qui dicebat non esse civitatem illam Elisei patriam, sed Samariam, atque idem in verbis prophete non esse mendacium, quia non negavit illam esse civitatem, ubi esset tunc Eliseus, sed illam esse Elisei patriam et familiæ domicilium. Quæd verò Samaria esset Elisei domus, probabat Lyra, quia, ut cap. precedenti vidimus, puella Hebræa dixit uxori Naaman: *Utisam fuerat dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria!* Et infra: *Eliseus autem sedebat in domo sua, et tamen ibi erat sermo de civitate Samariæ. Quod opinio confutat Abul., quia Syri non querebant Samariam, sed Dothan, in quæ erat Eliseus, ut*

quæ idem male negavit illam esse civitatem, et tibi esse prophetam, cujus causa eò essent profecti.

Ille aliam addidit expositionem accommodatam non tam ad verba militum, aut regis Syriæ, quam ad illorum desiderium et animum. Querebant illi civitatem, ubi inventuri essent Eliseum, sed reverà, ut satis probavit eventus, invenerunt in Samaria, quia eum illum præter juxta Dothan non agnovissent, propter *ἀσπασία*, perinde fuit ac si viderent nunquam. Quam expositionem etiam adhibuit Hugo, verbis tamen obscuris. *«Quando, inquit, verba proferuntur prophetica, vel significantè, intelligi debent in sensu quo sunt, non quem faciunt.» Et tandem eò magis inclinat Abul. ut putet Eliseum tunc fuisse mentitum, officiosè tamen, vel non reputatum esse mendacium, quia illud dicebat incitante Deo, ut per ostensionem miraculi, magis esset Dominus gentilibus notus.*

Mihi non displicet prior Abulensis explicatio; sed neque displiceret, si quis diceret non de civitate aut de homine, quæ eorum habere milites illi, locum Eliseum, sed de illa hominis et civitatis specie, quæ se illorum oculis objecerat, quæ longè aberat à verè civitate et Elisei formâ. Ac si diceret, illam quam se videre putabant, non esse Dothan, quia longè alia erat, vera illius veritatis imago, licet materialiter, ut dicunt logici, civitatem viderent; sicut etiam eum materialiter viderent Eliseum, formaliter tamen non videbant, quia non illius acceperant expressam imaginem; neque Eliseus promittit ostensurum se, quam querebant civitatem; alioqui Samariam non ostenderet, de quâ ne cogitarent quidem, nisi ut illam effugerent, sed tantum virum, cujus gratiâ venerant, quem ante non videbant, eum tamen haberent presentem, quia alienam illis formam objecerat, non suam, se tamen ostendit eum substatu sensuum *ἀσπασία*, Eliseum esse cognoverunt, quem ante alium esse crederant. Quare neque mentitus est Eliseus, eum dixit, neque illam esse viam, quia longè aliam apparere fecit, quam ipsi ante noverant, neque civitatem ex hæc solum negavit, neque de civitate alium præterea verbum. Promisit solum se virum ostensurum, quem querebant. Quod fideliter præstitit in Samaria. Expendo singula, et videlicet nullum in his verbis apparere mendacium. Non est, inquit, hæc via, neque ista est civitas. Sequimini me, et ostendam vobis viam quæ quaeritis. Non dixit: ostendam civitatem quam quaeritis.

VERS. 20. — **CEMQUE INGRESSI ESSENT IN SAMARIAM, DIXIT ELISEUS: DOMINE, APERTI OCELLUS ISTORUM, UT VIDEANT.** Hæc tunc Syri *ἀσπασία* seu *ἀσπασία* laborabant, putabantque illam, quam ingressi fuerant viam, ducere in Dothan, eum ibi omnia expectarent signa, quæ vel ipsi observassent antea, vel ab aliis notata didicissent. Præterea eum plurimum Dothan dissimilis esset Samariæ civitati regie, in Samariam quam jam, Eliseo duce, fuerant ingressi, expressam quamdam imaginem spectabant Dothan, et captam jam civitatem, et Eliseum comprehensum arbitrabantur. Cum autem clausi moribus tenerent, non possent effugere, et in mediâ plateâ, omnium oculis et telis expositi constitissent, ex cæ spe et gaudio quamprimùm excederent. Oravit enim Eliseus Dominum, ut cæcis illis, aut qui non procul aberant à cæcis, oculos restitueret, et verè, sicut antea de rebus judicarent: quod cum essent ex inopinato consecuti, in eum se locum deductos agnoverunt, unde sibi ad libertatem et fugam, aperendum aditum desperabant. Quid enim facerent homines, licet multi numero, turbati tamen et impediti, et eo in loco ubi ut maxime cuperent, commovere se non possent, neque tractare utiliter arma, cum contra se omnes Samariæ vires et arma intenta, et animos similiter infensus viderent; de quibus Chrysostom. tom. 1, homil. de Eliseo et Syrorum insidiis: *«O virtus, inquit, admirabilis Dei; ducuntur captivi, qui prophetam venerant captivare, et timentur ut rei, qui Dei hominem voluerant detinere. Propheta sanctissimus non pugnat et vincit, non dimicat et subigit, etc. Max ut captivi exercitus civitatem ingressi sunt, clauduntur portæ, occurrunt populus, et cetera festinat, stupent omnes, cuncti mirantur.» Et cum ad Elisei preces melius de suo progressu atque periculo judicarent, *ἀσπασία* sublati, qui prius eum essent cæci, aut etiam multo magis quam cæci miserabiles, eum se victores et fortunatos tunc censerent, quando minus aberant à mortis periculo, tunc reddito visu lamentantur et plangunt, tunc se captivos, tunc reos, tunc se morti jam proximis recognoscunt.*

In his ergo Syris imaginem quamdam inventuri videor illorum, qui dum humana curant et fugacia, dum potentiorum occupantur gratiam, et illorum studiis et libidini servitium, felices se putant, quia quidam *ἀσπασία* et rerum quas ante oculos habent, *ἀσπασία* labo-

rant: et dñm illis Deus oculos aperit quos clauserat cupiditas, aut ambitio, aut alius quivis immoderatus affectus aut quibus falsæ rerum imagines illuserant, cum in plateâ Samariæ ab hostibus undique conlasi, instare sibi sentiant inopinatum exitum, in horâ videlicet extremâ vite suæ, tunc reddito sibi lamentantur et plangunt, tunc se captivos, tunc reos recognoscunt.

VERS. 22. — NON PERCIPIAS, NEQUE ENIM CEPISTI EOS GLADIO ET ACU TRO. Convehérat ad novum illud spectaculum cum rege Samariae totus populus instructus armis, et qui facile turbatum illum et impeditum exercitum conficere potuisset. Sed non audeat rex Israël tentare aliquid, nisi Eliseo consulto, cuius operâ et præcibus inexpectatum illum casum contigisse noverat. Quare rogat ut sibi sive liceat, sive expedit, exercitum illum morti dedere, et illius cladis Syrorum vires debilitare, et spiritus frangere insolentes et acres. Negat id Eliseus fieri licere, cum in eas angustias reductus fuerit hostilis exercitus, non ab humana virtute, et bellico congressu, sed à divini manu. Non quia non liceret, aut fortassè eas posset ex usu; sicut fecere sæpe cum magno rei Israeliticæ progressu viri sancti, qui in illis sævierunt, quos ipsorum ferro Deus examinatos, et penè constrictos tradiderat, ut Iudic. 7, sub Gedeone, et lib. 4 Reg. c. 14, sub Ionathâ; sed quia Deus suam potentiam, ipsis etiam hostibus notam esse voluit, et tot habere illius in gentilibus populis præcones, quot fuerunt in illis Syrorum castris, et prius inductâ sæpè in periculum vitæ certissimum adducti, et postea suo beneficio ex ipsius mortis faucibus extracti. Ita Chrysostomus supra: « Intercipitur, inquit, virtus, si virtutis relator extinguitur; frustra signum apud nos, quod gestum est, et remanens ostenditur, si ipse signifer aboletur; discant, qui nesciunt, referant qui senserunt, pergant ad suos, ad proprios redeant, virtutes indicent Dei, potentiam referant Domini. Nuntient, inquam, quæ senserunt, qui nuntiare non poterunt, si eisdem qui senserunt, occidantur. » Et post pauca: « Dimittit Eliseus exercitus istos ad suos; dimittit, inquam, tot prædicatores, quot habuit hostes, tot relatores virtutum, quot homines hostium. Jam apud gentes Deo negotium geritur, jam apud externos veritas comperta demonstratur. » Idem penè Theodoretus q. 20: « Si interficiantur, non cogno-

scetur magnitudo miraculi: sin autem revertantur sani ad eum, qui misit, ille quoque discat Dei nostri potentiam. »

SED PONE PANEM, ET AQUAM GORAM EIS (1). In pane et aquâ per synecdochen, omne poculentum et esculentum intelligitur. Et quidem varia ciborum genera fuisse Syris apposita, constat ex eo quod statim subditur: *Apposita eis est magna ciborum præparatio*, qualis nimirum regem decebat splendidum, in eâ maxime civitate, quæ caput erat regni, quæque, ut est verisimile, his rebus abundabat, quæ sunt ad vitæ subsidia et splendorem necessaria.

VERS. 25. — ET ULTRA NON VENERUNT LATRONES SYRIÆ IN TERRAM ISRAEL. Quomodo latrones et latroneum, idem interdum sint, qui milites, diximus supra, c. 5, in principio. Quomodo verò latrones Syriæ in Israelis terram non venerint ultra, cum tamen constet venisse non longè post, explicimus in nostris Com-

(1) Noluit Eliseus Syros licet hostes, occidi à rege Israël; sed benignè et laute tractari, ut eos charitate superaret et ex inimicis amicos faceret, ut deinceps terram Israel non invaderent, nec præderentur; quod et fecerunt victi ab Eliseo, tam potentâ, tam potius amore. Vide S. Chrysost. (vel quisquis est auctor: styli enim elegantia argui fuisse Latinum, non Græcum) hom. de Eliseo et Syrorum insidiis detectis, tom. 1, ubi, inter cætera, ait de Syris: « Mirantur et stupent sibi pro morte victum, pro interitu cibum; convivium pro penâ parati. » Et inferius: « Fit tunc propheta sanctissimus gloriosus in suis, gloriosior in alienis. Exhibet suis signa virtutum, et alienis causas exhibet gloria. Docuit prior inimicos foveri, docuit primus debere hostibus parci, docuit adversis pro penâ epulas exhiberi. » Deinde docet Eliseum fuisse typum Christi, unde subjicit: « O Dominum Christum, et in veteribus novum, et in novis exemplis veterem figuratum! Eliseus sanctissimus claudis visum et reserat; cæcos efficit et illuminat; aspectum admittit et condonat; persequentibus admittit, et se sequentibus tribuit; cæcos efficit alienos, et videntes efficit in civitate inclusos. Qui captivare prophetam venerant, et excecantur; et qui capti jam fuerant, oculantur. Huius utriusque veritas complectur, ut et figura Christi, et exemplum futuri populi monstrarentur, ut jam fierent ex alienis parci, ex inimicis amici, et ex hostibus sui. Dimittit Eliseus exercitus istos ad suos; dimittit; inquam, tot prædicatores, quot habuit hostes; tot relatores virtutum, quot homines hostium. » Denique concludit dicens: « Quod tunc temporis defuit, postmodum completum esse per Apostolos in Pentecoste et deinceps, dicente Script. Psal. 18: « In omnem terram exivit sonus cornu, et in fines orbis terræ verba eorum. »

(Corn. à Lap.)

mentaris super Isaiam cap. 2, ad illud: *Et confabunt gladios suos in vomeres, ubi diximus non amplius, non ultra, et similia non significare semper aliquid perpetuum, sed aut quod diuturnum est, aut quod fieri solet, neque ita frequenter, neque eodem quo prius, successu. Sic de his qui erant evangelico tempore, dicitur Isai. c. 2: Non exerebitur ultra ad prælium, et Gen. 55: Dictum est Jacob à Deo: Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum; et tamen, ut constat, sæpè post hæc vocatus est Jacob; et Evangelii tempore bella non desuerunt. Sed verè homines dicuntur non exercendi ad bellum, et Jacob non esse vocandum antiquo nomine, quia utrumque minis sæpè accidit, quam prius: vide quid nos hæc de re capite præcedenti ad finem. Alii aliam adducunt solutionem, quæ minis videtur expedita, aut quia non probant, quod assumunt, aut quia non adeò curioso lectori satisfaciunt. Hæc explicatio placuit Abulensi q. 24, et Adriano Fino lib. 7, oppositione 5. Et fortassè verum est quod supra putat Abulensis, latrones dici non quoscunque milites, sed qui turmatim prædaturi aliorum fines ingrediuntur; nam qui cum rege aut imperatore sub signis merentur, latrones non vocantur. Quare licet rex Syriæ cum exercitu venerit contra Samariam, non tamen latrones venisse existimantur, sed milites. Aut certè cum alii cum rege latrones fuerint in castris, non tamen isti quos sibi Eliseus beneficis, et populo Israelitico demeruit.*

VERS. 24. — CONGREGAVIT BENADAD, REX SYRIÆ, UNIVERSUM EXERCITUM SUUM, ET ASCENDIT, ET OBSEDEBAT SAMARIAM. Hic Benadad filie idem fuit, quoque eventu vario non semel congressus est Achab; qui cum amplificare vellet imperium, quicquid habuit virium undemque conscripsit, et Samariam Israeliticæ regni caput obsedit. Fuit autem usque adeò longa et gravis obsidio, ita dira atque obscena fames, ut illa adhiberentur in cibum, quæ natura horret, et quæ sine nauseâ tangi aut spectari non possunt.

VERS. 25. — DONEC VENEREBARETUR CAPUT ASINI OCTOGINTA ARGENTIS. Fecit illa pertinax Syrorum obsidio, ut humana consumerentur alimenta, et obsessos eò adigeret fames ut vulturno more putridis vescerentur cadaveribus, imò et stercore, quod faciunt canes et porci; et quod magis est miserandum et horribile, ut ipsæ naturâ molles, et in prolem indulgentissimæ, filiorum carnibus, quos suâ

ipsæ manu prius occidissent, secutam famem non tam experient et levarent, quam obtunderent. Fuerunt profanis tempora usque adeò angusta, propter hostium in obsidendo pertinaciam, ut homines è muribus magno interdum pretio coemptis; ex serpentibus, ex his denique rebus, quæ natura, quia inutiles, repudiavit et excrevit, alimenta paraverint. Vide Valerium Maxim. lib. 7, c. 6; illa tamen omnia pertulit Samaria, quæ omnibus seculis memorabile prodidit documentum.

Caput asini venundatum dicitur octoginta argenteis, sielicet, quos Græci stateres appellant, valentes trecentas et viginti drachmas, totidem videlicet Hispanicis argenteis. Lyra in capite tolium animal significari putat: et quidem, ut sæpè à nobis usurpatum est, vulgari Hebræorum idiomate *caput alicujus* pro eo sumitur cuius est caput. Quo modo dicimus, *caput canis, caput colubri, pro cane et colubro. Hinc tritium illud: O præclarum caput, vitæ caput, caput liberum, pro homine præclaro, vitæ et libero: et in re armentaria et pecuaria valde familiare est. Cùm enim greges numeramus, numerata dicimus capita, tot et esse capita, quot sunt, verbi gratiâ, oves, boves, equi, etc. Hispani certè, cum de gregibus est sermo, sic plerumque loquuntur: *Dies mil cabeças, mil rezes. Rex autem idem est, quod caput apud Hebræos, à quibus hæc vocem sumpserunt Hispani. De hæc re multa habemus scriptura: unum pro multis exemplum accipe. Marcianus lib. 15 de Pignore: « Gregi, inquit, pignori obligato, quæ postea nascuntur, tenentur, sed etsi prioribus capitibus decedentibus totus gregis fuerit renovatus, pignori tenebitur. » Et Ulpianus lib. 5, digest. de rei Vindicacione. Marcellus lib. 4 digest. scribit: « Qui gregem habebat capitum trecentorum, amisit centum, redemit totidem aliena capita. » Unde tributum personale capitale dicitur. Vide Petrum Gregorium, 1 p. Syntag. lib. 5, cap. 5, ex Num. 10. Non displicet Lyra cogitatio; verumtamen placet magis, quod visum est communiter aliis, et probat vocis ipsius proprietatem, quæ in capite intelligit id quod proprie sonat. Et quidem in eâ ciborum charitate nimis esset vile pretium, pro uno asino, qui conditus sale diâ unam posset sustentare familiam, octoginta argenteorum, neque magna esset illa famis amplificatio. Neque mirum est tanti venditum esse unum asini caput, cum teste Plinio lib. 8, c. 57, Valer. Max. lib. 7, c. 6, cum Annibal**

Casilinum obseridet, mus unus ducentis denariis emptus esse dicatur.

ET QUARTA PARS CABI STERCORIS COLUMBARUM QUINQUE ARGENTIS (1). Quia in columbino ster-

(1) Quarta pars cabi continebat henisextarium & quartam partem cum digito cubico, et amplius aliquantulum. Ea mensura stercoris columbarum plena, venibat scilicet quinque, id est, libra octo circiter monetæ nostratæ. Sed quorsum stercus illud columbarum, ad extremam illam famem lentendam? Sunt qui credant, usum ejus fuisse ad ignem, alii ad salendum, alii ad cibum, alii ad stercorandum.

Qui in usum cibi adhibitum censent, rem exemplis non carere dicunt. Rabseus imitator Judæus, redigendos fore illos in tantam remum angustiam, ut stercore suo vesci coepant. Constat inique, stercus mepharum ac turdorum valere ad albulos, sapianulosque haves et porcos: Ego arbitror præsertim ex antiquo tartarum, ac mepharum, quod non solum ad ignem utile, sed etiam ad cibum, ita bolus ac vitæ, ut fiant pingues. Cur igitur quira famos non adgerit homines ad cibum, quia bruta saginantur? An stercus columbarum minus nutrit, quam mepharum et turdorum? Accidit interdum, ut stricte obediens arbes offerant in cibum coriæ cyporum, calceorum, foræ, nervos et ferum vetus, quia et in sordidissimis quibusque locis quæstus sunt sordidissima quæcumque ac foetissima, ut misero cibo vix sustententur. De Druso in carcere dato tradit Suetonius: *Drusus ad alimenta subiecto, ut tantumtan et calcidæ testaverit manducare.* Quis tamen in animum induxerit, ut in fame licet desperatæ, compta fuerit pretio stercoris columbarum octava pintæ pars et aliquantulum amplius in usum cibi? Quis ignorat, nihil in his excrementis esse aptum quo alimur? cum enim columba avis sit omnium, quas noverrimus, callidissima, stercoræ cibum digerit, nec duntaxat nisi stercus ardentissima, omni succo destitutum. Quæ Juleus nuntiabat Rabseus, thesauriæ frant minæ; et si forte famis rabies ad extremum aliquod interdum adegit, nunquam tamen factum est, ut satis præmeditato consilio emerentur in cibum res ad alendum ineptissime.

Fatemur equidem, stercus columbarum fermentum esse ignis, atque cogente necessitate ad cibos decoquendos valere potuisse. Scitum est, aliqui vocæ stercora vel cæseli pabulam ignis præberi; et apud Turcas publica balnea stercore cameli vel capræ incenso igne calefcere. Sed quorsum hæc exempla ad probandam extremam illam, quæ Samaria tentabatur, famem? Insuper credibile est, de fuisse adeo in totâ hæc vasti ambitus urbe struem lignorum cæteraque ignis fomenta, ut cogere tur incole tam citro emerit in eum usum parvam quantitatem foetidissimæ hujus excrementi?

Arbitrantur alii, eo fimo usos fuisse ad stercorandos agros et hortos intra urbem comprehensos; quasi scilicet ad stercorandum opus fuisse emere octavam pintæ partem stercoris pretio octo librarum, id est, multo clarior quam voadi potuissent radices et stirpes eo stercore fovenda.

core, nihil esse videtur esculentum, quoque vim habere possit alimenti, quidam non putant hinc significari columbarum excrementa, sed grana quædam, et arborum bacca, quas in guttore vesicæ habent columbe. Ita Lira, cujus sententiam non improbat Historia Scholæ, Dionysius, Hugo. Columbis autem licet suos in urbe, cum omne esculentum deerat, nidos haberent, tamen quis extra moenia egressæ suæ foris ex agris alimenta portabant, satir erat cibi. Hoc fortasse verum. Sanè non improbabile; verumtamen verborum non est deserenda proprietas, ubi ipsa rerum difficultas, aut contradictio non cogit. Sanè, ut animalia quadam sunt, quæ aliorum stercore pascuntur, ut quotidie videmus, neque in illo deest aliqua nutritiva et esculenta materia; sic etiam in columbino stercore aliquid est reliquum de confecto cibo, quod non appetit, aut concoquit columbarum, hominum tamen natura non respuit; imò quod salutaris

Josephus et Theodoretus stercus illud pro sale adhibitum fuisse censent: veram, esto, salum in his excrementis contineri, quantâ diligentia, quantis sumptibus et sudore opus fuisse, ut ejusmodi saltem terrestri et insipidi materia defecaretur? Docent Thalmidæ, Samariae olim frequentissimus fuisse columbas, odiosis volare per arva, atque ingluviem replere tritico, quod domum redire regere cogebantur. Porro de frumento ita à columbis reddito sermonem esse hic, ejusmodi præclarè doctores tradunt; sed ineptiam hujus fabellæ nemò non sentit, atque ipsa se satis superque refutat.

Junio et Fullero alia succurrit interpretatio textus Hebræi, minus utique probabilis, ferens, ventrem et interiora columbe pretio quinque siclorum vendita fuisse Samaritæ. Opinionem hæc, quæ minoris conatus excogisset, fuisit et operosa refutat Bochartus. Deinde sententiam suam proponit, dicens voces originales reverà quidem stercus columbe exprimere; quod tamen nomen longe aliud designare affirmat, quàm quod solet apud nos intelligi. Arabes enim stercus columbarum vel passeris duo prorsus diversa appellant, museum nempe quædam arboris, vel terræ calciosum, ciceri persimilem, cui vis inest refrigerandi, et quo quæcumque melle vinum conficitur. Genus alterum stercoris columbarum legitimum est, ad classem cicorum referendum. Appellat Arabes *Umen vel Kûs*, redduntque in purpuream astrigentem et detorsivam, munitissimam Salæ Arabicæ, creditur autem herba hæc Katiædem esse ac nostratum *Soudæ*, cujus cineres hupescunt in vitrum; *Umen* recensent scriptores Arabes inter ciceræ, atque Hebræi nomen *Kali* tribulantur toto ciceri, cujus frequens erat olim apud veteres, et nunc pariter communis est usus in Oriente. Postrema hæc sententia, cujus argumenta fuisit apud auctorem habes deducta, merito retinenda est. (Calmet.)

habet et non insuaves escas. Quod in aliis animalibus facit natura, id in homine facit necessitas, et siliæ famæ quam Virgilius lib. 3 *Æneid. obsecram* vocavit, quia homines, ut docet Ibi Servius, ad obscenam et indecoras epulas compellit, et lib. 6, *molesinadam*, quia nihil est tam inhumanum et eodum, ad quod non invitet, imò trahat famæ et diræ necessitas. Sunt qui dicunt cum Josepho non adhiberi columbarum stercus ad cibum, sed ut ciborum esset condimentum, sicut sal. Alii emi stercus illud, ut eo ad coquendos cibos pro ligna uterentur obsessi; sed ista satis suam fidem et veritatem produnt.

VEBS. 26. — *QUARE REX ISRAEL TRANSIET PER MURUM, MULIER QUEDAM EXCLAMAVIT AD EUM, DICENS: SALVA ME, DOMINE RE REX (1).* Ascendit rex murum, ut videret an satis diligenter vigilaret excubiæ, et an satis alii delictæ datas sibi stationis tenerent, aut ut inde hostium exploraret castra; aut alias ob causis,

(1) Des critiques prétendent, dit Voltaire, que cette aventure (celle des deux femmes de Samarie) ne peut être arrivée comme elle est rapportée dans le quatrième livre des Rois. Il est dit dans ce livre que le roi d'Israël, en passant par le mur ou sur le mur de Samarie, une femme lui dit: *Salve-moi, assigneur roi; et le roi répliqua: Que veux-tu? Elle répondit: O roi, voici une femme qui n'a dit: Donnez-moi votre fils, nous le mangerons; et moi-même, et demain nous mangerons le mien;* etc. Ces censeurs prétendent qu'il n'est pas vraisemblable que le roi Bénadad assiégerait Samarie ait passé tranquillement par le mur ou sur le mur de Samarie pour juger des causes entre les Samaritains.

Assurément cela n'est point vraisemblable, cela choque au contraire toute vraisemblance, qu'un roi ennemi assiégerait une ville ennemie ait passé tranquillement par le mur ou sur le mur de cette ville pour juger des causes entre les habitants; c'est bien ce qu'on peut imaginer de plus absurde. Mais cette absurdité n'est point dans le quatrième livre des Rois. Ce livre n'exprime point que le roi d'Israël ait dit que les deux femmes s'adressèrent. Ce livre est-il responsable de ce que des critiques, ou ignorants ou de la ce qui est insigne manœuvre fol, confondent ce qu'il a parfaitement distingué, à savoir le roi d'Israël d'avec le roi de Syrie?

Il est encore moins vraisemblable que deux femmes ne se soient pas contentées d'un enfant pour deux jours: il y avait là de quoi les nourrir quatre jours au moins. Ces critiques savent sans doute de quel âge et de quelle grandeur était cet enfant; et les ont quatre jours de ces femmes dévorées depuis long-temps d'une faim cruelle.

Voilà comme raisonnent les habiles censeurs de nos divins livres. Qu'ils sont bien dignes de la confiance de leurs lecteurs! (Duclos.)

quibus in eo rerum articulo providere debeat qui respública præsent. Quem mulier quædam adit, et magno clamore et femineo utatit regem alloquitur, illumque suarum injuriarum iudicem appellans; ait: *Salva me, ô rex.* Puto hæc esse familiarem formam, quæ homines aut in afflictâ fortunâ, aut cum à fortiori premuntur adversario, qui jus nostrum obtinere non sinit, patronos advocamus, et illorum, ut nulla contra jus et fas inferatur injuria, imploramus auxilium. Sic qui res suas ab alio iniquè sublatas judicio repetit, optimè, meo iudicio, diceret: *Salva me, iudex,* quia nisi meum jus te vindice iuxta leges obtineo, mihi perendum est. Neque mihi videtur improbabile, hoc loquendi modo aliquid honoris ab inferiori ordine superioribus deferri. Unde sæpe in salutationibus usurpabant Hebræi, *Hoanna*, id est, serva, obsecro. Cum autem hic diceret modis ad varios pateret et adhiberet sensus, quia multis modis salvare alios aliquis potest, vel iudicio, cum bona aliquid restituntur ablata, vel armatâ manu, cum armatus imminet adversarius, vel certè porrectis cibo, cum gravis urget famis; rex, ut apparet, in posteriorem hunc sensum accepit hæc mulieris sive obsecrationem, sive querelam, quasi pavem peteret, aut aliud quodvis deficientis nature subsidium. Quod ipse præstare non poterat, cum non minus quàm illa premeretur angustè. Offensus ita tam intemptivâ imploratione respondit, id quod homines cum excruciatos sunt animo, quod fastidio et stomacho: *Non te salvet Deus.* Quod dicitur in eodem affectu, et cum eodem stomacho profani: *Dii te perdant, diti tibi malefaciant,* et similia.

VEBS. 27. — *USQUE TE SALVARE POSSEM, DE AREA, VEL DE TORCHLARI (1).* Putabat rex optare, aliquis exigere feminam esculentum aliquid, aut potentium: quæcumque in arce et horreis, in torchlari, et collis horum nihil haberet.

(1) NON TE SALVAT DOMINUS: ENDE TE POSSEM SALVARE? DE AREA, VEL DE TORCHLARI? Volens quidam codices ferunt: *Non salvet te Dominus; unde te possem salvare?* Quod congruit Hebræo interpretibus. Perdat te Deus, ô infelix caput! quomodo vis ut illi salutem procurem? non vides impotem me esse tu te juvem? Biblia quedam vetera impressa alium sensum, quomodo eodem verba, reddunt: *Salva me, domine mi rex. Qui ait: Non (non valebo) salvet te Dominus; unde te possem salvare? Sic Vulgatæ interpretatio magis perspicuum sententiam reddit. (Calmet.)*

reputat illam à se, quasi suam, et publice necessitatibus ignaram. In arca illa intelliguntur, quae grana continent, in folliculis inclusa, et quae in arca, plastris aut tribulis tenentur, qualia sunt frumentum, hordeum, lupinus, cicer, et similia; in torculari, qui ex vile præcipue, et si qui alii poculentis succi ex pomis, puniceis malis et aliis plantarum fructibus exprimuntur. Cum autem in pane et vino omnia intelligantur naturae subsidia, quae sunt à potu et cibo, potu tam vinum et aquam, quam aream et torcular pro omni alimento figurà sumi proverbiali.

Quid tibi vis? Apparet hunc regem præcipit esse, atque iracundo ingenio, quod ut facile à furore abripitur, sic etiam illo defervescente facile sedatur. Malè aliquid precatus fuerat mulieri, quae ab illo importunè salutem implorabat, brevi tamen se ab illo furore recipit, et à muliere rogat, æquid velit à regis sive liberalitate, sive potentia et auctoritate præstari. Eodem modo, cum paulò post omnia esset Eliseo minatus, dixisseque: *Hæc mihi faciat Deus, et hæc addat, si steterit caput Elisei super ipsum hodiè*, statim concessit furor, et mitius illum est allocutus.

VERS. 23. — MULIER ISTA DIXIT : DA FILIUM TUUM, UT COMEDAMUS EUM HODIË. Hæc est tota causa, quæ mulierem planè miseram ad regis pedes supplicem abiecit, ut quando suum ipsam filium occidisset, epulandumque tradidisset vicine suæ ex pacto, juberet ut staret promissis, et filium quoque suum juberet occidi. En crimen, en causa: vitam insectatur infantis, et sibi deberi ex pacto coniecit infantile corpus. Exempla habemus aliquot diræ famis, quorum nonnulla paulò ante retulimus; sed nulla magis acerba, quam quæ passus fuit populus Israëlitiens, sicut illi minatus fuerat Deus, si quando à divinarum legum observatione recederet. Deut. 28. v. 53 : *Comedes fructum uteri tui, et carnes filiorum tuorum et filiarum tuarum. Hoc autem accidit hic, ut vides, et cum à Chaldaeis obsessa fuit Jerusalem, ubi non solum parentes ex filiorum carnibus sibi pararent cibos, sed etiam ex parentum filiis. Ezechiel. c. 3, v. 10 : Patres comedent filios in medio tui, et filii comedent patres suos. Quod accidit tertio cum à Romanis in easdem angustias adducti sunt Judæi, ut auctor est Josephus lib. 7 de Bello, capite 8. (4)*

(4) Permisit Deus Samaritas ad hæc extrema adigi, primò ad puniendum eorum schisma et idololatriam; secundò, ut illustrius fieret

VERS. 50. — QUOD CUM AUDISSET REX, SCILICET VESTIMENTA SUA, ET TRANSIIT PER MURUM (1). In sua ex his liberatio, et Elisei illam promittentis propheta. Sic Deus permisit hominis subtile ad ipsa mortis linia pervenire, ut eò ferventius Deum invocet, ac Deus eos exaudiens majorem ab eis gratiarum actionem et laudem referat: quare in rebus naturaliter desperatis maxime sperandum est in Deo, qui illis solet succurrere. Audi S. August. Serm. 214 de Temp. : *Natum convertit in cibum, quem Deus condidit in solatium. Sed postquam ad funestas epulas ventum esset, altera mulier alteram exhortatur : Recipe, inquit, et recipe, miseranda mater, in viscera filium super visceribus procreatum; esto tui nati et sepulcrum, esto ejus corporis diversorium; esto ejus, ut ita dixerim, monumentum; intra in pulvillum comestus infans redeat, qui per famem vivere jamjamque non poterat. Recipiat nunc comestum utrum, quem vivum ediderat partus. Repetat habitaculum mortuus, unde nuper exierat vivus.*

(Corn. à Lap.)

VERS. 29. — COXIMUS FILIUM MEUM. Inauditam savitiam! terribile vindicis flagellum Numis, quod ore Moysis prædixerat Israëlitis, si quidem unquam Deum desererent, futurum ut comederent fructum uteri sui, et carnes filiorum suorum et filiarum suarum. Cruentissimis hujus exempla quamquam similia spectata sunt, tum in obsidione Hierosolymæ pro Nabuchodonosorem, tum in postrema per Romanos.

(Calmet.)

(1) *Tout le monde vit le cilice dont le roi étoit couvert, et il dit: Que Dieu me traite dans toute sa sévérité, si la tête d'Elisee est sur ses épaules aujourd'hui au soir.* Quelle étrange pénitence d'un roi impie, qui se couvre d'un cilice, comme voulant apaiser la juste colère du Seigneur, et qui fait en même temps un serment terrible de faire couper la tête ce jour-là même au plus saint prophète qui fut alors; à cause qu'il ne détournait point de dessus la ville de Samarie ces fléaux épouvantables d'une guerre très-cruelle et d'une horrible famine. Ce prince insensé, dit un ancien Père, étoit en cela le vrai fils et l'imitateur de la cruauté d'Achab, son père, et de Jézabel, sa mère, et nous pouvons ajouter, de leur extrême folle, puisque, comme dit encore le même auteur, au lieu de prier, comme il aurait dû, ce saint prophète, d'offrir à Dieu ses prières et ses larmes, tant pour lui que pour son peuple, il menace de le tuer, comme s'il étoit négligé, ou qu'il étoit même volontairement méprisé de secourir Samarie dans cette pressante extrémité. C'étoit à lui-même qu'il devoit attribuer la cause du malheur où il se trouvoit, et il en accuse ce grand serviteur de Dieu, ou pour mieux dire, Dieu même. C'est la conduite assez ordinaire, non-seulement des impies, mais de beaucoup de Chrétiens, qui, étant pressés par le poids de quelque grande affliction, ne s'avisent guère de sonder leur cœur et le fond de leur conscience, pour reconnaître sincèrement si leurs crimes n'ont point attiré sur eux les fléaux de la divine justice, mais en accusent très-souvent les hommes. C'étoit aussi la coutume des païens, qui

dolore, quicumque ex causâ ille nasceretur, discindebant Hebræi vestimenta sua, ut variis sæpè locis ante docuimus. Vido quæ nos supra lib. 2 Reg. cap. 14. Sed antequam audisset illarum feminarum controversiam, et videret ad eadem posci miserum infantem, ut duorum matrum famem levaret, jam ipse vestem induerat cilicim, quam ad extorquendam ab irato Deo misericordiam, maximum putavit habere momentum. Sic sanè fecerat non multò ante Achab, cum graviter esset ab Ellâ reprehensus, lib. 3, cap. 25, v. 16. De hujusmodi luctu diximus plura lib. 2 Reg. c. 12, et in Commentariis nostris in Jonam, c. 5, ubi duorum regum legitimus exempla quàm simillima, alterum Davidis, alterum regis Ninive, qui Deum sibi offensum afflicto corpore, et abjectâ regis majestate placarant. Vide Commentarios nostros ad illud Joelis c. 2 : *Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra.* Et licet oculatum rex ad illud usque tempus cilicium gestaret appressum carnibus, cum tamen fuerit vestimenta discissa, omnium oculis confestim apparuit. Quid sit cilicium, nemini dubium, vestimentum nempe asperum et rude, quod non tam foveat, tegatque corpus ad honestatem et molliem, quàm alligat et pungat. Dicitur autem cilicium, à Cilicia, ubi caprarum sunt numerosi greges, quæ vellus habent tonsile, ex quo vestes fiunt crasse, et saga ad rusticos usus et oculi nubimque molestias opportuna. Quia verò in capris hircisque pili sunt rigentes, quisque à setis non admodum differant, fit ut vestes cilicinae, quæ à capris hircisque, seu etiam interdum à camelis materiam sumpserunt, non dicantur lanæ, quia lana mollior est quàm ut in caprarum pilos convertere debeat. Sic sanè Martialis lib. 14, epigr. 140, cujus titulus est, *Udones cilicini* : Non hos lana dedit, sed olenti barba mariti : *Cinipho poterit planta latere sima.*

Hoc nomen sæpè in Scripturâ sacrâ audimus, et caprarum pilos, ex quibus ad tegendum tabernaculum stragula texebatur cilicina. Exod. c. 26 : *Facies et saga cilicina undecim, ad operiendum tectum tabernaculi.* Cilicinium quoque fuit tegumentum illud quod sibi de camelorum pilis Joannes contexit. Et quicquid jam è setis, sive equinis, sive bovinis, ad

rejetant antefois sur les Chrétiens la cause de tous les malheurs de l'empire, comme Tertullien le leur reproche très-justement, au lieu qu'ils devoient plutôt les attribuer à leur propre impiété et à leurs blasphèmes. (Sacy.)

affligendum corpus homines penitentiae gratiâ conficiunt, cilicium appellatur.

VERS. 31. — HÆC MIHI FACIAT DEUS, ET HÆC ADDAT, SI STETERIT CAPUT ELISEI. Miror quod tam stomachetur rex in Eliseum, à quo nihil passus fuerat quod aut majestatem læset regiæ, aut aliquâ ratione ad statum illum angustum civitatis pertineret. Sed sanè qui tyrannico more rempublicam non tam moderantur quàm imperiosè vexant, non tam spectare solent quid ab illis ratio et æquitas exigat, quàm quid imperet nimis præceps et vesana libido, cui libentius obsequuntur quam legi. Quidam idèò tam succensere regem putant propheta, quia cum posset civitatem ab hoste liberare, sicut antea fecit, cum hostes cæcos in medium civitatis induxit, et penè constructos tradidit Samaritanorum armis, id tamen cum civitas magis angustè premeretur, non facit, aut saltem aliquo alio modo civitatem ab obsidione non solvit, aut de vite naturali et necessario subsidio non providet. Ita Ambr. lib. 5 de Officiis. Aut etiam cum tam videret legis et patrie religionis amatorem, et in illos tam severum atque infensum, qui illam prodidissent, et cum vitulorum superstitione atque nefario cultu permularent, persuadere sibi potuit duram illam et obscenam famem suis precibus exorisse à Domino, ut vexatio daret intellectum, et qui à verbis prophetiis noluerant, ab obsidione et fame disciplinam acciperent. Dicit etiam Ambr. ubi supra, nunc indignari regem vehementer Eliseo, quod ipsi non permisissent illi occidere, qui cæci in Samaria plateau fuerant ingressi, cum tamen nullo negotio facere potuerit. Quæ illam ratio aut furor in vesanus illud consilium impulerit, mihi incertum est; illud scio non fuisse ante illum articulum meditatum, neque cavans fuisse gravem, quando tam brevi revocavit mentem, et cui severè minatus fuerat capitale supplicium, illum statim mitius allocutus est, quod facile suadet illum non tam à ratione decui, quàm à furore trahi.

VERS. 32. — ELISEUS AUTEM SEDEBAT IN DOMO SUA, ET SENES SEDEBANT CUM EO. Non lego Eliseum in Samaria, intra illius nempe moenia, habuisse collegium, ubi discipulos, sicut pluribus aliis locis, instituerat, sicut habuit propè Jericho in Carmelo et Galgalis. Existimo autem habuisse hospitium, sicut habuit in Sana, ubi Sunamitidis filium excitavit. Quia ergo hoc tempore, quo duravit obsidio, quod longum fuisse oportet, in certâ aliquâ domo comme-

ratus esse, quam habuit pro sua, ideo in illa seclis dicitur, et cum illo senes, qui illius delectabantur consuetudine, aut quia cum illo de communi re deliberabant. Est sane in rebus angustis virorum sanctorum ad defendendos animos morore contractos potentissimus sermo, qui aut docet quid lateat commodi in eo quod videtur hominis rationibus esse contrarium, aut promittit brevem et expeditum exitum ab eo quod illi aut perpetuum aut diuturnum futurum esse crediderant.

**Premisit itaque virum.** Cur rex hominem praemisit ad Eliseum, non docet Scriptura: illud videtur certum, eo misisse consilio, ut commodius posset, quod ante minus fuerat, amplecti caput prophetae. Id enim valet quod statim additur: *Namque scitis quid miseris filius homicidae hic ut praecidatur caput meum?* Et fortasse spectabat illa viri praemissio, ut doceret regem ubinam esset, an solus, et quid rerum ageret Eliseus, ut ipse statim subsensurus, facilius quod optabat perficeret. Quod videbat propheta, et ideo obserari ostium iussit, ne rex, qui nuntii sequentur vestigia, in domum interiorum irrueretur. Aut certe missus est, ut prophetam occideret, quod cum secreti Eliseus, iussit portam occludi tantisper, ut opinatur Abulensis. q. 58. dum dominus illius adventum, qui aderat à tergo jam allentis à priori sententiâ, quam dum paululum à furore respirasset, mutaverat. Quasi dicat: Si nuntium tantisper foris excludatis, nihil erit timendum, neque ab armato nuntio, neque ab irato rege. Nam rex qui illum proximus assequitur, jam mutatis animis, et ferrum extorquebit de nuntii manibus, cui id ante negotii dederat, ut caput meum praecideret. Quare perbrevis mora caput meum ab hostili ferro vindicabit.

**Vers. 35.** — **AMICUS ILLO LOQUENTE, EIS AP- PARUIT SONSUS, QUI VENIEBAT AD EUM, ET AIT.** Obscurum est quisnam hic fuerit, qui locutus esse dicitur, nuntiosne, an rex, qui antegressum assecutatur nuntium. Iosephus regem esse putat, qui simul cum nuntio, aut eo fortasse prior ingressus est; qui cum animum exigui illi temporis mori iam mutasset, compresso furore, à quo prius rabiabatur ad prophetae eodem, verba locutus est, et sana magis, et minus quam antea nimia: idem etiam putat Theodoretus q. 52, et mihi est penè certum, quia non prius ingressus est nuntius quam rex. Neque enim objectis portarum claudis intrare nuntius potuit, et rex qui eodem penè temporis momento adfuit, ut nuntium

retardaret à caedo, prohiberi neque debuit, neque potuit. Sed praesente rege ipsius nuntium loqui neque urbanitas, neque observantia patiebatur. Haec sententia placuit Abulensi q. 39; Lyrae, Dionysio, Cajetano, Vatablo, qui omnes dicunt adductum ponitentiâ regem revocare voluisse spiculatorem ab Elisei caede. *Filius homicidae.* Filius erat Joram Achab et Jezabelis. Uterque homicida fuit, Achab quidem, quia occidit Naboth, et conctus fuit, aut etiam adjutor illorum prophetarum caedis, quos interfecit Jezabel, de qua lib. 5, c. 18; Jezabel autem, quia et ipsa Naboth interfecit et prophetas, et nihil fecit reliquum, quo Ellam Elisei magistrum interimeret. Quare verè ab Eliseo vocatus est Joram homicidae filius.

**Ecce vultus nuntii est a Domino: quid asperius expectabo?** Exposit, opinor, Joram illarum feminarum controversiam, quae proximè ad se delata fuerat. Quo nihil videbatur excogitari posse miserabilis, quam eò, premente fame, adactis esse matres, ut filios laecatos et coctos in sua rursus viscera reconderent. At ergo rex in eo esse statum rem Samaritanam, ut nihil esse videatur, quò famas, aut calamitas procedere possit ulterius. Aut certò nihil esse expectandum gravius, ut jam tandem orè sit Deum, ut respiciat populum tam durè vexatum, et rebus jam omninò cadentibus desperatisque subveniat. Et haec posterior explicatio mihi probabilior.

Quærit Abulensis q. 42, quare non antea, cum tot urgerent mala, pro populo non orârît propheta; et docet ideo omissum esse precatio- nis officium, quia Deus jam antea dixerat, nihil impetraturas preces pro gente usque adeò sceleratâ profusas; sicut Ezechiel, c. 14, et Jeremiae c. 15, dixit, si in peccatore populo essent viri quidam sanctissimi, Moyses, Samuel, Noe, Daniel, Job, nihil tamen effecturus esse, cum contra ad caelum usque peccatorum sce- lera clamarent. *Am forsân audierat id,* quod Jeremiae c. 7, v. 16: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque assumas pro eis laudem et orationem; et non obstitas mihi, quia non exaudiam. Nomen vides quod isti faciunt?* Et fortè jam Eliseus sapiens oraverat, nihil tamen obtinuerat, quia nondum advenerat orationis maturitas; sicut oravit saepe pro Saule Samuel, et pro commisso sibi populo Moyses, neque tamen illi semper audit sunt.

Mihi illud etiam videbatur non alienum à propheticò zelo, noluisse Eliseum orare ad illud usque tempus pro populo, quantumvis

illum urgeret angustè Syrorum obsidio, quia illam vexationem opportunam esse noverat, ut caecos aperiret oculos, et intellectum daret insipientibus. Sanè qui supra c. 2 pueris maledixit, qui statim ab ursis lacerati sunt, quia id spirituali tam ipsorum quam parentum saluti expedire censebat, idem cum fame et ferro donari posse existimaret gentem cervicis duræ, et ad sanam mentem et officium adduci, non tam hebetare voluit, orando, quam seculo tribulationem aculeos. Neque eam ob rem judicari debuit inhumanus et durus.

## CAPUT VII.

1. Dixit autem Eliseus: Audite verbum Domini: Haec dicit Dominus: In tempore hoc eras modius similiae uno staterae erit, et duo modii hordei staterae uno, in portâ Samariae.

2. Respondens unus de ductibus, super cuius manum rex incumbebat, homini Dei, ait: Si Dominus fecerit etiam cata- ractas in caelo, numquid poterit esse quod loqueris? Qui ait: Videbis oculos tuis, et inde non comedes.

3. Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portæ; qui dixerunt ad invi- cem: Quid hic esse volumus donec moriamur?

4. Sive ingredi voluerimus civitatem, fame moriemur; sive manserimus hic, moriendum nobis est: venite ergo, et transfugiamus ad castra Syriae; si pepererint nobis, vivemus; si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur.

5. Surrexerunt ergo vesperi ut veniant ad castra Syriae. Cùmque venissent ad principium castrorum Syriae, nullum ibidem repererunt.

6. Siquidem Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriae currum et equorum, et exercitûs plurimi; dixeruntque ad invicem: Ecce mercede conducti adversum nos rex Israel reges Hethæorum et Aegyptiorum, et venerunt super nos:

7. Surrexerunt ergo, et fugerunt in tenebros, et dereliquerunt tentoria sua et equos et asinos in castris, fugeruntque, animas tantum suas salvare cupientes.

8. Agitur, cùm venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt unum

sicut neque pater, cùm filium flagello caedat, dum distortum ingenium corrigere, et depravatos mores ad rectam regulam informare vult. Sanè Paulus molle cor habuit, et infirmabatur cum infirmis, et cum scandalizatis urebatur, et tamen 1 Cor. 5, non dubitavi fornicarium quemdam tradere Satanæ, cuius tyrannus erat multo magis quàm Syrorum acerbius, quia id putabat ad spirituales illius salutem expedire. *Jam judicavit, inquit, tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit.*

## CHAPITRE VII.

1. Alors Elisé dit: Ecoutez la parole du Seigneur: Voici ce que dit le Seigneur: De main, à cette même heure, la mesure de pure farine se donnera pour un siele à la porte de Samarie, et deux mesures d'orge pour un siele.

2. Un des chefs de l'armée, sur la main duquel le roi s'appuyait, répondit à l'homme de Dieu: Quand le Seigneur ferait pleuvoir des vivres du ciel, ce que vous dites pourrait-il être? Elisé lui répondit: Vous le verrez de vos yeux, et vous n'en mangerez point.

3. Or il y avait quatre lépreux près de la porte de la ville; ils se dirent l'un à l'autre: Pourquoi demeurons-nous ici, où nous ne pouvons attendre que la mort?

4. Si nous voulons entrer dans la ville, nous mourrons de faim; si nous demeurons ici, nous ne pourrions éviter la mort; venez donc, et passons au camp des Syriens; s'ils ont pitié de nous, nous vivrons, et s'ils veulent nous tuer, nous mourrons, comme nous ferions ici.

5. Ils partirent donc le soir pour aller au camp des Syriens, et, étant venus à l'entrée du camp, ils ne trouvèrent personne.

6. Car le Seigneur avait fait entendre dans le camp des Syriens un grand bruit de charriots, de chevaux et d'une armée indomptable, et les Syriens s'étaient dit l'un à l'autre: Le roi d'Israël a fait venir à son secours contre nous les rois des Héthéens et des Egyptiens, et ils sont venus pour fondre sur nous.

7. Ils se levèrent donc, et s'enfuirent dans les ténèbres, abandonnant dans leur camp leurs tentes, leurs chevaux et leurs ânes, et ne pensant qu'à sauver leur vie par la fuite.

8. Ces lépreux étant donc venus à l'entrée du camp des Syriens entrèrent dans une tente, où ils mangèrent et burent; et ayant pris de

ratus esse, quam habuit pro sua, ideo in illa seclis dicitur, et cum illo senes, qui illius delectabantur consuetudine, aut quia cum illo de communi re deliberabant. Est sane in rebus angustis virorum sanctorum ad defendendos animos morore contractos potentissimus sermo, qui aut docet quid lateat commodi in eo quod videtur hominis rationibus esse contrarium, aut promittit brevem et expeditum exitum ab eo quod illi aut perpetuum aut diuturnum futurum esse crediderant.

**Premisit itaque virum.** Cur rex hominem praemisit ad Eliseum, non docet Scriptura: illud videtur certum, eo misisse consilio, ut commodius posset, quod ante minus fuerat, amplecti caput prophetae. Id enim valet quod statim additur: *Namque scitis quid miseris filius homicidae hic ut praecidatur caput meum?* Et fortasse spectabat illa viri praemissio, ut doceret regem ubinam esset, an solus, et quid rerum ageret Eliseus, ut ipse statim subsensurus, facilius quod optabat perficeret. Quod videbat propheta, et ideo obserari ostium iussit, ne rex, qui nuntii sequatur vestigia, in domum interiorum irrueretur. Aut certe missus est, ut prophetam occideret, quod cum secreti Eliseus, iussit portam occludi tantisper, ut opinatur Abulensis. q. 58. dum dominus illius adventum, qui aderat à tergo jam allentis à priori sententiâ, quam dum paululum à furore respirasset, mutaverat. Quasi dicat: Si nuntium tantisper foris excludatis, nihil erit timendum, neque ab armato nuntio, neque ab irato rege. Nam rex qui illum proximus assequitur, jam mutatis animis, et ferrum extorquebit de nuntii manibus, cui id ante negotii dederat, ut caput meum praecideret. Quare perbrevis mora caput meum ab hostili ferro vindicabit.

**Vers. 35.** — **AMICUS ILLO LOQUENTE, EIS AP- PARUIT SONSUS, QUI VENIEBAT AD EUM, ET AIT.** Obscurum est quisnam hic fuerit, qui locutus esse dicitur, nuntiosus, an rex, qui antegressum assecutatur nuntium. Iosephus regem esse putat, qui simul cum nuntio, aut eo fortasse prior ingressus est; qui cum animum exigui illi temporis mori iam mutasset, compresso furore, à quo prius rabiabatur ad prophetae eodem, verba locutus est, et sana magis, et minus quam antea nimia: idem etiam putat Theodoretus q. 52, et mihi est penè certum, quia non prius ingressus est nuntius quam rex. Neque enim objectis portarum claudis intrare nuntius potuit, et rex qui eodem penè temporis momento adfuit, ut nuntium

retardaret à caedo, prohiberi neque debuit, neque potuit. Sed praesente rege ipsius nuntium loqui neque urbanitas, neque observantia patiebatur. Haec sententia placuit Abulensi q. 39; Lyrae, Dionysio, Cajetano, Vatablo, qui omnes dicunt adductum ponitentiâ regem revocare voluisse spiculatorum ab Elisei caedo. *Filius homicidae.* Filius erat Joram Achab et Jezabelis. Uterque homicida fuit, Achab quidem, quia occidit Naboth, et conctos fuit, aut etiam adjutor illorum prophetarum caedis, quos interfecit Jezabel, de qua lib. 5, c. 18; Jezabel autem, quia et ipsa Naboth interfecit et prophetas, et nihil fecit reliquum, quo Ellam Elisei magistrum interimeret. Quare verè ab Eliseo vocatus est Joram homicidae filius.

**Ecce vultus nuntii est a Domino: quid asperius expectabo?** Exposit, opinor, Joram illarum feminarum controversiam, quae proximè ad se delata fuerat. Quo nihil videbatur excogitari posse miserabilis, quam eò, premente fame, adactis esse matres, ut filios laecarios et coctos in sua rursus viscera reconderent. At ergo rex in eo esse statum rem Samaritanam, ut nihil esse videatur, quò famas, aut calamitas procedere possit ulterius. Aut certò nihil esse expectandum gravius, ut jam tandem orè sit Deum, ut respiciat populum tam durè vexatum, et rebus jam omninò cadentibus desperatisque subveniat. Et haec posterior explicatio mihi probabilior.

Quærit Abulensis q. 42, quare non antea, cum tot urgerent mala, pro populo non orârît propheta; et docet ideo omissum esse precatio- nis officium, quia Deus jam antea dixerat, nihil impetraturus preces pro gente usque adeò sceleratâ profusas; sicut Ezechiel, c. 14, et Jeremias c. 15, dixit, si in peccatore populo essent viri quidam sanctissimi, Moyses, Samuel, Noe, Daniel, Job, nihil tamen effecturus esse, cum contra ad caelum usque peccatorum scelerâ clamarent. *Sancti* forsân audierat id, quod Jeremias c. 7, v. 16: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque assumas pro eis laudem et orationem; et non obstitas mihi, quia non exaudiam. Nomen vides quod isti faciunt?* Et fortè jam Eliseus sapiens oraverat, nihil tamen obtinuerat, quia nondum advenerat orationis maturitas; sicut oravit saepe pro Saule Samuel, et pro commisso sibi populo Moyses, neque tamen illi semper audit sunt.

Mihi illud etiam videbatur non alienum à propheticò zelo, noluisse Eliseum orare ad illud usque tempus pro populo, quantumvis

illum urgeret angustè Syrorum obsidio, quia illam vexationem opportunam esse noverat, ut caecos aperiret oculos, et intellectum daret insipientibus. Sanè qui supra c. 2 pueris maledixit, qui statim ab ursis lacerati sunt, quia id spirituali tam ipsorum quam parentum salutì expedire censebat, idem cum fame et ferro donari posse existimaret gentem cervicis duræ, et ad sanam mentem et officium adduci, non tam hebetare voluit, orando, quam seculo tribulationem aculeos. Neque eam ob rem judicari debuit inhumanus et durus.

## CAPUT VII.

1. Dixit autem Eliseus: Audite verbum Domini: Haec dicit Dominus: In tempore hoc eras modius similiae uno staterae erit, et duo modii hordei staterae uno, in portâ Samariae.

2. Respondens unus de ductibus, super cuius manum rex incumbebat, homini Dei, ait: Si Dominus fecerit etiam cata- ractas in caelo, nunquid poterit esse quod loqueris? Qui ait: Videbis oculos tuis, et inde non comedes.

3. Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portæ; qui dixerunt ad invicem: Quid hic esse volumus donec moriamur?

4. Sive ingredi voluerimus civitatem, fame moriemur; sive manserimus hic, moriendum nobis est: venite ergo, et transfugiamus ad castra Syriae; si pepererint nobis, vivemus; si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur.

5. Surrexerunt ergo vesperi ut veniant ad castra Syriae. Cùmque venissent ad principium castrorum Syriae, nullum ibidem repererunt.

6. Siquidem Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriae currum et equorum, et exercitûs plurimi; dixeruntque ad invicem: Ecce mercede conducti adversum nos rex Israel reges Hethæorum et Ægyptiorum, et venerunt super nos:

7. Surrexerunt ergo, et fugerunt in tenebros, et dereliquerunt tentoria sua et equos et asinos in castris, fugeruntque, animas tantum suas salvare cupientes.

8. Agitur, cùm venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt unum

sicut neque pater, cùm filium flagello caedat, dum distortum ingenium corrigere, et depravatos mores ad rectam regulam informare vult. Sanè Paulus molle cor habuit, et infirmabatur cum infirmis, et cum scandalizatis urebatur, et tamen 1 Cor. 5, non dubitavi fornicarium quemdam tradere Satanæ, cuius tyrannus erat multo magis quàm Syrorum acerbius, quia id putabat ad spirituales illius salutem expedire. *Jam judicavit, inquit, tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit.*

## CHAPITRE VII.

1. Alors Elisé dit: Ecoutez la parole du Seigneur: Voici ce que dit le Seigneur: De main, à cette même heure, la mesure de pure farine se donnera pour un siele à la porte de Samarie, et deux mesures d'orge pour un siele.

2. Un des chefs de l'armée, sur la main duquel le roi s'appuyait, répondit à l'homme de Dieu: Quand le Seigneur ferait pleuvoir des vivres du ciel, ce que vous dites pourrait-il être? Elisé lui répondit: Vous le verrez de vos yeux, et vous n'en mangerez point.

3. Or il y avait quatre lépreux près de la porte de la ville; ils se dirent l'un à l'autre: Pourquoi demeurons-nous ici, où nous ne pouvons attendre que la mort?

4. Si nous voulons entrer dans la ville, nous mourrons de faim; si nous demeurons ici, nous ne pourrions éviter la mort; venez donc, et passons au camp des Syriens; s'ils ont pitié de nous, nous vivrons, et s'ils veulent nous tuer, nous mourrons, comme nous ferions ici.

5. Ils partirent donc le soir pour aller au camp des Syriens, et, étant venus à l'entrée du camp, ils ne trouvèrent personne.

6. Car le Seigneur avait fait entendre dans le camp des Syriens un grand bruit de charriots, de chevaux et d'une armée indombrable, et les Syriens s'étaient dit l'un à l'autre: Le roi d'Israël a fait venir à son secours contre nous les rois des Hébreux et des Égyptiens, et ils sont venus pour fondre sur nous.

7. Ils se levèrent donc, et s'enfuirent dans les ténèbres, abandonnant dans leur camp leurs tentes, leurs chevaux et leurs ânes, et ne pensant qu'à sauver leur vie par la fuite.

8. Ces lépreux étant donc venus à l'entrée du camp des Syriens entrèrent dans une tente, où ils mangèrent et burent; et ayant pris de



tabernaculum, et comederunt et biberunt; tuleruntque inde argentum et aurum et vestes, et abierunt et absconderunt; et rursum reversi sunt ad alud tabernaculum, et inde similiter auferentes absconderunt.

9. Dixeruntque ad invicem: Non recte fecimus; hæc enim dies boni nuntii est; si tacuerimus, et noluerimus nuntiare usque mane, sceleris arguemur: venite, camus, et nuntiemus in aula regis.

10. Cumque venissent ad portam civitatis, narraverunt eis, dicentes: Iyimus ad castra Syriae, et nullum infidem reperimus hominem, nisi equos et asinos alligatos et fixa tentoria.

11. Ierunt ergo portarii, et nuntiaverunt in palatio regis intrinsecus.

12. Qui surrexit nocte, et ait ad servos suos: Dico vobis quid fecerint nobis Syri: sciunt quia fame laboramus, et iudicium egressi sunt de castris et latitant in agris, dicentes: Cum egressi fuerint de civitate, capiemus eos vivos, et tunc civitatem ingredi poterimus.

13. Respondit autem unus servorum ejus: Tollamus quinque oquos qui remanserunt in urbe (quia ipse tantum sunt in universa multitudine Israël, alii enim consumpti sunt): et mittentes, explorare poterimus.

14. Adduxerunt ergo duos equos, misitque rex in castra Syrorum, dicens: Ite, et videte.

15. Qui abierunt post eos usque ad Jordanem: ecce autem omnis via plena erat vestibulis et vasibus, que proiecerant Syri cum turbarentur; reversique nuntii, indicaverunt regi.

16. Et egressus populus diripuit castra Syriae; factusque est modius similitæ stateræ uno, et duo modii hordei stateræ uno, juxta verbum Domini.

17. Porrò rex ducem illum in cuius manu incubebat constituit ad portam; quem conculcavit turba in introitu portæ, et mortuus est, juxta quod locutus fuerat vir Dei, quando descenderat rex ad eum.

l'argent, de l'or et des vêtements, ils allèrent les cacher, et étant retournés, ils entrèrent dans une autre tente, et en emportèrent de même diverses choses, qu'ils cachèrent.

Vers. 8. — *SI QUIS AUTEM INGRESSUS FUERIT ATRIIUM TEMPLI, INTERFICIATUR.* Studebat Joias puerum regium inaugurare ritu legitimo, et ne quis tumultu ab Athalia, aut ab aliis, quibus illa novi regis renuntiatio non placebat, ortus, suis cogitationibus obstreret, aut in discrimen adduceret pueri caput, ut excitata seditio rem turbaret publicam, edixit ne quis, praeter illos quos ipse advocat armaveratque contra omnem eventum, transgressus septa templi in conventum irrumperet. Septem hic appellari puto, quem Ezechiel c. 40 vocat murum forinsecum: *Ece, inquit, murus forinsecus in circuitu domus undique.* Erat autem murus hic extrarius in circuitu templi quasi illius monumentum, quod Septuaginta vocant antemurale, Graeci *προπύλαια*, vel *προπύλαιον*; quidem, quia templo praetenditur; peribolus autem, quia illud undequaque circumdat. Hoc quidem habuit templum, quod ostensum fuit Ezechiel, et ad exemplar Ezechielii propositum postea à Zorobabele constructum. Quod etiam fuisse in templo à Salomone constructo, in quo haec omnia gerebantur, indicat illud Jeremiae Thren. 2, v. 7: *Reparavit Dominus altare suum, malecavit sanctificationi eius, tradidit in manus inimici suorum turrim eius.* Scio fuisse peribolum alium qui exterius atrium ab interiori, id est, a sacerdotali secernebat, de quo Ezechiel c. 42; sed est dubium an ille fuerit in Salomonis templo. Neque videtur improbabile cavisse Joias, ne quis in sacerdotale atrium irrumperet, ubi scena illa peragebatur. Sed de extrario septo, sive muro, sermone esse, mihi videtur probabilissimum. (1)

(1) Vers. 10. — *DEDIT EIS BASTAS ET ARMA REGIS DAVID.* Helicrus: *Dedit lanceas, vel spicula et clypeos, regia David.* Vel ex aliis: *Lanceas et pharetras.* Armamentarium constituisse Davidem in templo, quod Joias: haec arma sufficit, Josephus affirmat. (Calmet.)

Vers. 11. — *STETERUNT... A PARTE TEMPLI*

Vers. 12. — *PRODUXITQUE FILIUM REGIS, ET POSUIT SUPER EUM DIADEMA ET TESTIMONIUM (1).* Observat Joias illa omnia, quae lex jubet fieri, dum aliquis rex in suo populo constituitur, de quibus nos pluribus lib. I Regum c. 10. Est autem testimonium idem quod lex, seu Deuteronomium, quod lib. 2 Par. c. 24, v. 41; clarius expressum est: *Dederuntque in manu ejus tenendam legem.*

Vers. 13. — *AUDIVIT AUTEM ATHALIA VOCEM POPULI.* Non difficile fuit Athalia vocem laetantis populi, clangentis tabae, et turbae hinc illicque discurrentis audire, cum regia domum esset proxima templo, quod tanta multitudinis clamoribus resonabat. Quare statim advocat ad templum, et cum puerum regium, quem adhuc esse superstitem non putabat, ab obvii turba, ut est verisimile, filium esse didicit Ochozia, quem ipsa occidisset cum aliis fratribus, nisi Josabeth amica et nutricia solerter, ab imminente jam ferro esset ereptus. Ut enim ait Josephus lib. 9, c. 7: *Josabeth regiam ingressa, cum inter caeterorum cadavera latenter nutriciae opera amicum puerum Joas comprehendisset, ablatum furtim domi in suo cubiculo addidit, et solo marito conscio sex annis in templo clamavit.* Quare si vera sunt, quae tradit Josephus, infans ille cum aliis ad mortem expositus opinione mortis mortem effugit. (2)

DEXTERA USQUE AD PARTEM SIENESTRAM. Rex Joas conclusi suo ingressus, deductus est ad medium atri sacerdotum, ubi sese obstitit stipatum militibus, ad dexteram, nempe ad meridiam, et ad sinistram, id est, ad septentrionem. Hos vero milites ipsissimos credo Levitas, qui hebdomadarii ministerium suum absolverant; ut enim supra animadvertimus, qui manus imbuti, locati fuerant ad portas, nec deserere locum suum poterant. Portas atrii populi nemo dedidit, sed aditus pro consueto more omnibus patuit; munere tantum visum est aditus e pulchro in templum, ne regine cohors locum sanctum intraderet. (Calmet.)

(1) Haec omnia jure egit Joias, tum quia avunculus erat pueri Joas cui regnum debebat, ideoque quasi ejus tutor curare debebat ut illud ab Athalia, quae invaserat, auferretur, et Joas regi restitueretur, eo vice Joas sed pupilli illud administrare, tenebatur; tum quia erat puerulus, ad quem deficiente rege vel principe spectabat cura uti Synagoga, sic et reipublicae. Regna illius erat curare, ut Athalia, hostis Israelis, quae rempublicam simul et religionem cepit sive rex, cui illud jure competebat, eraceret, qui utramque conservaret et promoveret. (Corn. à Lap.)

(2) Vers. 14. — *VIXIT REGEM STATERE SUPER TRIBUNAL.* Helicrus: *Staterem super columnam, et tribunal, vel soium. Id nominis pierunquo*

Vers. 15. — *EDUCITE EAM EXTRA SEPTA TEMPLI, ET QUICUNQUE EAM VIDERIT FUERIT, PERIATUR CLAUDRO.* Veniat Athalia ut reginam decebat, licet subito quodam horrore percussa, et festinato gressu, stipata familiaris comitatu, et praetorianâ cohorte: neque fortassâ deerat plurimi in eo conventu, qui, quia ad suas rationes non videbatur importuna dominatio feminæ, illius partibus libenter adhaerent, qui magis timebantur excitari mores. His tot incommodis occurrendum ratus magnus sacerdos, praecipit, ut inquit supra Josephus, ut Athalia sola admitteretur in templum, et forsâ excluderentur praetoriani milites: deinde ne quam ex feminâ castre domus illa sacra acciperet injuriam, illam prius extrahi jubet extra septa templi, id est, extra murum illum extrinsecum, seu peribolum, de quo super, qui Joam profanum à sacro secernebat. Quod si quis reginam sequeretur, vel ut illam ab injuriâ, seu à plagâ delenderet, vel ut illius se partibus adjungeret, illum quamprimum ut occiderent, centurionibus edicit. Extraxit igitur fuit ex templo, et juxta regiam domum, quae non aberat procul, intercepta. Josephus tradit (fortasse ex antiquis memoriis, inquit enim id sumere ex Scriptura potuit) centuriones à Joia accessisse mandatum ut Athalia raperent ad torrentem Cedronis, ut illi suorum scelerrum poenae daret. (1)

Vers. 17. — *PEDIT ERGO JOIAS PUEM IN TERRA DOMINI ET INTER REGEM, ET INTER POPULUM, UT ESSET POPULUS DOMINI, ET INTER REGEM ET POPULUM.* Sicut Moyses ad Dei imperium pactus est foedus inter Deum et populum, Exod. c. 19, quasi arbiter et mediator inter Deum et hominem; sic etiam nunc Joias, qui cum sacerdos esset summus, causam aegre Dei, cujus erat familiaris minister. Pactum autem inter Deum et regem illud est, ut opinor, de quo Deut. 17, v. 16, ad finem usque capituli, dabatur edito eadem loco in templo, ubi constitueret sese reges solebant. Salomon exerat in templo aeneum tribunal, trium cubitorum altitudinis, et quinque latitudinis. Illud hic columna appellatur. (Calmet.)

(1) Vers. 16. — *IMPOSUERITQUE ILLI MANUS, ET IMPERAVIT EAM PER VITAM INTROITUS EQUORUM.* Helicrus ad litteram: *Imponens ei manus, et tenens per vitam introitus equorum.* Phrasin hanc, *ponerent et manus, exponunt plures, ut sit: Locus ei factus est. Steterat illa praefortibus templi, et milites medium illum excipientes reintervent.* Cum tamen castrum fuisset, ne sanguinem ejus funderent in templo, apertis iterum ordinibus, liberam egrediendi viam praebuerunt: vix autem processit ad partem aequorum, ubi neci tradita est. (Calmet.)

ubi præserebatur regi, quid facere debeat. Illud præcipiendū, de quo v. 18: *Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis hujus, in volumine accipiens exemplar, et sacerdotibus Leviticæ tribus. Et habebit secum, læquetque illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere Dominum Deum suum, et custodire verba et caeremonias ejus, etc.* Hæc exigit à rege Dominus, qui si studiosè servaverit, illi Deus, et ipsius posteris regnum promittit: *Ut longo, inquit, tempore regnet ipse, et filii ejus super Israel.*

Pepigit item foedus inter Deum et populum, quod nihil aliud fuit quam iteratio renovatioque fœderis quondam initū cum populo. De quo Exod. c. 19, v. 5, ubi Deus aliquid promittit, et aliquid etiam exigit à populo: *Si audieritis vocem meam, et custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculum, et cunctis populis (vna est enim omnia terra) et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, et gens sancta.* Cùmque hæc Domini verba Moyses retulisset ad populum, respondit omnis populus simul: *Cuncta que locutus est Dominus faciemus.* De fœdere inter regem et populum nihil habemus in Scripturis, quod ego meminim. Pactum autem esse inter rempublicam et principem, nemo nescit. Recipit enim in se princeps, regni, legum æquitateque tutelam, futuram se patriæ, religionisque custodem et vindicem promittit. Populus contra regi observantiam et fidem, tum deinde sumptus et ad regiam majestatem conservandam, et ad illa honesta, et utiliter administranda, que ad communes usus et dignitatem pertinent. Tale pactum pepigerunt cum Davide seniores Israel, quando illum præposuerunt regno, lib. 2 Regum c. 5, v. 3: *Venerunt quoque seniores Israel ad regem in Hebron, et percussit cum eis rex David factus coram Domino; vide que nos ad illum locum.*

Vers. 18. — *INGRESSUREQUE EST OMNIS POPULUS TABERNAULUM BAAL.* Quo tempore regnavit Athalia, que, ut Jerababiel filia ex genere Sidonia, licetè persuasit viro suo Joram ut Sidoniorum deum Baal, et nobili templo, et divinis honoribus prosequeretur. Quod detractis templi Salomonis spoliis, exornavit, ut constat lib. 2 Paral. c. 23, v. 7. Et licet dum illa duo monstra viverent, subjectus populus mutare non auderet, tamen postquam sublata est Athalia et tota ferme potestas ad Joiadum venit, qui pro Joas adhuc puerulo rem moderabatur Israeliticam, ille idem populus in templum Baalib Athalia constructum irrumpens,

aras everit, simulacrum comminuit, et sacerdotem nefariæ religioni ab Athalia præpositum interemit. Hoc porro fecit populus, ut pactum præstaret, quo se Deo nuper obligarat. Populus terræ, juxta Hebræorum idioma, plebeiam significat multitudinem; sic sanè Jeremias c. 44: *Reges vestri, et principes vestri, et populus terræ.* Et idem c. 52: *Et septem viros de his, qui videbant faciem regis, etc., et sexaginta viros de populo terræ.*

ET POSUIT SACERDOS CUSTODIAS IN DOMO DOMINI. Eo tempore quo dominata est Athalia, cùm Sidoniam religionem coleret, et ad illam mariti quoque studium allexisset, frigebat Hebræorum religio, et multa jacebant, que melioribus sæculis egregie vigerant; quàm impio templi splendorem obscurarunt Athalia, habes lib. 2 Paral. c. 23, v. 7. Inter alia aut sublata erant, aut imminuta custodiæ, que excubias apellant pro templo; illas restituit Joiada, aut quæ id ad templi dignitatem pertinebat, aut quæ cum templum Baalis esset tunc violatum, et ignominiosè illius sublata religio, timere poterat merito sacerdos summus, ne qui egredutissent Baali nuper Irrogatum injuriam, aliquid auderent in templum Domini, et illius sive ruinæ sive ignominis dolorem suum ex Baalis violatione conceptum solarentur. Cui incommodo ut maturè caveret, custodum excubias in templo disposuit.

Vers. 19. — *TULIQUE CENTURIONES, ET CERETIM, ET PHELETHIM.* Quinam sint Cerethi et Phelethi, explicimus lib. 2, c. 8. Niverò fuisse viri fortes, et qui apud Latinos dicuntur prætoriani milites, quibus credita est regis aut imperatoris corporis custodia, quibus communis sacerdos regium puerum ex templo in palatium tradidit, ut in regio sederet throno, et suam ibi faventem et gratulantem populò majestatem ostenderet.

ET VENERUNT PER VIAM PORTÆ SCUTARIORUM. Cùm regia domus multas haberet portas, ut in domibus amplis necesse est, ad aliquam illarum armamentarium erat, in quo seuta servabantur, que ante reges de more gestabant, aut prætoriani milites, aut alii, qui dignitate tantum gratiâ regem præcedebant. Quæ aurea primam exendit Salomon, deinde Roboam ex ære conflavit. De quibus lib. 5 Reg. c. 14, v. 26, ubi cùm alia multa Roboam didicisse diceretur Sesac regi Ægypti, additur: *Scuta quoque aurea que fecerat Salomon, pro quibus fecit rex Roboam turta ærea, et tradidit ea in manuum ducum scutariorum, et eorum qui exco-*

babant ad ostium domus regis. Cùmque ingredere-retur rex in domum Domini, portabant ea, qui præcedendi habebant officium, et postea reportabant ad armamentarium scutariorum. Per portam CAPUT XII.

1. Anno septimo Jehu regnavit Joas, et quadraginta annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Sebia, de Bersabee.

2. Fecitque Joas rectum coram Domino cunctis diebus quibus docuit eum Joiada sacerdos;

3. Verumtamen excelsa non abstulit, adhuc enim populus immolabat et adolebat in excelsa incensum.

4. Dixitque Joas ad sacerdotes: Omnem pecuniam sanctorum, que illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus, que offertur pro pretio anime, et quam sponte et arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini,

5. Accipiant illam sacerdotes juxta ordinem suum, et instaurent sarta lecta domus si quid necessarium viderint instauratione.

6. Igitur usque ad vigesimum tertium annum regis Joas, non instaurationem sacerdotum sarta lecta templi.

7. Vocavitque rex Joas Joiadam pontificem et sacerdotes, dicens eis: Quare sarta lecta non instaurationis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniam juxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam.

8. Prohibitique sunt sacerdotes ultra accipere pecuniam à populo, et instaurare sarta lecta domus.

9. Et tulit Joiada pontifex gazophylacium unum, aperitque foramen desuper, et posuit illud juxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini; mittebantque in eo sacerdotes qui custodiebant ostia, omnem pecuniam que deferebatur ad templum Domini.

10. Cùmque viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascendeat scriba regis, et pontifex, effundebantque et numerabant pecuniam que inveniebatur in domo Domini;

11. Et dabant eam juxta numerum at-

tam ergo, juxta quam erat scutorum illorum armamentarium, deductus est Joas in domum regiam, quam deinceps ut verus dominus habitavit.

#### CHAPITRE XII.

1. La septième année du règne de Jehu sur Israël, Joas commença de régner, et il régna quarante ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Sébia, et elle était de Bersabee.

2. Il fit ce qui était juste devant le Seigneur tout le temps qu'il fut instruit par le pontife Joiada;

3. Cependant il n'abolit pas les hauts lieux: le peuple y sacrifiait encore et y offrait de l'encens.

4. Alors Joas dit aux prêtres: Tout l'argent consacré qui sera apporté dans le temple du Seigneur par ceux qui passent, ou qui l'offrent à Dieu pour le prix de leur âme, ou qui font d'eux-mêmes au temple des dons volontaires,

5. Que les prêtres, chacun à son rang; prennent cet argent, et qu'ils en fassent les réparations de la maison du Seigneur, lorsqu'ils verront quelque chose qui ait besoin d'être réparé.

6. Mais les prêtres n'avaient point fait ces réparations du temple jusqu'à la vingt-troisième année du règne de Joas.

7. Le roi fit donc venir devant lui le pontife Joiada et les prêtres, et leur dit: Pourquoi ne faites-vous point les réparations du temple? N'en recevez donc plus l'argent, selon l'ordre de votre ministère; mais rendez ce que vous avez reçu pour les réparations du temple.

8. Et il fut défendu aux prêtres de recevoir à l'avenir l'argent du peuple et de réparer la maison du Seigneur.

9. Alors le pontife Joiada prit un coffre, et y fit une ouverture par-dessus, et le plaça auprès de l'autel, à la droite de ceux qui entraient dans la maison du Seigneur; et les prêtres qui gardaient les portes y mettaient tout l'argent qu'on apportait au temple du Seigneur.

10. Lorsqu'ils voyaient qu'il y avait trop d'argent dans le tronc, le secrétaire du roi venait avec le pontife, et ils en tiraient et comptaient l'argent qui s'était trouvé dans la maison du Seigneur;

11. Et ils le déposaient par compte et par

ubi præserebat regi, quid facere debeat. Illud præcipiendū, de quo v. 18: *Postquā autem ceciderit in solo regni sui, describet nisi Deuteronomium legis hujus, in volumine accipiens exemplar à sacerdotibus Leviticæ tribus. Et habebit tecum, læquetque illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum suum, et custodire verba et caeremonias ejus, etc.* Hæc exigit à rege Dominus, qui si studiosè servaverit, illi Deus, et ipsius posteris regnum promittit: *Ut longo, inquit, tempore regnet ipse, et filii ejus super Israel.*

Pepigit item foedus inter Deum et populum, quod nihil aliud fuit quam iteratio renovatioque fœderis quondam initū cum populo. De quo Exod. c. 19, v. 5, ubi Deus aliquid promittit, et aliquid etiam exigit à populo: *Si audieritis vocem meam, et custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculum, et cunctis populis (vna est enim omnis terra) et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, et gens sancta.* Cùmque hæc Domini verba Moyses retulisset ad populum, respondit omnis populus simul: *Cuncta que locutus est Dominus faciemus.* De fœdere inter regem et populum nihil habemus in Scripturis, quod ego meminerim. Pactum autem esse inter rempublicam et principem, nemo nescit. Recipit enim in se princeps, regni, legum æquitatisque tutelam, futurum se patriæ, religionisque custodem et vindicem promittit. Populus contra regi observantiam et fidem, tum deinde sumptus et ad regiam majestatem conservandam, et ad illa honesta, et utiliter administranda, que ad communes usus et dignitatem pertinent. Tale pactum pepigerunt cum Davide seniores Israel, quando illum præposuerunt regno, lib. 2 Regum c. 5, v. 3: *Venerunt quoque seniores Israel ad regem in Hebron, et percussit cum eis rex David factus coram Domino; vide que nos ad illum locum.*

Vers. 18. — *INGRESSUREQUE EST OMNIS POPULUS TABERNAULUM BAAL.* Quo tempore regnavit Athalia, que, ut Jerababiel filia ex genere Sidonia, licetè persuasit viro suo Joram ut Sidoniorum deum Baal, et nobili templo, et divinis honoribus prosequeretur. Quod detractis templi Salomonis spoliis, exornavit, ut constat lib. 2 Paral. c. 24, v. 7. Et licet dum illa duo monstra viverent, subjectus populus mutare non auderet, tamen postquam sublata est Athalia et tota ferme potestas ad Joiadā veniit, qui pro Joas adhuc puerulo rem moderabatur Israeliticam, ille idem populus in templum Baalib Athalia constructum irrumpens,

aras everit, simulacrum comminuit, et sacerdotem nefariæ religioni ab Athalia præpositum interemit. Hoc porrò fecit populus, ut pactum præstaret, quo se Deo nuper obligarat. Populus terræ, juxta Hebræorum idioma, plebeiam significat multitudinem; sic sanè Jeremias c. 44: *Reges vestri, et principes vestri, et populus terræ.* Et idem c. 52: *Et septem viros de his, qui videbant faciem regis, etc., et sexaginta viros de populo terræ.*

ET POSUIT SACERDOS CESTODIAS IN DOMO DOMINI. Eo tempore quo dominata est Athalia, cùm Sidoniam religionem coleret, et ad illam mariti quoque studium allexisset, frigebat Hebræorum religio, et multa jacebant, que melioribus sæculis egregie vigerant; quàm impio templi splendorem obscurarūt Athalia, habes lib. 2 Paral. c. 24, v. 7. Inter alia aut sublata erant, aut imminuta custodiæ, que excubias apellant pro templo; illas restituit Joiada, aut quæ id ad templi dignitatem pertinebat, aut quæ cum templum Baalis esset tunc violatum, et ignominiosè illius sublata religio, timere poterat merito sacerdos summus, ne qui egredulissent Baali nuper Irrogatum injuriam, aliquid auderent in templum Dominum, et illius sive ruinæ sive ignominis dolorem suum ex Baalis violatione conceptum solarentur. Cui incommodo ut maturè caveret, custodum excubias in templo disposuit.

Vers. 19. — *TULIQUE CENTURIONES, ET CERETIM, ET PHELETHIM.* Quinam sint Cerethi et Phelethi, explicamus lib. 2, c. 8. Niverò fuisse viri fortes, et qui apud Latinos dicuntur prætoriani milites, quibus credita est regis aut imperatoris corporis custodia, quibus communis sacerdos regium puerum ex templo in palatium tradidit, ut in regio sederet throno, et suam ibi faventū et gratiantī populū majestatem ostenderet.

ET VENERUNT PER VIAM PORTÆ SCUTARIORUM. Cùm regia domus multas haberet portas, ut in domibus amplis necesse est, ad aliquam illarum armamentarium erat, in quo seuta servabantur, que ante reges de more gestabant, aut prætoriani milites, aut alii, qui dignitate tantum gratiā regem præcedebant. Quæ aurea primam exendit Salomon, deinde Roboam ex aure conflavit. De quibus lib. 5 Reg. c. 14, v. 26, ubi cùm alia multa Roboam didicisse diceretur Sesac regi Ægypti, additur: *Scuta quoque aurea que fecerat Salomon, pro quibus fecit rex Roboam turta aurea, et tradidit ea in manum ducum scutariorum, et eorum qui exco-*

babant ad ostium domus regis. Cùmque ingredere-  
retur rex in domum Domini, portabant ea, qui  
precedendi habebant officium, et postea reportaban-  
t ad armamentarium scutariorum. Per por-  
tā

## CAPUT XII.

1. Anno septimo Jehu regnavit Joas, et  
quadraginta annis regnavit in Jerusalem.  
Nomen matris ejus Sebia, de Bersabee.

2. Fecitque Joas rectum coram Domino  
cunctis diebus quibus docuit eum Joiada  
sacerdos;

3. Verumtamen excelsa non abstulit,  
adhuc enim populus immolabat et adolebat  
in excelsa incensum.

4. Dixitque Joas ad sacerdotes: Omnem  
pecuniam sanctorum, que illata fuerit in  
templum Domini à prætereuntibus, que  
offerunt pro pretio anime, et quam sponte  
et arbitrio cordis sui inferunt in templum  
Domini,

5. Accipiant illam sacerdotes juxta ordi-  
nem suum, et instaurent sarta lecta domus  
si quid necessarium viderint instauratione  
templi.

6. Igitur usque ad vigesimum tertium  
annum regis Joas, non instaurationem sacer-  
dotes sarta lecta templi.

7. Vocavitque rex Joas Joiadam pontifi-  
cem et sacerdotes, dicens eis: Quare  
sarta lecta non instaurationis templi?  
Nolite ergo amplius accipere pecuniam juxta ordi-  
nem vestrum, sed ad instaurationem  
templi reddite eam.

8. Prohibitique sunt sacerdotes ultra  
accipere pecuniam à populo, et instaurare  
sarta lecta domus.

9. Et tulit Joiada pontifex gazophylacium  
unum, aperitque foramen desuper,  
et posuit illud juxta altare ad dexteram  
ingredientium domum Domini; mittebant  
que in eo sacerdotes qui custodiebant  
ostia, omnem pecuniam que deferebatur  
ad templum Domini.

10. Cùmque viderent nimiam pecuniam  
esse in gazophylacio, ascendeat scriba  
regis, et pontifex, effundebantque et nu-  
merabant pecuniam que inveniebatur in  
domo Domini;

11. Et dabant eam juxta numerum at-

tam ergo, juxta quam erat scutorum illorum  
armamentarium, deductus est Joas in domum  
regiam, quam deinceps ut verus dominus  
habitavit.

## CHAPITRE XII.

1. La septième année du règne de Jehu sur  
Israël, Joas commença de régner, et il régna  
quarante ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait  
Sébia, et elle était de Bersabee.

2. Il fit ce qui était juste devant le Seigneur  
tout le temps qu'il fut instruit par le pontife  
Joiada;

3. Cependant il n'abolit pas les hauts lieux:  
le peuple y sacrifiait encore et y offrait de  
l'encens.

4. Alors Joas dit aux prêtres: Tout l'argent  
consacré qui sera apporté dans le temple du  
Seigneur par ceux qui passent, ou qui l'offrent  
à Dieu pour le prix de leur âme, ou qui font  
d'eux-mêmes au temple des dons volontaires,

5. Que les prêtres, chacun à son rang,  
prennent cet argent, et qu'ils en fassent les  
réparations de la maison du Seigneur, lorsqu'ils  
verront quelque chose qui ait besoin d'être ré-  
paré.

6. Mais les prêtres n'avaient point fait ces  
réparations du temple jusqu'à la vingt-troisième  
année du règne de Joas.

7. Le roi fit donc venir devant lui le pontife  
Joiada et les prêtres, et leur dit: Pourquoi ne  
faites-vous point les réparations du temple?  
N'en recevez donc plus l'argent, selon l'ordre  
de votre ministère; mais rendez ce que vous  
avez reçu pour les réparations du temple.

8. Et il fut défendu aux prêtres de recevoir  
à l'avenir l'argent du peuple et de réparer la  
maison du Seigneur.

9. Alors le pontife Joiada prit un coffre, et  
y fit une ouverture par-dessus, et le plaça au-  
près de l'autel, à la droite de ceux qui en-  
traient dans la maison du Seigneur; et les  
prêtres qui gardaient les portes y mettaient  
tout l'argent qu'on apportait au temple du  
Seigneur.

10. Lorsqu'ils voyaient qu'il y avait trop  
d'argent dans le tronc, le secrétaire du roi  
venait avec le pontife, et ils en tiraient et  
comptaient l'argent qui s'était trouvé dans la  
maison du Seigneur;

11. Et ils le déposaient par compte et par

que mensuram in manu eorum qui praeerat cementariis domus Domini, qui impendebant eam in fabricis lignorum, et in cementariis iis qui operabantur in domo Domini.

12. Et sarta tecta faciebant, et in iis qui caedebant saxa, et ut emerent ligna et lapides qui excidebantur, ita ut impleatur instauratio domus Domini in universis que indigebant expensis ad munendam domum.

13. Verumtamen non fiebant ex eadem pecunia hydris temporis Domini, et fuscinae et thuribula, et tubae, et omne vas aureum et argentum, de pecunia que inferebatur in templum Domini;

14. Iis enim qui faciebant opus dabatur ut instauraretur templum Domini.

15. Et non fiebat ratio iis hominibus qui accipiebant pecuniam ut distribuere eam artificibus, sed in fide tractabant eam.

16. Pecuniam verò pro delicto et pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini, quia sacerdotum erat.

17. Tunc ascendit Hazael rex Syriae, et pugnabat contra Geth; cepitque eam, et direxit faciem suam ut ascenderet in Jerusalem.

18. Quamobrem tulit Joas rex Juda omnia sanctificata quae consecraverant Josaphat et Joram et Ochozias patres ejus, reges Juda, et quae ipse obtulerat, et universum argentum quod inveniri potuit in thesauris templi Domini et in palatio regis, misitque Hazaeli regi Syriae, et recessit ab Jerusalem.

19. Reliqua autem sermionum Joas, et universa quae fecit, nonne haec scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

20. Surrexerunt autem servi ejus, et conjuraverunt infer se, percusseruntque Joas in domo Mello in descensu Sella;

21. Josachar namque filius Semaath et Jozabad filius Somer, servi ejus, percusserunt eum, et mortuus est; et sepelierunt eum cum patribus suis in Civitate David. Regnavitque Amasias filius ejus pro eo.

pois entre les mains des personnes qui avaient soin de ceux qui travaillaient à la fabrique du temple; et cet argent était employé pour les charpentiers et pour les maçons qui faisaient les réparations de la maison du Seigneur,

12. Et pour les tailleurs de pierres, afin qu'on en achetât du bois et des pierres, qu'on faisait poir, et pour toute la dépense de tout ce qui était nécessaire aux réparations et au rétablissement de la maison du Seigneur.

13. Cependant on ne faisait point, avec cet argent qui était apporté au temple du Seigneur, les vaisseaux du temple du Seigneur, les fourchettes, les encensoirs, les trompettes et tous les vases d'or et d'argent. On ne l'employa à cet usage que lorsque le temple fut entièrement rétabli.

14. Jusque-là on donnait cet argent à ceux qui avaient soin de faire faire les réparations du temple du Seigneur.

15. Et l'on n'en demandait point compte à ceux qui le recevaient pour le distribuer aux ouvriers; mais ils l'employaient avec fidélité.

16. On ne portait point dans le temple du Seigneur l'argent qui était donné pour les fautes et pour les péchés, parce qu'il appartenait aux prêtres.

17. Alors Hazael, roi de Syrie, vint mettre le siège devant Geth, et il la prit, et tourna son visage pour marcher vers Jérusalem.

18. C'est pourquoi Joas, roi de Juda, prit tout l'argent consacré que les rois de Juda Josaphat, Joram et Ochozias, ses pères, et lui-même avaient offert au temple, et tout ce qui put se trouver d'argent dans les trésors du temple du Seigneur et dans le palais du roi; et il l'envoya à Hazael, roi de Syrie, qui se retira de Jérusalem.

19. Le reste des actions de Joas et tout ce qu'il a fait est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

20. Or, ses officiers se soulevèrent et se ligèrent, et ils le frappèrent dans sa maison de Mello, à la descente de Sella.

21. Josachar, fils de Semaath, et Jozabad, fils de Somer, ses serviteurs, le tuèrent. Et, étant mort, il fut enseveli avec ses pères dans la Ville-de-David. Et Amasias, son fils, régna en sa place.

VERS. 1. — ANNO SEPTIMO JERU. REGNAVIT JOAS, ET QUADRAGINTA ANSIS REGNAVIT IN JERUSALEM: NOMEN MATRIS EJUS SIBBA DE BERSABEE. Eodem anno quo mortuus est Ochozias et regnare coepit Jehu in Israel, natus fuit Joas: septennis enim regnare coepit, quo tempore in suo regno septimum annum agebat Jehu. Nomen et patria matris, quae fuisse dicitur ex Bersabée, ostendunt hunc Joam non habuisse matrem illam, quae ex domo Achab nupsit Ochozias, ut habes supra, c. 8, v. 27. Haec autem non diceretur orta de Bersabée, quia commendatio hae vulgaris erat, sed de domo Achab, quae major erat, et magis propria ac nota commendatio.

VERS. 2. — FECITQUE JOAS RECTUM CORAM DOMINO CUNCTIS DIEBUS QUINQUE DOCEUIT EUM JOIADA SACERDOS. Quamdiu vixit Joiada, cui se mandatum tradiderat Joas, à quo accepit publicae administrationis formam, à cujus praeceptis atque observantia non recedebat, cum ab illo accepisset quòd regnaret, et, prope dixerim, quòd spiraret et viveret, fecit quod bonum et religiosum principem decebat. At postquam exactis annis centum et triginta sacerdotio pariter et vita defunctus est Joiada, ut habemus lib. 2 Par. c. 24, v. 16, quorundam principum consiliis, quos Athalia aut donis, aut artificio corruerat, ita corruptus est, ut veram religionem prodiderit, neque minori studio colerit Baal, quam vel Athalia, vel illi qui primum pestem illam in Israelis fines induxerunt. Postquam autem, inquit, obiit Joiada, ingressi sunt principes Juda, et adoraverunt regem, qui delinquit obsequis eorum acceperat eis, et dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum, servieruntque facis et sculptilibus. Ex quibus verbis non obscure colligitur non permisisse Joiadam, quamdiu vixit, accedere ad novum regem principes illos, aut alios, quorum non essent probati mores et explorata religio. Quia videbat transverti facile posse pueri disciplinam, et corrupti mores, quos ipse à teneris annis in infante rege tamdiu tantoque labore formaverat. Qui sublato sené, subitum esse existimarent impedimentum quòd ipsos ab aspectu et consuetudine regis morabatur. Accedunt igitur haec, omnia promittunt officiorum obsequia, illecebris capiunt, ad suos denique mores et imaginem flungunt, faciunt denique ex bono principe, et verae religionis amante, impium, sceleratumque tyrannum, et à patria religione ad idolorum

nefaria sacra transfugam, à religioso denique non gentilem solum, sed etiam gentilem vanitatis patronum et vindicem. Vide quid faciant consilarii, in quibus consilii et pietatis parum est, qui sibi quam simillimum principem faciunt, qui quò magis potentia aique auctoritate possunt, et minus à legum severitate timent, eò majori indigent freno, cum majores habeant ad omnem improbitatem impulsus.

VERS. 5. — VERUMTAMEN EXCELSA NON ABSTULIT. Cum alia omnia impletis fomenta ad sacerdotis imperium sustulisset Joas, excelsa tamen non abstulit, quod illi cum aliis penè omnibus regibus commune fuit, de quibus hoc quasi legitimum addidit: Verumtamen excelsa non abstulit: sunt autem excelsa loca nefariae religioni consecrata, sive quia illa perierunt sublimia sunt, sive quia altaria supra terram attollunt, quae idèo vocari poterunt excelsa, et hoc fortasse potius, ut dicitur lib. 3, cap. 15, v. 14. Porrò licet pleraque excelsa sive illa altaria fuerint, sive montium fastigia idolorum cultui consecrata, tamen Deo vero à religiosa turba licet parum religiosè sacrificator, cum sacrificare non liceret, nisi in designato loco, maxime post exaltatum templum. Quòd vero sacerdotes soliti essent sacrificare Domino in excelsis, docet illud Josiae judicium infra, c. 23, v. 9: Non ascendebat sacerdos excelsarum ad altare Domini in Jerusalem, sed tantum comedebat asyna. Vide Abul. q. 2. Cur non sustulerit impia illa sacraria, ea videtur esse ratio, quia turbos timebat, quos excitare solet popularis furor, cum id eripitur, ad quod plurimorum animi afficiuntur. Sane fuisse principes, quorum animis insitus fuerit amor in Baal, neque illos exiguo numero, satis probant principes illi, de quibus proxime, qui cum in vivis desit esse Joiada, nimis credulum regem ad omnem impletatem perpulerant.

VERS. 4. — DIXITQUE JOAS AD SACERDOTES: OMNEM PECUNIAM SANCTORUM, QUAE ILLATA FUERIT IN TEMPLUM DOMINI. Cum Athalia regnante, aut etiam cum viverent, et conjux Joram, et filius Ochozias, in quos mulier callida et vehemens plurimum habuit potestatis, religio frigeret, et ipsi etiam principes alienos à patria sanctitate animos haberent, facile fuit Athaliae spoliare templum ab his ornamentis, quae habuit maxima, et quae tueri poterant illustrem illam molem, aut convellere, aut debilitare, quantum posset. Quod fecit non

minis avidè quàm avidè voluit simulacra honestare Sidonia. Ita habemus lib. 2 Par. c. 24, v. 7: *Athalia enim impiissima et filius ejus destruxerunt domum Dei, et de universis, quæ sanctificata fuerant in templo Domini, ornauerunt famam Baalim.*

Antequàm quod sequitur explicare aggrediar, observo in templo varia à variis offerri solita, sed non omnia ad eodem usum. Quædam à Deo sic offeruntur, ut consumantur in altari, et in famam abeant, qualia sunt holocausta: quedam in usum cedunt sacerdotum, qualia sunt sacrificia pacifica, et quæ offeruntur pro peccato; quorum pars ad sacerdotes, pars ad alios atque alios pro variis rerum qualitatibus pertinet. Alia verò ad templi pertinent multiplices usus, ad vasa nimirum sacri ministerii, ad vestimenta atque ornamenta sacra, ad concinnanda atque instauranda, quæ usu detrita, aut tempore ruinosas atque collapsas sunt; qualia sunt quæ nunc pro sartis tectis à lege destinantur, de quibus hic sermo.

Hæc porrò pecunia ab illis exigebatur, qui vigesimum annum explevisset, quique arma tractare poterant, de quibus Exod. 30, v. 12: *Quando tuleris numerum filiorum Israel juxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, et non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis, qui transit ad nomen dimidium sicli juxta mensuram templi. Et statim v. 16: Suscipiantque pecuniam, quæ collata est à filiis Israel, trades in usum tabernaculi testimonii. Illi verò qui vigesimum annum prætergressi sunt, dicuntur in loco proximè citato ex Exod. transisse ad nomen, id est, pervenisse ad illam ætatem, in quâ censi possent, et in illorum numerum et ordinem referri, qui ad militiam judicantur idonei, hoc autem loco præterentes, quia jam præterierunt, id est, excesserunt et illâ ætate quæ ad bellicum pondus censetur infirma. Quia verò singulis annis in quilibet civitate multi sunt, qui vigesimum contempserunt annum, obire solent questores templi, sive exactores pecunie sacre civitates, ut pecuniam templo debitam, ex capitibus singulis in sacrum ararium conferant. Porrò hoc tributum singulis annis templo solvere dependi, docet Josephus lib. 7 de Bello c. 26, ubi sic de Vespasiano post subactam Judæam: « Stipendium verò quæ ubicumque degerent, Judæis indixit, binas quæ drachmas singulis annis deferre in Capitolium Jussit, ita ut antehæc Jerosolymorum*

« templo pendebant. » Dux autem drachmæ idem valent quod dimidium sicli, quod Israelitæ cum excessissent ab anno vigesimo, templo solvebant.

QUE OFFERTUR PRO PRETIO ANIMÆ. Duplex esse potest hujus loci sententia. Altera est hoc legitimo et annuo tributo proficere hominem, cum ætati accessit juvenile robur, quidquid habet, id totum se debere Deo, et eâ professione se totum Deo mancipio dat. Deinde verò se dimidio redimit siclo, quem dat pro animâ suâ, id est, pro seipso. Notum est enim alienus animam pro illo sumi, cujus est anima; quomodo dicere etiam potuisset, *pro me capite*, quia etiam caput pro eo sumitur, cujus est caput. Sicut primogenitus debetur Deo, quia Deus Ægyptiorum occidit primogenitum. Ille tamen postquam oblatus est Deo, pretio redimitur; sic etiam viri Israelitæ, cum ex quo annum impleverê vigesimum, Deo sunt oblato, vel ab ipsâ lege, vel à consuetudine, oblato pretio, nempe didrachma, aut semisiclo se sibi vendicant atque restitunt, atque idè ille semisiclus pretium dicitur animæ, quia se ipsum illo pretio redimit, qui à seipso prius libertatem abdicaverat.

Alius sensus est, illud pretium animæ idè vocari, quia idè penditur, ut Dominus vitam largiatur incolumem et longam, et ab omni servet valetudinibus incommodis. Et idè additur Exod. 30: *Et non erit plaga in eis cum fuerint recensiti*, et hæc rationem assignamus lib. 3 Regum, c. 24, cur numeratus populus tam gravi plagâ percussus fuerit, quia videlicet constitutum à lege dimidium siclum non exsolvit, quod tenet Abolensis in Exod. c. 3, q. 9. Hæc porrò numeralio, seu census populi, et pro animarum pretio legitima solutio, tunc fieri poterat, ut nonnulli putant, quando bellum ingrueret, ut bellatorum numerus notus esset regi, aut quando necessitas occurreret publica, qualis esset aut instauratio templi, aut urbium munitio, aut quidvis aliud quod communibus commodis serviret. De bello constat lib. 2 Par. c. 25, ubi Amasias numerasse dicitur populum, ut contra Muzæos exercitum conscriberet. Sed sanè, ut videt, hic nihil de bello, aut re profanâ agitur, sed de tabernaculo aut templo; unde Philo hæc pecuniam sacram appellat. Vide quæ nos de hæc re pluribus ad c. 24, lib. 2 Regum. Quia verò graves erant templi, quotidianique sumptus, sæpè etiam haberi poterat populi census, et ex eo sacra colligi pecunia. Fieri verò

ad extrema Israeliticæ reipublicæ tempora singulis annis probat illud Vespasianæ decretum, de quo supra: sub hæc verò tempora, in quibus nostra versatur commentatio, fieri potuisse, satis ostendit hoc regium edictum, de quo lib. 2 Par. c. 24, v. 5: *Congregavit (Joas) sacerdotes et Levitas, et dixit eis: Egre dimini ad civitates Juda, et colligite de universo Israel pecuniam quæ surta tecta templi Dei vestri per singulos annos. Quòd verò id neque factum fuerit, fierique debuisset ante hoc tempus, illud satis indicat, quia neque hoc anno fieret, nisi id cautum esset, et præceptum à rege. Neque populus dimidium siclum siclum contulisset ad templum, nisi specialî quodam edicto foret admonitus, ut constitutum à Moyse pecuniam, capite nimirum sexto Exodi, ad templum deferret. Sic legimus lib. Par. 5, v. 9: *Et prædicatum est in Juda et in Jerusalem, ut deferrent singuli pretium Domino, quod constituit Moyses. Quòd autem sacerdotes et Levites, quibus commissa fuerat non solum templi custodia, sed etiam instauratio, pecuniam illam multis ante diebus non collegierint, ea videtur esse ratio, quia aut non videbant ante Athalia regnum quid instaurari posset in templo, et cum regnavit Athalia, quæ templum, quòd potuit, spoliavit et everit, non audebant instaurare et reflectere quæ illa tam impie et violenter deformarat.**

ET QUAM SPONTE ET ARBITRIO SVO INTERENT IN TEMPLUM DOMINI. Et hæc constat singulis hominum capitibus, postquam destinatum à lege tempus implerunt, non esse liberum pecuniam omittere à lege constitutam. Nam cum de aliis donis atque pecuniis agitur, illa dicuntur spontè inferri, et arbitrio curulis illorum, qui illud, quicquid est, ad usum templi sacros dedicant.

VERS. 5. — ACCIPIUNT ILLAM SACERDOTES Juxta ordinem suum. Cum variè essent sacerdotum, Levitarumque vires, sive ephemeris, quæ etiam ordines appellari possunt, ab illis voluit rex colligi tractarique pecuniam, qui juxta seriem et ordinem suum temporibus sibi destinatis sacro vacarent ministerio, ita ut tot essent curatores, dispositoresque pecunie sacre, quot essent sacerdotum descriptæ vires.

IGITUR USQUE AD VIGESIMUM TERTIUM ANNUM REGIS JOAS, NON INSTAURATA VERUNT SACERDOTES SARTA TECTA TEMPLI. Quo anno Joas sacerdotibus edixerit, ut de reconducendo templo cogitarent, non constat. Illud est certum anno regni Joas

vigesimo tertio, cum templum male foret ab Athalia directum, nihil à sacerdotibus fuisse reparatum. Hoc aperte indicat rex Ipse Joas, qui cum summo aliquo sacerdotibus graviter expostulat, quòd totam videantur de instaurando templo curam abieisse: *Quare, inquit, sarta tecta non instauravit templi?*

NOLITE ERGO AMPLES ACCIPERE PECUNIAM. Dupliciter peccabant sacerdotes, et quia non accuratè colligebant pecuniam, quæ in capita illorum qui ad vigesimum usque annum adfuerant, conscripta fuerat à lege, et quia si quid eo nomine collatum fuit à numerato populo, id non tam ad communes et sacros, quàm ad privatos et profanos usus convertebant. Quare non sine causâ rex ex arbitrio sacerdotum pecuniam removit, quæ cum jure communis et sacra sit, injuriâ tamen et cupiditate hominum à seipsâ degener profana fit et propria. Quare si quid acciperent à populo, reddi jubet, ut ex eo repararetur, si quid in templo ruinosum est, et ab illâ in posterum cursu liberus esse jubet. (1)

VERS. 9. — ET TERTIO JOIAS PONTIFEX GAZOPHYLACIUM USUM, APERITIQUE FORAMEN DESUPER.

(1) VERS. 6. — IGITUR USQUE AD VIGESIMUM TERTIUM ANNUM REGIS JOAS, NON INSTAURAVERTUNT, etc. Certus annus date hujus à rege Jossionis de colligendis ad sarta tecta templi pecuniis, ignoratur. Illud constat, sacerdotes mandata ægmiter curasse: *Porrò Levite egere negligentiis.* Inanes in sumptibus erogant, vel forte in usus suos transulerunt pecuniam; vel demergo nulla sollicitudine temerantur de opere urgendo, quod res suas minimam jervat, quia et proventum suorum portionem non modicam avertebat. Idem rerum status perseveravit biennio, teste Chufonio Hebraeorum, usque ad annum regis Josie tertium et vigesimum. Altero denum anno princeps novâ lege veluit, ne Levitæ pecuniam hanc exigèrent, neve sibi de reparatione templi curam aliquam vindicarent; quin et justè acceptam pecuniam restituerent, novaque sancivit alia, ut omni urgeretur: *Prohibiti sunt ultra accipere pecuniam, Hebræis, Chæthæis, Sæburgiis, Syris, Arabis: Constituerunt sacerdotes pro non accipere pecuniam à populo.* Neque tamen exempli sunt, quin exacte pecunie rationem redderent, atque in usum templi eam converterent, quam illi usurpaverunt. (Calmet.)

VERS. 7. — QUARE SARTA TECTA NON INSTAURATIS TEMPLI? Dupliciter peccabant sacerdotes, primo, quòd negligentes essent in exigenda pecunia pro censu debita templo, ex lege Exodi 30, v. 12; secundo, quòd eam non in sarta tecta templi, sed in alios se stilande in privatos et profanos usus expendebant. Quare jure cum eis expostulavit rex Joas, eisque locè colligendæ et servandæ pecunie pro templi fabrica officium abstulit, eosque pecuniam in gazophylacium inferre præcepit v. 9.

Ad Imperium regis constitutum est gazophylacium quoddam, quod lib. 2 Paralip. cap. 24, vers. 8, appellatur arca. Illud verò sacerdos Joiada faciendum curavit, eo modo, ut à parte superiori exiguo foramine pateret, per quod interioris inferretur didrachma, ut pecunia illa tuta esset à latronum manibus, et facile eodem pecunia, quod in supellectilem tolli conveniri posset. Quod hoc tempore factum est; nam, ut legitur lib. 2 Paralip. c. 24, v. 14: *Conque complerent omnia opera, detulerunt (sempe sacri ararii custodes) coram rege et Joiadâ reliquam partem pecuniarum, de quâ facta erat vasa templi in ministerium, et ad holocausta: phialas quoque, et cetera vasa aurea et argentea.* Quod verò ad sarta tecto sui reparationem templi pertineret, explicatur lib. v. 15: *Egeruntque hi qui operabantur industria, et obducebant parietum cinctrix per manus eorum, ac miscebant domum Domini in statum pristinum, et firmavit eam stare fecerunt.*

VERS. 15. — VERITATEM NON FERIBAT EX EADÉM PECUNIA HYDRAS (2) TEMPLI, etc. Hæc pecunia ad sarta tecto templi, id est, ad instauranda quæ concusserat hominum violentia.

VERS. 8. — PROHIBITIVÆ SUNT SACERDOTES, non invitati, sed volentes et consentientes. Unde pro. prohibiti sunt, Hebr. עָבָדוּ, id est, concenserunt; volentium, aniverunt. *Gladius, contenti fuerunt;* quia, ut ait Josephus, sciebant multos à populo esse difficiles ad solventem censum, ac neminem libenter argentum erogare.

(Cora. à Lap.)

(1) VERS. 10. — ESTENDIBANT ET NUMERABANT PECUNIAM. Hebræus: *Ligabant et numerabant pecuniam.* Argentum suum in virgas redactum solvebat populus; collectis quoque à virgulis illis fasciculis, ad pondus operum curatoribus dabatur. Agebantur hæc omnia coram scribâ regis et sacerdote pro pontificem destinato.

(Calmet.)

VERS. 11. — DABANT EAM JEREA NUMERUM ATQUE MENSURAM, IN MANU EQUUM, etc. PARERENT. Hebræus: *Dabant pecuniam paratam super mensuram præpositum officium.* Vel ex aliis: *Dabant pecuniam numeratam, obsequium, descripto pondere et æstimatione.* Syriacus et Arabis: *Dabant pecuniam colligatam, obolutam.* Porro pecuniam hanc ab ipso rege et summo sacerdote distributam fuisse, ex Paralipomenis discimus. (Calmet.)

(2) HIRALE. Hebræus: *Scyphi, vel lances, ex argento.*

FUSCILLE. SUNT qui reddant vocem originalem, פְּסִילִים, *castris.* Sed plerique expo-

notum. De sacrificio pro peccato dicitur Levit. 6, v. 26: *Sacerdos, qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi.* Et statim: *Omnia maculae de genere sacerdotali vacentur de carnibus ejus.* De hostiâ pro delicto Lev. 7, v. 6: *Omnia maculae de sacerdotali genere in loco sancto vescatur his carnibus.* Et statim: *Sicut pro peccato offertur hostia, ita et pro delicto; utriusque hostiæ lex una erit; ad sacerdotem, qui eam obtulit, pertinebit.*

Sed quæret hic aliquis, undenam ex Scripturâ constet pro peccato aut delicto offerri debuisse aut potuisse pecuniam. Abulensis, quæst. 15, postquam sententias alias refutasset, ait, de peccato offerri potuisse sacerdoti pecuniam, si contra ipsam sacerdotem aliquid esset admissum, ut si abstulisset quis quod de victimis ad sacerdotem pertineret; tunc enim propter illatum damnum et victimam pro illo peccato, quantum etiam partem insuper in pecuniâ debuit offerre sacerdoti, Levit. 5, vers. 15: *Anima si prævaricans caeremonias perverit in re, quæ Domino sunt sanctificata, peccaverit, offeret pro delicto suo orietem immaculatam de gregibus, qui emi potest duobus siclis, juxta pondus sanctuaris, ipsaque quod intulit donum restituet, et quodam partem ponet supra, tradens sacerdoti.* De delicto verò ait, deberi sacerdoti quantum partem damni illati, quod imprudens aliquis admisit, cum rei ablata aut lese dominus ignoratur. Numer. cap. 5, vers. 6: *Qui per negligentiam transgressus fuerint mandatum Domini, atque deliquerit, confitebitur peccatum suum, et reddent ipsum caput, quantumque partem desuper, ei in quem peccaverit. Sin autem non fuerit, qui recipiat, dabunt Dominus, et erant sacerdotis.*

VERS. 16. — PECUNIAM PRO PECCATIS NON INFEREBANT IN TEMPLUM DOMINI, QUIA SACERDOTUM ERAT. Quid sit peccatum, et quid delictum, disputant scholastici doctores. Mihi in præsentia est satis quod August. docet quæst. 30 in Levit. c. For. tassè, inquit, peccatum est perpetratio mali, et delictum autem desertio boni. Et parò post: *Aliud est declinare à bono, aliud facere malum; et illud delictum, hoc peccatum sit.* Nam et ipsum peccatum quod casus sonat delictum, nisi delictum? Tam verò sacrificium pro delicto quam pro peccato ad sacerdotem pertinere satis est nunt. de musicis instrumentis, veluti de sistris, allicque, qui ex argento vel ære parabantur. Septuaginta reddunt *zocæ, clavos.*

TURIBULA. Hebræus: *זָבִיבִים, quædam, patere; ad litteram, vasa pro libationibus sanguinis vel liquorum in altari vel ad basin altaris.* (Calmet.)

notum. De sacrificio pro peccato dicitur Levit. 6, v. 26: *Sacerdos, qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi.* Et statim: *Omnia maculae de genere sacerdotali vacentur de carnibus ejus.* De hostiâ pro delicto Lev. 7, v. 6: *Omnia maculae de sacerdotali genere in loco sancto vescatur his carnibus.* Et statim: *Sicut pro peccato offertur hostia, ita et pro delicto; utriusque hostiæ lex una erit; ad sacerdotem, qui eam obtulit, pertinebit.*

Sed quæret hic aliquis, undenam ex Scripturâ constet pro peccato aut delicto offerri debuisse aut potuisse pecuniam. Abulensis, quæst. 15, postquam sententias alias refutasset, ait, de peccato offerri potuisse sacerdoti pecuniam, si contra ipsam sacerdotem aliquid esset admissum, ut si abstulisset quis quod de victimis ad sacerdotem pertineret; tunc enim propter illatum damnum et victimam pro illo peccato, quantum etiam partem insuper in pecuniâ debuit offerre sacerdoti, Levit. 5, vers. 15: *Anima si prævaricans caeremonias perverit in re, quæ Domino sunt sanctificata, peccaverit, offeret pro delicto suo orietem immaculatam de gregibus, qui emi potest duobus siclis, juxta pondus sanctuaris, ipsaque quod intulit donum restituet, et quodam partem ponet supra, tradens sacerdoti.* De delicto verò ait, deberi sacerdoti quantum partem damni illati, quod imprudens aliquis admisit, cum rei ablata aut lese dominus ignoratur. Numer. cap. 5, vers. 6: *Qui per negligentiam transgressus fuerint mandatum Domini, atque deliquerit, confitebitur peccatum suum, et reddent ipsum caput, quantumque partem desuper, ei in quem peccaverit. Sin autem non fuerit, qui recipiat, dabunt Dominus, et erant sacerdotis.*

Placet quidem Abulensis sententia; addam tamen ego aliquid, ut opinor, non abs re; sed primum observo probabile videri non semper ad his, qui expiari volunt à peccato, seu delicto, offerri ad templum victimas, sed nonnquam, idque non infrequenter, præberi pecunias quibus à sacerdotibus emantur, juxta legis præscriptum. Qui verò nobiles sunt, aut leges, non ita parcè numerant pecunias, ut non addant aliquid, imò et sæpè multum, supra legitimum pretium. Illud verò quicquid est, ad sacerdotum spectat usus, quia ad victimam confertur pro peccato, quæ tota pertinet ad sacerdotem. Quod autem pro victimis aliquid offerantur pecunias, quod omninò perinde est, docent aliquorum exempla, qui cum victimas commodè non possent, pro

Ex hæc victoriâ id peccit homini impio, et plus satis suis viribus atque industrie tributum, ut idolorum monstra, quæ coluerant Idumæi, et ipse coleret, et populo suo adoranda proponeret, quæ si illorum beneficio victoriâ illam obtinisset quæ ipsius animam tam insipienter et vehementer inflaverat. Ita aperte lib. 2 Paralip. c. 25, vers. 44: *Amasias non post eum in Idumæorum, et ultionem dece filiorum Seir (hic est Edom, seu Esau) stantibus in deo sibi; et adorabat eos, et illis addebat incensum.* Quâ in re parentis sui Joas vitam quamdam imaginem expressit. Ut enim ille plus in regni principio fuit, deinde idolorum non solum cultor, sed etiam patronus, et quodammodo antistes, ut habemus lib. 2 Paralip. c. 24, v. 12, sic etiam Amasias, cum prius pietatem coleret, et propheta verbes obsequeretur non gravitate, ad extremum à verâ religione, et à bonâ mente transiit, Idumæorum sacra complexus est. Deinde statim addit à Domino graviter in Amasiam offensionem missum esse prophetam qui regis tam impij scelus exprobraret. Cui rex jam alius à seipso molestum consiliarium vocat, monente ne vtiliteris proreliator exprobrando, et si oblitus esse pergat, moctem minatur. Cui propheta discedens ait, à Domino severo vindicta decretam esse mortem, et quia tam impij admisisset facinus, et prophetam ab ipso legatum, tam superbe, atque ignominiosè repulisset.

VERS. 8. — Tunc misit Amasias sumptos ad Joas, etc. Vixit, et videlicet nos (1). Augusti est

(1) *Ator Amasias envoya des ambassadeurs vers Joas, roi d'Israël.* Il paraît qu'Amasias, ennemi de l'heureux succès de ses armes dans la guerre qu'il avait faite contre les Iduméens, au lieu d'en donner la gloire au Dieu d'Israël, se l'attribua à lui-même, et commença à regarder les autres princes avec mépris. Il s'aban-

et infirmi animi, si quid ex voto à bonâ fortunâ contingat, efferrî immoderatè, atque ita sibi in posterum secundâ promittere, ut nihil sibi adversi metuendum putet. Eos verò quod

domna d'abord à l'impïété, et sans faire réflexion que les dieux des Iduméens ne les avaient pu sauver, comme le prophète le lui reprocha, il tomba dans le même aveuglement que saint Augustin reprocha depuis aux Romains, de reconnaître et d'adorer pour ses dieux ceux qui venaient d'être en quelque façon vaincus avec les peuples qui les adoraient. Cette impïété le rendit ensuite sourd aux remontrances du prophète, et tombant d'un précipice en un autre, non seulement il menaça de tuer celui qui lui parlait de la part de Dieu, mais, par un effet dominant de l'orgueil dont il était possédé, il fit sans raison un défi public au roi d'Israël, voulant le combattre, et ne croyant pas que nul homme pût lui résister. Telles est la folie de l'orgueil humain, qui porte ceux qu'il possède, à ne plus envisager ni Dieu, ni eux-mêmes, à perdre de vue le néant de la créature, et la puissance infinie du Créateur, et à se précipiter par leur propre volonté dans leur perte, lorsqu'ils ne pensent qu'à faire périr les autres. La réponse que Joas, roi d'Israël, fit à Amasias, était encore plus remplie d'orgueil que la députation d'Amasias. Car, dans cette parabole où figure dont il se servit, selon la coutume assez ordinaire des Hébreux, pour répondre à un défi public qu'il lui avait fait, et le détourner en même temps d'une entreprise également téméraire et inutile. Il se comparait, dit un ancien Père, à un cèdre du Liban, c'est-à-dire, à l'arbre le plus élevé et le plus superbe, et Amasias à un chardon c'est-à-dire, à une des herbes les plus méprisables, et qui était tout-à-fait indigne d'être comparée à un cèdre. Dieu se sert ainsi de l'orgueil d'un prince pour punir l'orgueil d'un autre prince, les condamnant néanmoins tous deux comme des objets de sa colère, et ne pouvant selon la parole du plus humble de tous les rois, regarder que ceux qui sont humbles et abaissés devant lui, *quoniam humilia respicit, et alta à longè composcit.* Ce qu'il y a d'étonnant encore dans cette histoire, c'est que le roi d'Israël, ayant fait tout son possible pour détourner ce roi de Juda de le venir attaquer sans aucun sujet, et agissant en cela avec toute la prudence d'un grand prince, qui cherche plutôt à donner la paix à son peuple, et à vivre en paix avec ses voisins, qu'à se signaler par des victoires dont il se tient assuré, Amasias, sans rien écouter, et sans suivre d'autre mouvement que celui de sa fierté, le força d'en venir à un combat qui devait être la ruine de sa fortune et de son royaume; tant il est vrai que l'homme livré par l'orgueil à l'aveuglement de son cœur, n'est plus capable que de se perdre lui-même par un effet de cette folie et de cette frénésie volontaire, dans laquelle il s'est engagé, qui le rend en apparence plus fort que les autres, mais d'une force, comme dit admirablement saint Augustin, qui vient de la violence de sa maladie, et non de la santé de son corps. *Illic viderit quom fortis sua immoialitate febris, non firmitate sanitatis.* Il n'est rien, dit-il, de plus

tali sent animo, secundæ res non modò insolentes, sed etiam fatuos et insipientes reddunt. Hæc autem vesania tum in aliis studiis atque consiliis perniciosus est, tum in rebus bellicis perniciosissima. Quâ de re gravissima sunt non apud profanos solum, sed etiam apud sacros documenta. Tu plura invenies, quia obvia sunt. De Catone apud Gellium hoc lib. 7, c. 3: « Scio, inquit, solere perisque hominibus secundis, atque prolixis, atque prosperis animum excellentem, atque superbiam, atque ferocitatem augescere, atque crescere, quod nunc mihi magnæ curæ est, quod hæc res tam secundè processerit, ne quid in consulendo adversi adveniat, quod nostras secundas res confricat, neve hæc lætitia nimis luxuriosè eveniat. Adversæ res se domant, et docent quid opus sit facti; secundæ res lætitiâ transversum tendere et solent à rectè consulendo atque intelligendo. Quo majori opere dico, suadoque uti hæc res aliquot dies proferantur, dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus. » Item penè apud Livium lib. 45, Paulus consul: « In secundis, inquit, rebus, nihil quæquam superbi ac violentè consilere decet, nec presentî credere fortunæ, cum, quid vesper ferat, incertum sit. Is demum vir erit, cujus animum nec prospera statu suo efferent, nec adversa infringent. » Quod optimâ similitudine explicat Plutarchus in vitâ Luculli: « Non est, inquit, multorum vim ferre, neque vulgaris animi in magnis successibus non exire de potestate. » Exierat planè novâ victoriâ temulentus de potestate suâ rex Amasias, et, ut ebrius solet, fingebat sibi successus novos, et victorias majores, quas sic certâ expectatione devorârat, ut hostem otiosum, et illo longè eo tempore potentiorè ultrâ læcesseret; id enim valet illud: *Veni, et videamus nos.* In quo neque vicissè voluit illatas injurias, neque bello repetere quod foret ablatum, sed tantum experiri quantum viribus posset, et militari scientiâ, quæ in se omnia summa esse sibi persuaserat, ex quo Idumæorum colla ferro domgit.

Veni, et videamus nos. Ludere in theatris ostentandi roboris gratiâ consuevit pugna,

fort que ces malades. Ils sont plus forts que les sains mêmes. Mais plus leurs forces sont grandes, plus leur mort est proche. *Freneticus nihil fortius; valentiores sunt sanis; sed quanto majora vires, tantò mora vicinior.* (Sacy.)

qualem inveniunt gladiatores et athletæ, et qualem inuisse videntur robusti illi adolescentes, qui ex exercitu Joab et Abner in certamen prodierunt, lib. 2 Reg. c. 2, quorum pugna Judas appellatur. Sic enim libi Abner v. 44: *Surgant pueri, et ludent coram nobis.* Id omnino voluit Amasias, cum ad certamen evocavit regem Israel, ut ex majore hoste superato, illustrius sibi nomen compararet. Quod ex eo liquet, quia si aliquid aliud ex eo congressu sibi proposuisset Amasias, securum potius et imparatum aggregederet regem Israel quam admonitum prius, et quasi ex conducto evocatum in stadium. Hoc enim valet, *videamus nos.* Quem dicendi modum in læcessendo pato Hebræis esse familiarem. Sic sanè loquitur Hispanus: *Veamos nos en tal lugar;* deinde, quia hoc aperte intellexit Joas, cum Amasias respondit, ut suas vires expenderet quæ infirmiores erant, quam quæ possent belli, ad quod provocabat hostem, pondus sustinere. Id enim valet parabola cedri et cardui, de qua mox; quam his verbis explicuit Joas: *Percussit imbutiasti super Edom, et subvertisti cor tuum in superbiam; contentus esto gloriâ, et sede in domo tuâ.* Lib. 2 Paralip. c. 25, v. 16, paulo aliter: *Dixisti: Percussit Edom, et idcirco erigitur cor tuum in superbiam.* Quare amicè et humaniter admonet, ut minus de se magnificè sentiat, et quædam licet otio fruatur et pace, neque hostem suscitè quiescentem, neque sibi ac populo orfidiator malum.

Hæc mihi visa sunt non improbabilia, sed placet magis quod Josephus putat lib. 9 Ant. cap. 10, cui subscribit Abulens. q. 10, et Histior. Scholast. Dicit enim voluisse Amasiam, cum plurimum armis se posse confidere, decem tribus, quæ à parentum suorum Davidis ac Salomonis dominatu defecerant, imperio suo rursus adjungere. Quâ de re conventum voluit Joas, illumque ad se venisse jussit, ut de re tantâ opportuno loco ac tempore transigeret. Quod fuit verisimile, quia non videbatur rex coacto concilio de vanâ virum ostentatione deliberaturus, in quâ nihil videbatur agi, quod foret ad usum communem. At natum eâ de re deliberasse ex eo constat, quia c. 25 2 Paralip. v. 17, dicitur: *Amasias rex Juda, inito pessimo consilio, misit ad Joas, etc.*

VERS. 9. — CAMPUS LIBANI MISIT AD CEDRUM. Hæc Hebræorum videtur esse parœmia, seu apologus, quo inequalitas significatur eorum quorum dissimilimum est ingenium, potestas et mores; quorum amicitia stabilis esse



VERS. 18. — RELIQUA AUTEM SEMINUM AMASIAE, NONNE SCRIPTA SUNT, etc. Non longe post hanc viciorum decessit Joas rex Israel, cui superstes fuit Amasias, annis quindecim. Quo tempore illum aliqua, eaque non pauca gessisse, indicant verba nuper posita; quae talia videntur fuisse, qualia expectari poterant ab illo qui veram et patriam religionem curasset, et amplexus esset falsam atque gentiliticam. Alioqui non fuisset contra illum Hierosolymae facta conjoratio, neque ipse compulsus esset ex urbe excedere fugiendo in Lachis, in qua tamen effugere non potuit exitium, quod docere voluit. Eo enim convolarunt, qui in illius caput conspirarant, ac tandem ferro confecerunt, unde relatus est Hierosolymam, et ibi in civitate Davidis in paterno sepulchro tumulatus. Rationem quae conjurationem illam excitavit, hanc putat esse Lira, quia graviter dolabant Solymitanis cives propter regis superbiam omnino fatuam suam sibi civitatem, quam amantissimum plurimum, deformatam esse, spoliata videlicet maximis ornamentis atque utriusque templi, compulsum templum, nudatum à munitioe civitatem, abactos obsides, de hinc civitatem provinciarum principem quodammodo factam sub tributo. Haec igitur consideratio adegit cives patriae amantes, ut tot malorum penes ab illo expetere, cuius etiam exortum videbant, et ab antiquo munimento nudatam civitatem.

Hic nobis explorandum est, quod dicitur male torsit doctorum hominum et sanctorum ingenia, neque dum res ita est expedita, ut non aliquid praeterquam requirat curiosus lector, in quo possit acquiescere, quod cum non inveniat, suo jure à sacrarum litterarum interprete studium exigit et laborem, ut si quam inventio locum possit, illam praefert hinc obscurissimo et difficillimo loco. Primum observant omnes penè, quotquot in Matthaeum scholis, aut commentarios ediderunt, in hac generationum serie tres à Matthaeo omissos esse reges, quorum vitam et gesta nuper exposuimus, nempe Ochoziam filium Joram, et hujus filium Joas, ac tandem Amasiam, de quo proxime. Deinde observant Oziam dici ab Evangelista genitum à Joram, cum tamen, ut ex hoc constat capite, et 2 Paralip. cap. 2, v. 1; et lib. 4, c. 5, v. 12, genitus dicatur ab Amasia. Porro qui Ozias vocatur hic et apud Matthaeum, idem aliis locis vocatur Azarias. De Jechoniâ et fratribus, quindecim annis, uti habetur 2 Paral. 25, v. 25. (Corn. à Lsp.)

qui orti dicuntur à Josiâ in transmigratione Babylonis, alia quaestio est, quae etiam à nobis necessario expedienda est, cum ex his salubris emergerimus.

Quod ad priorem questionem pertinet, plerique cum Hieronymo sentiant Matthaeum in tres tessardecades omnes generationes ab Abrahamo ad Christum includere voluisse, et cum illa partito non caperet omnes, omisisse tres reges; neque cur id faceret, de hisse causam, quia se Jezabelis impiissimae feminae sanguini miscuerunt. Sic autem ibi Hieronymus: « Ceteris quod secundam fidem historiae tres reges in medio fuerint, quos hic Evangelista praetermisit, Joram quippe non genuit Oziam, sed Ochoziam, et reliquos, quos enumeramus; verum quia Evangelista propositum erat tres tessardecades in universo temporum statu ponere, et Joram generi se miscuerat impiissimae Jezabel, ideoque usque ad tertiam generationem ejus memoria tollitur, cum in sanctae nativitate ordine ponetur. » Cum Hieronymo sentiant plures alii, S. Thom., Janensius, c. 6 Concord., Mariana, Barradas tom. 5, c. 12; et quoad tessardecades Salmeron tom. 2, tract. 27; Abulensis, q. 17, quoad trium regum peccata Iulianus, omnes in cap. 4 Matth. Dicunt autem horum aliqui, ideo tres hosce reges fuisse omissos, quia propositi fuerant ex semine Achab, cui Deus per Eliam comminatus fuerat, 5 Reg. c. 21, v. 21, se universam illius domum funditus deleturum. Universa porro domus tunc deleta dici potuit, cum ad quartam generationem eversa aut obscurata est. Et sanè parentum peccata ad quartam usque generationem puniri solent. Sic sanè Deus Exod. c. 20, v. 5: *Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans impietatem patrum in filios in tertium et quartam generationem.* Et sicut propter zelum et obedientiam quâ Jehu delevit domum Achab, usque ad generationem quartam, ex illius genere reges esse voluit in Israel; sic è contra propter scelus Achab tres generationes Deus ex catalogo regum Judae, et ex genealogia Christi expunctas esse voluit.

Rupertus lib. 1 in Matth. c. 4, ideo tres hosce reges ex linea hac nobilissimam excidisse putat, quia prophetae Domini audire noluerunt. Joas etenim Zachariam occidit filium Joadae, 2 Paral. c. 24, et Amasias, c. 25, prophetam alium propositi capitis periculo siter fecit. Alii ex Philonis Breviario temporum, in Ochoziâ praecisam esse dicunt Salomonis lineam, et quotquot

deinde successere, filios esse Nathan. Philonen sententi sunt è junioribus multi, in quibus est Joannes Ananus, et Joannes Lucidus. Philo tamen ille suppositus esse creditur ab Anno: certè illius fides levisima est. Isae dux expeditiones curioso lectori non satisfaciunt, nam neque soli reges illi audire noluerunt prophetae, aut etiam occiderunt, cum à Manasse dissectus serrâ tradatur Isaias, et alii prophetae ab aliis regibus minis fuerint à prophetae deteriti, qui tamen in hac regiâ serie locum habent. Neque praeterea omnes qui omissi fuerunt, aliquid contra Domini prophetae ausi sunt. Quid enim Ochozias unquam in prophetas? Illud de stirpe Salomonis in Ochoziâ praecisâ refutant multi, Camus lib. 11 de Locis, et Salmeron lib. 2, tract. 27.

Ratio prima quae Hieronymo placuit, quamque frequenter alii complexi sunt, non omnibus satis videtur soluta. Primum, quia si propter peccata, aut propter genus cum Achab et Jezabele commune è Christi genealogia tres illi reges exciderunt, eradi etiam debuere complures, qui multo magis aut coluerunt Idola, aut seipsos peccatis contaminarunt. Sanè Joram Ochoziâ pater nihilò magis pius fuit quam quilibet eorum qui omissi sunt, de quo supra, cap. 3, v. 18, dicitur: *Ambulavit in viâ regum Israel, sicut ambulavit domus Achab: filia enim Achab erat uxor ejus.* Quòd si generi Jezabelis se admisisse illius ignominiae causa fuit, multo severius puniri debuit rex Joram, qui filium Jezabelis Athaliam duxit uxorem, imò et pater illius Josaphat, qui illius connubialis vinculi auctor fuit, de quo lib. 2 Par. 18, v. 1: *Affinitate conjunctus est Achab.* Quare haec ratio parum videtur esse firma, quam non probat Maldonatus super c. 3 Matth., et Salmeron, supra.

Neque praeterea satisfacti, quod cum Hieronymo sentiant aliqui non parvi, sublatis esse reges illos, quia in tres tessardecades cogi non poterant, in quas fuerat Evangelista partitus Christi generationes. Quid enim in tessardecade mysterii tantum est, ut propter hunc numerum à Christi stirpe expungi debuissent quos fuisse constat Christi progenitores? Aut cur Evangelista accommodare potius debuit ad numeros ante mente conceptos, generationes ex quibus Christus secundum carnem genus derivat suum, quam contra numeros illos ad generationes, ex quibus probare voluit Christum natales? Potuisset melius, si in tres partes par-

tiri voluisset Christi generationes, non tessardecades, sed pentadecades, constituere, ne qua generatio refundaret. Quare haec ratio valde infirma est. Quòd si quid solutiones hae dux habent ponderis, magis est ab auctorum gravitate et numero, quam à rationum momento.

Ego quid hic afferam oportunitum, nihil habeo, in quo mihi ipsi satisfaciâ; cupio tamen ab aliis aliquid afferri, quod nodum expedit, et ita satisfaciât curiosorum hominum studio, ut nihil praeterea desideret; quod lubens accipiam gratumque. Cogitabam tamen solutionem illam, quae minis mihi videbatur difficilis; quam ita proponam, ut nihil affirmem, sed lectorem pro ac docto expendendam ac judicandam relinquam. Primum aggrediar, nonnulla mihi praemittenda sunt, quae me in eam cogitationem induxerunt, quae etiam ab aliis explorari atque censerî studeo, quia non tantum ingenio meo atque labori arrego ut aliorum iudicium, censuramque detrectem.

Primum est, in Bibliis vulgaris, et fuisse multa, et nunc etiam esse non pauca, quae scriptorum ac librorum incuria sensim irrepserunt, quae mutata sunt et correctâ à Sixto, et multa etiam relictâ, quae tunc mutata videntur, consulto tamen relictâ. Sic enim habemus in quadam praefatione ad sacra Biblia maximorum pontificum imperio correctâ: « In hac hâc, inquit, pervulgatâ lectione, sicut nonnulla consulto mutata, ita etiam alia, quae emutanda videbantur, consulto immutata et relictâ sunt: tum quòd ita faciendum esse, ad offensionem populorum vitandam, sanctus Hieronymus non semel admonuit; tum, quod facile fieri posse credendum est, ut majores nostri, qui ex Hebraeis et Graecis Latina fecerunt, copiam meliorum et emendatiorum librorum habuerint, quam hi qui post illorum exitum ad nos pervenerunt, qui fortissè tam longo tempore identidem describendo minis puritatque integri evaserunt. » Ex quibus verbis habemus duo, et adhuc suppressæ aliqua, quae mutanda videbantur, quae tamen, ut Hieronymus admonuit, ad evitandum populi offensionem mutata non sunt; et quòd incuria describentium minis essent puri atque integri sacri codices, id quòd ad nostram cogitationem plurimum facit. Sanè Hieronymus in Scripturâ sacrâ, quam nunc etiam habemus, librorum incuriam deprehendit, ut Isai, c. 52, de quo statim, et Matth. c. 4, cum ageret de Jechoniâ, qui in Christi genealogia ponitur.

Secundò observo descripiiores librorum, vobis agendum est, cum de Josâ et illius filiis in hac ipsâ Servatoris prosopâ instituetur sermo.

Tertio observandum, quando numerus naturâ suâ perfectus est, ut in decades, hecatodadas, chiliadas, aut miriadas complet, seu hominum electione atque instituto, ut si magnus aliquis numerus in quodâdas, ennedas, pentadecades, et sicut hoc in loco tessaradecades distribuatur, rationem non haberi illius numeri, qui parum aut excedit numerum perfectum, aut ab illo deficit. Genes. c. 55, v. 26, duodecim numerantur filii Jacob, et in his Benjamin, et hi omnes nati dicuntur in Mesopotamia, cum tamen constet Benjamin natum in Ephraim. Sicut duodecim filii Jacob, qui numerus propter illustres illos patriarchas perfectus erat, nati dicuntur in Mesopotamia, licet undecim nati tantum ibi; sic etiam quia idem numerus in Apostolis illustris erat, licet ex illo numero excedisset Judas, et tantum essent undecim usque ad electionem Matthiæ, id est, usque ad Christi Ascensionem, tamen duodecim numerantur, quia unus tantum ab illo perfecto numero defecerat. Ita August. tom. 4, lib. 1, Quæst. in Genes. quæst. 117: *Ubi pars, inquit, major est, aut potior, solet ejus nomine etiam illud comprehendî, quod ad ipsum nomen non pertinet, sicut ad duodecim Apostolos jam non pertinebat Judas, qui etiam mortuus fuit, eum Dominus resurrexit et nomen Apostolus in Epistola suâ tenuit, ubi est cum apparuisse illis duodecim.* Plura exempla inveniet attentus lector in Scripturâ sacrâ; tu vide plura apud Salmeronem prolog. 11, quinque, 5, regul. 4. Sicut duodenarius numerus propter duodecim Apostolos in Testamento novo perfectus est, sic etiam tessaradecades, quia in tessaradecades Evangelistæ voluit tres status Israeliticæ republicæ patrii, perfectus existimatur numerus. Alque idem non admodum laborandum, sive ex tessaradecades natus defecerit, sive excedat numerus. Adhuc autem Evangelistæ quaterdenas, in quas tempora Juliiem atque Patriarcharum, deinde Regum, postea eorum qui, exactis Regibus, in transmigratione, et post illam Christi prosopiam propagarunt, digereret, non quia omninò qualibet quatuordecim contineret generationes, sed quia nulla commodior excogitari paratio poterat, quæ singularum ætatum seu tractuum posset generationes magis equali

cium fuerant, prætermisit. De hoc iterum nobis agendum est, cum de Josâ et illius filiis in hac ipsâ Servatoris prosopâ instituetur sermo.

Secundò observo descripiiores librorum, vobis agendum est, cum de Josâ et illius filiis in hac ipsâ Servatoris prosopâ instituetur sermo.

Tertio observandum, quando numerus naturâ suâ perfectus est, ut in decades, hecatodadas, chiliadas, aut miriadas complet, seu hominum electione atque instituto, ut si magnus aliquis numerus in quodâdas, ennedas, pentadecades, et sicut hoc in loco tessaradecades distribuatur, rationem non haberi illius numeri, qui parum aut excedit numerum perfectum, aut ab illo deficit. Genes. c. 55, v. 26, duodecim numerantur filii Jacob, et in his Benjamin, et hi omnes nati dicuntur in Mesopotamia, cum tamen constet Benjamin natum in Ephraim. Sicut duodecim filii Jacob, qui numerus propter illustres illos patriarchas perfectus erat, nati dicuntur in Mesopotamia, licet undecim nati tantum ibi; sic etiam quia idem numerus in Apostolis illustris erat, licet ex illo numero excedisset Judas, et tantum essent undecim usque ad electionem Matthiæ, id est, usque ad Christi Ascensionem, tamen duodecim numerantur, quia unus tantum ab illo perfecto numero defecerat. Ita August. tom. 4, lib. 1, Quæst. in Genes. quæst. 117: *Ubi pars, inquit, major est, aut potior, solet ejus nomine etiam illud comprehendî, quod ad ipsum nomen non pertinet, sicut ad duodecim Apostolos jam non pertinebat Judas, qui etiam mortuus fuit, eum Dominus resurrexit et nomen Apostolus in Epistola suâ tenuit, ubi est cum apparuisse illis duodecim.* Plura exempla inveniet attentus lector in Scripturâ sacrâ; tu vide plura apud Salmeronem prolog. 11, quinque, 5, regul. 4. Sicut duodenarius numerus propter duodecim Apostolos in Testamento novo perfectus est, sic etiam tessaradecades, quia in tessaradecades Evangelistæ voluit tres status Israeliticæ republicæ patrii, perfectus existimatur numerus. Alque idem non admodum laborandum, sive ex tessaradecades natus defecerit, sive excedat numerus. Adhuc autem Evangelistæ quaterdenas, in quas tempora Juliiem atque Patriarcharum, deinde Regum, postea eorum qui, exactis Regibus, in transmigratione, et post illam Christi prosopiam propagarunt, digereret, non quia omninò qualibet quatuordecim contineret generationes, sed quia nulla commodior excogitari paratio poterat, quæ singularum ætatum seu tractuum posset generationes magis equali

numero dispensare. Hispanus per duodenas, alii per quindenas multitudines dividunt, neque in numerando curant an exiguus numerus, aut non impleat, aut superet duodenas, quindenave. Neque ubique gentium vulgaris est quotidiana numerandi ratio exiguum curat numerum, nominato perfecto. Quis unquam dixit habitari civitatem à mille et decem viris, aut in acie occidisse quater mille et viginti milites? satis enim habent numeros adhibuisse perfectos, in quibus communiter intelligitur, aut addendum, aut deducendum aliquid.

Quod de numero perfecto dicimus, id etiam de nobili aliquo loco, aut insigni tempore dicendum est: id enim in aliquo loco fieri dicitur, quod non longè ab illo factum est. Quo modo Christus dicitur occisus Hierosolymis, cum tamen extra illam crucifixus sit. Sic enim Christus, cum de sua morte ageret, Lucæ 13, dixit: *Non capiti prophetam perire extra Jerusalem.* Et Joan. 4, baptizasse dicitur Joannes in Bethaniam, quia propè Bethaniam baptizabat. Idem etiam dicendum de tempore illustri ac noto. Quo modo multa facta narrantur, quando egressi sunt filii Israel de Ægypto, cum tamen nonnulla longinquè post illud tempus facta fuerint, aut sæculum mare, Josue 2; occurrisse Moab Israelitis, Deut. 25, datam manna, Exod. 16; acceptam legem in monte Sina, Deut. 4, Levit. 26, 2 Reg. 8, v. 9; *In arcæ autem non erat aliud nisi hæc tabula lapidea, quæ voverat in eâ Moyses, in Horis, quando pepigit Dominus factus cum filiis Israel, cum egredierentur de terrâ Ægypti.*

Quarto observandum majores posterorum snorum, quantumcumque è stirpe remotos, patres appellari, quomodo Israelitæ patrem suum appellant Abraham et Jacob; et eodem modo idem genuisse dici possunt, posteris, etiam eos qui multis post sæculis patriarchas illos consecuti sunt. Alque idè abavus Joram, et Josias avus, generatione mediâ, optimè et ex usu Scripturæ genuisse dici possunt, ille Osim abnepotem, hic nepotem Jeconiam. Veruntamen, quia in longâ illâ progenitorum serâ immediatè ponuntur generationes, non est verisimile duobus tantum locis, perpetuum illum ordinem esse interruptum, maximè cum nulla gravis appareat ratio, quæ institutum loquendi modum deserere compellat. Atque idè verisimile est in tot immediatis generationibus generationem nullam esse mediatam.

Accedo jam tandem ad illam cogitationem quæ mihi non videbatur esse difficilis; putabam enim tres hosce reges, qui sine dubio Christi fuere progenitores, ab Evangelistis non fuisse prætermisissos; neque rationem inveniebam ullam gravem, cur omitti debuissent. Non quidem, ut nos referamus supra, quia peccatores essent et idololatæ, quia alii fuerunt istis nihilò meliores, et tamen à Christi progenitorum catalogo expuncti non sunt, non quia propositas ab Evangelistâ tessaradecades generationum numerus excederet, si tres isti cum aliis in numerum venirent Christi parentum; quia ratio hæc levisissima est, ut supra probavimus; neque si quis esset error, qui sanè nullus est, minor esset à deficiente numero, qui non complet, quàm ab excedente, qui tessaradecades non explet; si enim quatuor adimas, qui videntur omitti, tres desiderantur generationes; ut totidem tessaradecades explerentur; quod si illas addas, quas sublatas vides, una tantum redundat generatio, imò fortissè ad unam adæquat tres quaterdenas, ut suo loco probare tentabimus.

Quòd autem nullam ab Evangelistâ omissam esse generationem putem, multa persuadent. Primum, quia probare voluit Christum juxta antiquas, neque semel iteratas promissiones, ab Abraham et Davide fuisse prognatum, quod non satis alicui videri posset consecutus, cum in illâ majorum serâ tot essent omitti, quod ignorare eo tempore quo hæc scripta sunt, poterat nemo; cum genus omnium nobilissimum, utpote regum, et in templo atque etiam publicis aliis locis, qui quovis ordine erant essent, è quâlibet familiâ notarentur. Quare notari posset ab his, quorum ætate scriptum fuit Evangelium, Matthæi fides, seu incerta, cum id videretur omissæ, quod ex publicis libris aperte constat. Atque idè laborare posset, eo saltem tempore, Evangelistæ fides, neque spectasse existimaretur in omnibus historiæ veritatem, cum in ipso ingressu in rebus maxime notis videretur, aut errore lapsus, aut artificio et simulatione celasse, quod nullo modo prætermisissum oportuit. Tale potuit esse in malitiosis animis eo tempore judicium, quod omni ratione ab Evangelistâ declinandum fuit.

Quòd verò Hebræi familiarum suarum principes et quasi stirpes, et ex illis diffusas latè prospignes conservaverint, docet apud Eusebium lib. 1 Hist. c. 7, Julius Africanus, qui etiam addit summo studio Herodem Hebræo-

rum genealogias abolendas curasse, ne quisquam illum alienum à Judæorum genere deprehenderet. Quod licet omni studio atque artificio curaret, non tamen est assecutus quod arripserat, quia etiam ex publicis monumentis delere potuerit, si tamen delevit, et ex hominum memoria delere non potuit; nam plurimi generis sui primordia, et majorum suorum monumenta conservabant domi, quæ cognationum ordinem et conjunctionem ostenderent. Quod ita factum esse constat lib. 1. Esdr. c. 2, et lib. 2, c. 7, ubi quidam de sacrodotio dicuntur excidisse, quia genus suum non poterant ostendere, nimirum ex isto templo, et civibus in solum peregrinum abductis, aliqua familiarum monumenta perierant. Ex illis ergo monumentis, sive quæ publicè servabantur in templo, sive quæ privatim domi sumere potuit Evangelista, hanc progenitorum Christi seriem, à quâ tres illi reges non excluderentur, certè exclusi non sunt ex lib. 4. Paral. c. 5, v. 11, ubi illorum nomina expressè leguntur.

Quare quo sic inferrebam, tria illa nomina, quæ descriptoris incurià sublati existimabam: *Joram autem genuit Ochoziam, Ochoziam autem genuit Josias, Josias autem genuit Amasiam, Amasiam autem genuit Oziam*. Quâ interpositione id videtur mihi consecutus, ut plena esset secunda tessaradecades, et ex *Joram* ad *Oziam* nulla esset mediata generatio. Quod ut ita suspicarer hæc me cogitatio non leviter adducebat; videbam enim tres ab Evangelistâ tessaradecades proponi, quæ tria tempora, seu tres status Israeliticæ reipublice distinguerent. Has autem sic patebam, et ab Evangelistâ discretas, et à nobis considerandas, quasi altera alteri connexa non esset, sed tria spacia seorsum à seipso omnino divisæ constituerent. Quare trium tessaradecadem, tria statuebam capita, quæ singularum forent principia, id est, quæ ipsa gignerent, neque tamen ab alio censerentur genita. Prima tessaradecades est ab Abraham usque ad Davidem, nempe generantem, atque iteod ad hanc primam tessaradecadem refero Salomonem à Davide generatum. Si verò Abrahamum tollas, qui tanquam caput non consideratur generatus, et Salomonem huic tessaradecadi adscribas, implebis spatium illud generationibus quatuordecim. Et nihilominus ad Davidem usque dicitur illa quaterdena producta, quia eo loco quasi generans consideratur, et eum generationis termino, nempe Salomonis filio.

Secundæ tessaradecadis caput est Roboam, quia, ut diximus, Salomon illius pater in primam tessaradecadem contribuitur; quod si caput et principium, generans à nobis consideratur, non generatum, sicut prius de Abrahamo dicebamus, ab Abiâ Roboam filio numerandæ sunt generationes quatuordecim. In hanc tessaradecadem tres illi reges incurunt, qui in Christi genealogiâ, sicut illam nunc habemus, non inveniuntur; productur autem usque ad Josiam. Inter Abiam porrò et Josiam, quatuordecim ad unam generationes numerantur. A Josiâ porrò statim transmigratio sequitur, à quâ ad Christum usque quatuordecim generationes deprehendo.

Sei antequam ad tertiam tessaradecadem accedam, repetendum est id quod supra secundâ notatione premisimus, nempe aut repetitâ vocè, aut vocis similitudine descriptorum decipi, ita ut aliquid transillat, quod inter duas voces iteratas aut similes interjectum est, quod ibi accommodatis probavimus exemplis. Cum ergo inter Ochoziam et Oziam maxima sit similitudo, facile decipi descriptor potuit, et conjungere Oziam cum Joram, cum tamen tres reges intercessissent medii. Atque iteod Joram dicitur genuisse Oziam, quod immediatâ et propriâ generatione non potuit, cum tamen Ochoziam genuerit, et hic Josias, et hic Oziam, qui quarto gradu distat à Joram.

In tertâ tessaradecade, aliquid etiam implexum occurrit, in quo Patres et interpretes, tam hic quam apud Matthæum, c. 2, non parùm laborarunt, in quo et nos laboremus oportet, quando postea necessariò de regibus, qui in Christi genealogiâ numerantur, agendum est. In primis illud est difficile, quia Josias genuisse dicitur Jechoniam illum, à quo Salathiel dicitur generatus, cum tamen Jechonias nepos fuerit, non Josias filius. Deinde quia generatus traditur in transmigratone Babylonis, cum multò ante transmigratorem illum decesserit. Hic omnes unum Josiæ filium, aut omissum esse putant, aut certò nominis communitate cum altero filio obscure confusum. Neque enim aliter componi nulla possunt, que non bene cum aliis Scripturæ sacræ locis videntur consentire. Quâ de re eginus in nostris Commentariis super Jeremiam, ex quibus huc nonnulla transferemus.

Est igitur primùm observandum, Josiæ filios (nam excipio Sedeciam, de quo nihil mihi compertum est) commune habuisse Jechonia

nomen. De Joachaz, qui et Sallum, qui proximè in regno successit, tradit Esdras lib. 5, c. 4, qui licet extra canonem sit, non tamen exigue auctoritatis est. Et assumens, inquit, qui erant ex gente, Jechoniam filium Josiæ, constituerunt regem pro Josiâ patre suo, cum esset annorum triginta trium; et regnavit super Israel mensibus tribus; et morit eum rex Ægypti, ne regnaret in Hierosolymis... Et continuit rex Ægypti Joacim fratrem ejus regem Judæ. Hæc omnia dicta sunt de Joachaz à Reg. 25, et 2 Paral. c. 36. Quòd verò qui dictus est Heliacim seu Josacim, appellatus quoque fuerit Jechonias, licet nihil habeamus ex Scripturâ certum (nisi aliquid ad hæc conferre existimus, locum istum Matthæi, in quo nunc extricando versamur) dicunt tamen à Patribus et interpretibus non pauci. Hieronymus in hunc locum Matthæi duos Jechonias agnoscit, patrem et filium, et hoc loco putat intervenire à descriptore vitium. Ambrosius lib. 5 in Lucam ad hunc. Idem sentit Epiphanius in hæresi Epicuræorum, ad finem. Ita Chronicon Alexandrinum, in quo Joacim pater, sicut Jechonias filius, sæpè vocatur Jechonias. Ita Abulensis, et Gasenius, et Mariana, in c. 4 Matth. ; Garcia Golerza lib. 8, c. 3; deinde Joacim Jechoniae filius, Jechonias quoque vocatus est, ut docet aperte hic Matthæi locus, qui Salathielem aperte dicit à Jechoniâ fuisse generatum, et Jeronimus c. 22: *Si fuerit Jechonias filius Joacim regis Judæ annatus in manu meâ*.

Multi hic in tertâ tessaradecade unam desiderant generationem, nimirum Joacim, quem etiam Jechoniam appellari diximus, et variis adducunt rationes. Quidam putant in nomine Jechoniae duos Jechonias esse comprehensos, quia utriusque commune nomen erat. Epiphanius et Hieronymus, et Ambrosius supra, quibus è recentioribus nonnulli subscribunt, corruptum esse putant locum, et descriptorem duorum nominum similitudine fuisse deceptum, quod non raro in Scripturâ sacrâ contigisse supra notatione secundâ probavimus. Epiphanius quidem sic explorat, et fortassè invenit descriptoris aut inertiæ incuriam, aut nimiam audaciam: *Aliqui, inquit, Jechoniam cum alio Jechoniâ reperientes, nuncrum duplicatam esse putaverunt. Non erat autem duplicatio, sed numerus clarus; ex nomine enim patris filius nominatus est Jechonias, Jechoniae itaque detracto proprietatis studio uno nomine ex ignorantia huc*

*delati defectuosum fecerunt propositam argumentum, & etc.*

Mihi hæc in re displicebat minùs, quod in Commentariis super Jeremiam ad caput primum in principio olim suspicabar, nomen Joacim, quem Jechoniam quoque vocari diximus, propter Jechoniae filii nomen, quod erat illi proximum, fuisse preteritum. Tunc autem suspicabar fuisse in hunc modum ab Evangelistâ nomina disposita: *Josias autem genuit Jechoniam et fratres ejus. Jechonias autem genuit Jechoniam in transmigratone Babylonis; et post transmigratorem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel, etc.*

Hæc autem cogitatio tria summovet, quæ gravissimam censeri debent incommoda. Primum, quia Isais reverè non genuit neque gignere potuit Jechoniam illum, qui neque in Babylone Salathielem, quia Jechonias ille nepos fuit, et multis annis natus post Isaiæ mortem. Secundum, quia Josias, neque Joacim, neque ullum alium filium gignere potuit in transmigratone Babylonis, cum ante illam obierit. Sanè constat triginta ferme annis ante inchoatam transmigratorem genitum esse Joacim Jechoniam. Quod ita fit perspicuum: nam Joacim qui statim à patris Josiæ eade regnare cepit, jam vigesimum impleverat statim annum, ut constat lib. 4 Reg. c. 15, v. 56, quibus statim tres annos, quibus in regno fuit antequam rex Babylonis principium faceret transmigratorem, Daniel, c. 1, v. 1, efficitur viginti octo annis ante transmigratorem initium natum esse Joacim. Tertium, quia nisi aliquid corrigas aut mutes, à transmigratone ad Christum non possunt generationes numerari quatuordecim. Quæ tamen omnia, si hoc modo quem diximus, nomina disponas, expeditus est exitus, neque aliquid occurrit, in quo attentè lectoris curiositas offendat.

Nam primùm verum est à Josiâ Jechoniam, Joacim, et fratres illius qui etiam regnaverunt, Josiâ defuncto, fuisse generatos. Verùm à Jechoniâ Joacim, ejus anno tertio transmigratio cepit, in transmigratone Jechoniam alterum susceptum fuisse. Jam verò quomodò tertâ tessaradecades quatuordecim constet generationibus videmus; supra in Josiâ diximus tessaradecadem secundam fuisse initiam, quæ transmigratorem non attingit. Quare necesse est, ut ab illis tertâ tessaradecades incipiat, qui transmigratorem incommoda experti sunt; quorum primus fuit Joacim, quem etiam Jechoniam appellari diximus. Ad hoc

usque ad Christum, si alterum Jechoniam minus numeras, generationes numerantur non minores quatuordecim, et illa omnino incommoda tolluntur, quibus generationis series aut interrupta videbatur aut implexa. Hæc ego meditabar mecum, opiabamque ab aliis aliquid afferri, in quo sic acquiscerem, ut nihil præterea desiderarem. Quod etiam opto, et à mellioribus ingenis expecto. Neque enim ego quæ nunc addoxi, sic probæ, ut nihil in illis omnino satisfaciã: quædam namque durioscula alicui videbantur, ut quod tessaradecimum capita in generationibus numeranda non sint, et nonnulli ad aliquam tessaradecim referantur, quos alii ad alias pertinere putant. Sed si in hæc nostri cogitatione aliqua occurrunt incommoda, multo graviora sunt alia, quæ hæc exponendi ratione declinamus.

Neque puto de exiguo numero, aut commutatione levi nimis esse laborandum, cum facile eorum se nobis offerat prompta solutio à notatione quam supra tertio loco produximus, ubi diximus, quæ proximè distant à perfecto numero, sive id in excessu, sive in defectu contingat, ea comprehendat ac significat numero perfecto; quod idem est dicendum de loco ac tempore, ut eadem notatione diximus. Quale est Jochiam Jechoniam genitum fuisse à Jochim Jechoniam parente in transmigratione Babilonis, cum tamen paulo ante generationem fuerit. Quod ex eo constat, quia Jochim undecim regnavit annos, et cum his à rege Babilonis subjugatus fuisset, primùm tertio anno, ex quo regnare coepit, ut legitur Dan. c. 1; deinde undecimo, quando occisus fuit. Cum illi successit Jochim Jechoniam, decem et octo annos impleverat; quare genitus fuit decem annis, ante transmigrationem inchoatam. Sed quia sub illud tempus transmigrationis coepit, et uterque rex illius detrimenta sustinuit, intransmigratione dicitur fuisse generatus.

Sed dicet aliquis: Si quis hic fuit descriptor error aut incuria, cur nihil mutatum fuit hoc tempore, cum tanto studio Sixti justus sacri codices examinati atque correcti sunt? Huic objectioni satis videtur factum illi præratione quam sacræ, et proximè correctis Bibliis præfixa est, ubi quædam quæ mutanda videbantur, consilio immutata dicuntur esse relicta ad offensionem populorum vitandam. Hæc autem non poterant sine gravi populorum offensione inseri quatuor reges, quorum nomina in Christi genealogia, quæ sæpe

in templis resonat, nunquam essent audita.

Multi de hæc Christi genealogia multa dixerunt quæ nunc referre omnia, neque illi nostri est. neque, animi, neque ut ego opinor, institui. Videatur præter Matthæi interpretes noster Gabriel Vasquez, tom. 2 in 5 p. S. Thom. disp. 137. quæ de re egit accuratissimè et optimè quo tempore per alias occupationes licuit, ne qua temporis, id est, boni domi, particula periret, cujus est parcissimus, D. Franc. de Mendoza Almirantus Aragonie. Quod opus (1) jamdiu pretiit tanti viri monumenta, quod ut in lucem proferat, urgent amici, quorum precibus, ut est ingenio liberali ac miti, non erodo, se prætractat atque inexorabilem præhebit. (2)

(1) Hic fortè designatur Franc. Mendoza Commentarium in libros Regum. (Eboracens.)  
(2) Vers. 19. — FACTA EST CONTRA REU CONSPIRATIO IN JERUSALEM. Sunt qui credant, conjugationem hanc judicium esse ob amissionem ab Amasia præsum, ac eversionem nominum Hierosolymæ. Hinc factum creditur, ut annis duodecim in laculis exulaverit, non ausus post ignominiam ejus prælii Hierosolymam reverti. Sed conjugationem hanc componit Usserius cum supremo anno Amasie. (Calmet.)

Et intraverunt rex. Justum hoc fuit Dei iudicium, ut, sicut Joas pater defectens ad filia vocatus fuit, sicut Amasias filius ejus ad eandem declinans à suis conjugatis naretur, ut patet à Paral. 25. vers. 27. Probabiliter tamen Salianus et alii opinantur quod ante mortem potuisse, et præ in unius veri Dei cultu obisse. (Corn. à Lap.)

Il se fit dans Jérusalem contre Amasia une conjuration qui l'obligea de s'enfuir à Lachis. Mais ils envoyèrent après lui à Lachis, et tu le tuèrent en ce même lieu. Amasias croyait peut-être avoir évité la mort dont le prophète l'avait menacé de la part de Dieu. Et c'est ainsi que les grands pécheurs, après avoir échappé plusieurs dangers, et s'être abandonnés impunément à toutes sortes de crimes, s'imaginent que ex silence de Dieu les met à couvert de tout, et qu'ils n'ont plus rien à craindre. Qui n'aurait cru, en effet, qu'Amasias après avoir recouvré sa liberté et son royaume, n'aurait plus qu'à vivre en paix, et à jouir tranquillement d'une vie qu'il n'eût osé espérer? Mais lorsqu'il ne pense plus à la menace du prophète, lorsqu'il voit le roi d'Israël, qui l'avait si honteusement vaincu, mort avant lui, et lorsqu'après la mort de ce prince, il a encore four de son royaume pendant quinze années, le temps de la patience de Dieu étant passé, il est décevable tout à coup par le poids des services justes, et tué par une conjuration qui se fait contre sa personne. Il est sans doute d'une extrême conséquence de ne pas lire sans réflexion ces sortes d'événements, que l'Esprit de Dieu n'a fait marquer dans ses Ecritures, qu'à fin qu'ils nous fussent comme des leçons vivantes, où nous apprenions à ne point substituer dans notre cœur le culte de quelque

VERS. 21. — TOLIT AUTEM UNIVERSUS POPULUS JUDE AZARIAM. Hic Amasie filius vocatus est etiam Ozias, ut verbis habes expressis lib. 2 Par. c. 26: Omnis autem populus Juda filium ejus Oziam annorum sedecim constituit regem pro Amasie patre suo. Et hoc nomen in Scripturâ sacrâ sæpius auditur. Sub hoc rege aggressi sunt prophete Isaias, ut ipse testatur in principio suæ prophetiæ, qui Amasie regis frater existimatur, ut ex sententiâ Hebræorum refert Hieronymus, et Oseas, Joel, Amos, Jonas, Nahum, eodem teste Hieronymo. Hic porrò Ozias, sive Azarias, licet nondum ætate satis confirmatâ, annos natus sedecim, ubi primùm parentis loco successit est, edificavit Æliath, campum regum Juda ditiori restituit. (1)

VERS. 25. — ANNO QUINTO DECIMO FILII JOAS REGIS JUDA, REGNAVIT JEROBOAM FILIUS JOAS REGIS ISRAEL. Triginta novem annis regnavit Amasias, ut constat supra v. 2, cujus anno decimo quinto Israeliticum imperium inivit Jeroboam filius Joas, qui nihil melior fuit parentibus suis: neque recessit à Jeroboami perididit filii Nabath, qui vitulos aureos et impiam religionem in Israelis terminis invexit. Observare autem oportet, ne nominis tam sæpè repetiti communitas confusionem pariat, duos fuisse reges in Israel, quibus commune nomen Jeroboam, quos parentum nomina distinguunt: alter qui à Davidis familiâ decem separavit tribus, et infelicem populum nefario cultu vitulorum iufecit, qui vocatus est millies filius Nabath; alter nepos Jehu, qui ab altero loco regnavit in Israel, qui à parente vocatur filius Joas.

VERS. 25. — JOSE RESTITUIT TERMINOS ISRAEL AB INTROITU EMATH, USQUE AD MARE SOLITUDINIS. ideale ou de quelque passion secrète, au service du vrai Dieu: à écouter humblement les menaces de ses ministres, lorsqu'ils nous flouent d'une manière ayntageuse pour notre salut; à ne nous point clover, comme fit ce roi, pour quelque avantage que nous ayons eu sur nos ennemis, et enfin à ne nous point endormir par un funeste assoupissement, mais à craindre beaucoup plus la longue patience du Seigneur, lorsqu'il garde le silence, que les changements temporels dont il se sert pour nous réveiller et nous attirer à lui. (Lucey.)

(1) Vers. 22. — JOSE EDIFICAVIT ÆLIATH, ET RESTITUIT CAMPUM JUDE. Idemque omnem subegerat David, et urbem hanc, sicut in situ occidentali maris Rubri, qui de urbis ejusdem nomine apud veteres dicitur Æliathica appellatus est. Post cum victoriam de Idumæis, Amasias subegisse iterum eorum ditium saltu ex parte videtur. Patris sui victorias longius provexit Azarias, qui et prisinum jugum urbi Æliath imposuit. (Calmet.)

Ab illâ parte videntur Syri eripuisse multa, quæ prius obtinere aut obtinere poterant Israelitæ in terrâ Chanaanitide quæ data est à Deo in possessionem Israel. Ab illâ enim parte israelitæ fines Syri contingunt. Est autem Emath pars illa in Libano, per quam Babiloni et Assyrii aditum habent minus impeditum. Quas nos pylas aut fauces appellare possumus. Est autem Emath in tribu Nephtalim, non procul à Damasco, quæ Syriæ caput est. More porrò solitudinis illud est quod aliter Mortuum aut Salsissimum vocatur: in quo sunt civitates illæ, quas antiquissimis sæculis vacante consumpsit incendium, et aqua putentes opplevit.

QUEM LOCUTUS EST PER SERVUM SUEM JONAM FILIUM AMATHI. Multa facta dictaque sunt, quæ tamen scripta non habemus illis in locis, ubi videbantur scribi potuisse commodis, quæ tamen alibi ex occasione ab aliis narrata cognovimus. Non habemus in prophetiâ Jonæ quicquam de hoc Jeroboam: à hic locus est aptus et talibus signatus notis, ut dubitare possit nemo Jeroboam prædictum à Jonâ, restitutum iri veris dominis civitates illas, quæ Syri ab Emath ad Mortuum usque mare eripuisse Israelitæ. Ex hoc autem loco aperte colligitur esse Jonam, Isaiæ, Amos, Oseæ aliisque prophetis, qui sub Ozâ prophetasse narratur. Cur autem Jonam filius dicitur Amathi, diximus in nostris Commentariis super Jonam. De hoc porrò Jonæ ad Jeroboamum vaticinio ita Josephus lib. 9, c. 11: Jeroboam propheta Jonæ prædixit, quod devictis Syris dititionem suam esset amplificaturus, prohis et ejus terminis ad septentrionem usque Amatham urbem: ad meridiem verbò usque ad Asphalitem lacum: his enim olim terminis Chanaanæ terra finiebatur, juxta Josue imperatoris definitioem. Quo oraculo excitatus Jeroboam totos eos tractus adeptus Syris ad ipsum regnum assidit, nihil lallente Josue vaticinio.

VERS. 26. — VIDIT ENIM DOMINUS AFFLICTIONEM ISRAEL AMARIBUS VITIIS, ET QUOD COSSICHTI ESSENT USQUE AD CLAUSOS CARCERES, ET EXTREMOS (1).

(1) Car le Seigneur vit l'affliction d'Israël, qui était souve à son comble. Il vit qu'ils étaient tous couronnés, jusqu'à ceux qui étaient restés dans la prison, et jusqu'aux derniers du peuple, sans qu'il y eût personne qui secourût Israël. Il semble que l'Écriture ait voulu nous rendre la raison pour laquelle Jeroboam devint si puissant et si heureux contre tous ses ennemis. Car c'était un prince impie et très-indigne par lui-même de cette assistance extraordinaire que Dieu lui donna, puisqu'il fit le mal devant le Seigneur,



C. 15, v. 4, eum sepe ac diu à Syris attritus esset Israel, neque ulla sese ostenderet spes salutis ab humana manu, misit Deus salvatorem, qui sic affecti Syros durè, resque turbatas et afflictas Israël ita constituit, ut sicut antea quilibet in tabernaculis suis, et sub vite et ficu sine ullo metu, aut sollicitudine viveret. Illum salvatorem esse dicebamus ipsam Joachaz, qui spiritibus Syrorum insolentes repressit, aut hunc Jeroboamum ipsius nepotem, qui non minus quam avus collapsam excitavit republicam, et ad priorem aut etiam meliorem statum adduxit; quando non solum Israël regnum, sed etiam Juda, à quo pater ipsius

comme elle le dit, et qu'il ne se retire point de tous les pechés de Jeroboam, qui aussi fait pécher Israël. C'est donc comme si le texte sacré ajoutait que ce ne fut pas à cause de lui, mais à cause de la grande affliction d'Israël, qui était venue à son comble, que le Seigneur mit sa puissance entre les mains de ce prince, afin d'abattre l'orgueil des ennemis de son peuple, et les empêcher de se glorifier insolemment de leurs victoires, qu'ils auraient dû rapporter à Dieu, selon que Dieu même le déclare ailleurs: Ne forte superbiunt hostes eorum, et dicent: Manus nostra excelsa, et non Dominus fecit hæc omnia. Cependant il vient dans l'esprit une autre difficulté touchant cette extrême affliction des Israélites, où était alors, selon l'Écriture, à son comble. Car puisque Joas, père de Jeroboam, avait, comme on l'a marqué auparavant, battu par trois fois le roi de Syrie, et rendu à Israël les villes qui lui avaient été prises, comment sous son fils Jeroboam les mêmes Syriens avaient-ils réduit Israël dans la dernière extrémité? On peut dire sur cela que c'était des suites de l'impénitence du peuple de Dieu, marquées prophétiquement et obscurément par cette colère mystérieuse d'Elisée, dont on a parlé auparavant, lorsque Joas, se lassant de frapper la terre avec des bœufs, mérita que ce saint prophète lui prédit qu'il ne serait pas entièrement victorieux du roi de Syrie. Ainsi les Syriens ayant été battus en trois rencontres par le roi Joas, et ayant perdu les villes qu'ils avaient conquises sur Israël, attaquèrent de nouveau sans doute les Israélites, et les réduisirent à cette effroyable extrémité où ils étaient, lorsqu'il plut à Dieu de les secourir, ne voulant pas, comme dit l'Écriture, effacer le nom d'Israël de dessus le ciel. Ce qu'elle dit non sans un très-grand mystère, car comment Dieu en effet aurait-il voulu effacer entièrement et exterminer un peuple au milieu duquel devait naître son propre Fils, comme le véritable Sauveur, non pas tel que celui dont il est parlé dans le chapitre précédent, qui devait vaincre trois fois seulement les ennemis de son peuple, mais tel que tous les prophètes l'ont représenté, comme devant s'assujettir tous les peuples de la terre, et s'en faire un peuple unique, qui est le vrai Israël de Dieu, comme l'appelle saint Paul, c'est-à-dire celui dont l'ancien n'a été que la figure? (307.)

hostiliter ante discederat, novis amplificavit incrementis, de quo mox. Ubi Vulgatus, clausos carcere et extremos, Hebr. est: ארץ נחש, asur nub, que aliis locis non semel invenitur conjuncta, quam Vulgatus reddidit clausum et novissimum, de quo dicendi genere, ut reor, proverbiali, diximus satis lib. 3. c. 14, v. 10, ad illud: Percussam de Jeroboam nungentam ad parietem, et clausum et novissimum, ubi diximus à gregibus ductam esse metaphoram, in quibus qui clausi sunt et novissimi, maxime videntur esse tuti; aut his verbis omnia significari, que homines in bonis numerant, quorum quedam sunt extra domum, ut agri et vineæ, que quia homines neque domi servant, neque claustris munitur, derelicta existimari solent. Alfa secum habent, que seris claudunt, illi, que aut indormiunt, aut invigilant, ne fures rapiant, quælia sunt aurea vasa, pretiosa suppellex, pecunia, et si quid aliud est quod capiat oculos, et manus furaces et admanes invident, que bona vocari clausa possunt, quia aut in arcibus, aut certè intra parietes accuratè servantur. Sic sane habet antiquissima Hispanorum translatio: Facta no quedam cosa teauriada, hasta no quedam cosa decaza in el campo. Vulgatus addidit, carcere, quod in Hebraico textu non habemus, quod explicationis gratia adhibuit, quod sepe facit. Que vox videtur priorem explicationem approbare, que dicebat hunc dicendi modum à re pecuniaria fuisse translationem; nam agni, aut oves, que intra septa continentur, aut domi, dici optimè possunt carcere conclusæ, qui liberos gressus et vagos impedit. Certè fures, qui equos in circulo continent, ne ante suum tempus erumpant in cursum, carceres dicuntur, quibus non valde dissimilia sunt septa, que ad continentias pecudes ex sparto et canabæ opere reticulato texuntur.

Vas. 28. — Quidam restituit DAMASCUM ET EMATH JUDÆ IN ISRAEL. Dux istæ civitates extreme sunt terre promissionis, adeo ut multi non immeritò dubitarent ad Syriamne pertinere, vel ad terminos Israël à Domino concessos. Ego ad Israeliam pertinere puto saltem Emath, que est Antiochia, ad quam dum extendi dicitur terra promissionis, ut Numer. 34, inclusivè ibi ponitur Emath, quasi pars illius. De Damasco res est magis dubia. Sed nobis, utcumques nunc, satis est Damascum et Emath Israël imperio aliquando paruisse, et regum Syriæ armis, sicut alias plures civitates esse subactas. Sanè lib. 4. Par. c. 18,

v. 6, cepisse dicitur David Damascum, et ibi constituisse militare præsidium, et v. 3, percussisse Adazerem regem Saba regionis Emath, quas nunc Jeroboam ad imperium Israëliticum rursum adfluxit.

Sed quæret hic aliquis quomodo cum Jeroboam rex esset non Juda, sed Israel, civitates tamen illas Judæ addiderit, alieno, non proprio Israël imperio, maxime cum civitates illas longè distent ab eo funiculo quem inter duodecim fratres Judas obtinuit. Multa hic Abul. q. 26, et alii, que nunc omitto. Tantum dicam, quod mihi magis videtur expeditum et promptum. Est quidem verum ad alias tribus potius pertinere potuisse utramque civitatem, quam ad Judam, quia propius distant ab aliis; nihil tamen minus pertinuisse puto ad tribum Juda, quia David, qui ex illa natus est tribu, ut illas subjugavit primus, sic etiam suæ militum quam aliis tribubus adscribere. Quæmodum lib. 1. Reg. c. 27, v. 6, licet Siceleg magis ad tribum Simeonis pertineret, quia illa dicitur fuit Davidi: Facta est Siceleg regum Juda usque in diem hæc. Dicitur porro restituta non regibus Juda, sed Judæ in Israel, quia extra sortem Judæ inter alias decem, aliquot erant civitates que à Davide in suam tribum fuerant contributæ, que prestant regi Israel, sicut etiam, ut opinor, prestant Siceleg, cum lamen ad Judam pertineret, ut diximus. Et hoc omnino sibi vult illud: Restituit Damascum et Emath Judæ in Israel, id est, fecit ut duæ illæ

## CAPUT XV.

1. Anno vigesimo septimo Jeroboam, regis Israel, regnavit Azarias, filius Amasias regis Juda.

2. Sexdecim annorum erat cum regnare cepisset, et quinquaginta duobus annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Jecheliaz, de Jerusalem.

3. Feecique quod erat placitum coram Domino, juxta omnia que fecit Amasias pater ejus;

4. Verumtamen excelsa non est demolita, adhuc populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis.

5. Percussit autem Dominus regem, et fuit leprosus usque in diem mortis eus, et habitabat in domo liberæ seorsum: Joathan verò, filius regis, gubernabat palatium, et judicabat populum terræ.

6. Reliqua autem sermonum Azariæ, et

civitates adjungerentur aliis civitatibus Judæ, quas habuit sibi subditas in Israel, id est, in sua ditone, que tamen nomen retinuerunt antiquum, et sicut antea solite civitates dicebantur Judæ.

Vas. 29. — DOMINUS RESTITUIT JEROBOAM CUM PATRIBUS SUIS. Quærit hic Abul. q. 27, an ferre Jeroboam, vel naturali morte perierit. Nullam illi vim allatam extrinsecus probat, quod dormisse dicitur cum patribus suis, qui dicendi modus naturale indicat, non violentum moriendi genus; quod verò vis intercesserit, et ferrum, non probat illud Amos c. 7, v. 11: In gladio morietur Jeroboam, et Israeli captivus migrabit de terrâ mâ. Neque enim dixit eripendam esse regi vitam gladio, sed, consurgam super Jeroboam in gladio: que verba tantum indicant confidendum esse bellum contra domum Jeroboam, quod paulo post accidit post illius mortem. Illa porro verba retulit sacerdos scelestus Amasias regi, ut odiosum redderet prophetam, et regis manu illum de medio tolleret, aut extirpare procul è regno, quem suis commodis atque consiliis parum videbat opportunum: non itaque minaces illi sermones fuerunt Amos, sed Amasias sacerdotis, quos falso confinxit, neque notum est in Scripturâ ut quedam narrentur, que mentis sunt alii quorum verba refert, non probat à vide parâ lib. 1. c. 4, ubi diximus nullam ab externis falso dici, que Scriptura narrat. quibus tamen ideò nulla debetur fides.

## CHAPTER XV.

1. La vingt-septième année du règne de Jeroboam, roi d'Israël, Azarias, fils d'Amasias, roi de Juda, commença de régner.

2. Il n'avait que seize ans lorsque son règne commença, et il régna cinquante-deux ans dans Jérusalem. Sa mère était de Jérusalem, et s'appelait Jecheliaz.

3. Il fit ce qui était agréable au Seigneur, et se conduisit en tout ce qui regardait le culte de Dieu comme Amasias, son père;

4. Il ne démolit pas néanmoins les hauts lieux consacrés au Seigneur, car le peuple y sacrifiait encore, et y brûlait de l'encens.

5. Mais, le Seigneur frappa ce roi, et il demeura lépreux jusqu'au jour de sa mort; il vivait à part dans une maison écartée. Cependant Joathan, fils du roi, était grand-maître du palais, et jugeait le peuple.

6. Le reste des actions d'Azarias, et tout ce

C. 15, v. 4, eum sepe ac diu à Syris attritus esset Israel, neque ulla sese ostenderet spes salutis ab humana manu, misit Deus salvatorem, qui sic affecti Syros durè, resque turbatas et afflictas Israelis ita constituit, ut sicut antea quilibet in tabernaculis suis, et sub vite et ficu sine ullo metu, aut sollicitudine viveret. Illum salvatorem esse dicebamus ipsam Joachaz, qui spiritibus Syrorum insolentes repressit, aut hunc Jeroboamum ipsius nepotem, qui non minus quam avus collapsam excitavit republicam, et ad priorem aut etiam meliorem statum adduxit; quando non solum Israelis regnum, sed etiam Juda, à quo pater ipsius

comme elle le dit, et qu'il ne se retire point de tous les pechés de Jeroboam, qui aussi fait pécher Israël. C'est donc comme si le texte sacré ajoutait que ce ne fut pas à cause de lui, mais à cause de la grande affliction d'Israël, qui était venue à son comble, que le Seigneur mit sa puissance entre les mains de ce prince, afin d'abattre l'orgueil des ennemis de son peuple, et les empêcher de se glorifier insolemment de leurs victoires, qu'ils auraient dû rapporter à Dieu, selon que Dieu même le déclare ailleurs: Ne forte superbiunt hostes eorum, et dicent: Manus nostra excelsa, et non Dominus fecit hæc omnia. Cependant il vient dans l'esprit une autre difficulté touchant cette extrême affliction des Israélites, où était alors, selon l'Écriture, à son comble. Car puisque Joas, père de Jeroboam, avait, comme on l'a marqué auparavant, battu par trois fois le roi de Syrie, et rendu à Israël les villes qui lui avaient été prises, comment sous son fils Jeroboam les mêmes Syriens avaient-ils réduit Israël dans la dernière extrémité? On peut dire sur cela que c'était des suites de l'impénitence du peuple de Dieu, marquées prophétiquement et obscurément par cette colère mystérieuse d'Elisée, dont on a parlé auparavant, lorsque Joas, se lassant de frapper la terre avec des bœufs, mérita que ce saint prophète lui prédit qu'il ne serait pas entièrement victorieux du roi de Syrie. Ainsi les Syriens ayant été battus en trois rencontres par le roi Joas, et ayant perdu les villes qu'ils avaient conquises sur Israël, attaquèrent de nouveau sans doute les Israélites, et les réduisirent à cette effroyable extrémité où ils étaient, lorsqu'il plut à Dieu de les secourir, ne voulant pas, comme dit l'Écriture, effacer le nom d'Israël de dessus le ciel. Ce qu'elle dit non sans un très-grand mystère, car comment Dieu en effet aurait-il voulu effacer entièrement et exterminer un peuple au milieu duquel devait naître son propre Fils, comme le véritable Sauveur, non pas tel que celui dont il est parlé dans le chapitre précédent, qui devait vaincre trois fois seulement les ennemis de son peuple, mais tel que tous les prophètes l'ont représenté, comme devant s'assujettir tous les peuples de la terre, et s'en faire un peuple unique, qui est le vrai Israël de Dieu, comme l'appelle saint Paul, c'est-à-dire celui dont l'ancien n'a été que la figure? (307.)

hostiliter ante discederat, novis amplificavit incrementis, de quo mox. Ubi Vulgatus, clausos carcere et extremos, Hebr. est: ארץ נחב, asur nub, que aliis locis non semel invenitur conjuncta, quam Vulgatus reddidit clausum et novissimum, de quo dicendi genere, ut reor, proverbiali, diximus satis lib. 3. c. 14, v. 10, ad illud: Percussam de Jeroboam nungentam ad parietem, et clausam et novissimum, ubi diximus à gregibus ductam esse metaphoram, in quibus qui clausi sunt et novissimi, maxime videntur esse tuti; aut his verbis omnia significari, que homines in bonis numerant, quorum quedam sunt extra domum, ut agri et vineæ, que quia homines neque domi servant, neque claustris munitur, derelicta existimari solent. Alfa secum habent, que seris claudunt, illa que aut indormiunt, aut invigilant, ne fures rapiant, quælia sunt aurea vasa, pretiosa suppellex, pecunia, et si quid aliud est quod capiat oculos, et manus furaces et admanes invident, que bona vocari clausa possunt, quia aut in arcibus, aut certe intra parietes accuratè servantur. Sic sane habet antiquissima Hispanorum translatio: Facta no quedam cosa teauriada, hasta no quedam cosa dezada in el campo. Vulgatus addidit, carcere, quod in Hebraico textu non habemus, quod explicationis gratia adhibuit, quod sepe facit. Que vox videtur priorem explicationem approbare, que dicebat hunc dicendi modum à re pecuniaria fuisse translationem; nam agri, aut oves, que intra septa continentur, aut domi, dici optimè possunt carcere conclusæ, qui liberos gressus et vagos impedit. Certè fures, qui equos in circu continent, ne ante suum tempus erumpant in cursum, carceres dicuntur, quibus non valde dissimilia sunt septa, que ad continentias pecudes ex sparto et canabæ opere reticulato texuntur.

Vas. 28. — Quidam restituit DAMASCUM ET EMATH JUDÆ IN ISRAEL. Dux istæ civitates extremæ sunt terre promissionis, adeo ut multi non immeritò dubitarent ad Syriamne pertineant, vel ad terminos Israeli à Domino concessos. Ego ad Israeliam pertinere puto saltem Emath, que est Antiochia, ad quam dum extendi dicitur terra promissionis, ut Numer. 34, inclusivè ibi ponitur Emath, quasi pars illius. De Damasco res est magis dubia. Sed nobis, utcumques nunc, satis est Damascum et Emath Israelis imperio aliquando paruisse, et regum Syriæ armis, sicut alias plures civitates esse subactas. Sanè lib. 4. Par. c. 18,

v. 6, cepisse dicitur David Damascum, et ibi constituisse militare præsidium, et v. 3, percussisse Adazerem regem Saba regionis Emath, quas nunc Jeroboam ad imperium Israeliticum rursum adfluxit.

Sed quaeret hic aliquis quomodo cum Jeroboam rex esset non Juda, sed Israel, civitates tamen illas Judæ addiderit, alieno, non proprio Israelis imperio, maxime cum civitates illas longè distent ab eo funiculo quem inter duodecim fratres Judas obtinuit. Multa hic Abul. q. 26, et alii, que nunc omitto. Tantum dicam, quod mihi magis videtur expeditum et promptum. Est quidem verum ad alias tribus potius pertinere potuisse utramque civitatem, quam ad Judam, quia propius distant ab aliis; nihil tamen minus pertinuisse puto ad tribum Juda, quia David, qui ex illa natus est tribu, ut illas subjugavit primus, sic etiam suæ militum quam aliis tribubus adscribere. Quemadmodum lib. 1. Reg. c. 27, v. 6, licet Siceleg magis ad tribum Simeonis pertineret, quia illa dicit fuit Davidi: Facta est Siceleg regum Juda usque in diem hæc. Dicitur porro restituta non regibus Juda, sed Judæ in Israel, quia extra sortem Judæ inter alias decem, aliquot erant civitates que à Davide in suam tribum fuerant contributæ, que prestant regi Israel, sicut etiam, ut opinor, prestant Siceleg, cum lamen ad Judam pertineret, ut diximus. Et hoc omnino sibi vult illud: Restituit Damascum et Emath Judæ in Israel, id est, fecit ut duæ illæ

## CAPUT XV.

1. Anno vigesimo septimo Jeroboam, regis Israel, regnavit Azarias, filius Amasias regis Juda.
2. Sexdecim annorum erat cum regnare cepisset, et quinquaginta duobus annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Jecheliaz, de Jerusalem.
3. Feecique quod erat placitum coram Domino, juxta omnia que fecit Amasias pater ejus;
4. Verumtamen excelsa non est demolita, adhuc populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis.
5. Percussit autem Dominus regem, et fuit leprosus usque in diem mortis eus, et habitabat in domo liberæ seorsum: Joathan verò, filius regis, gubernabat palatium, et judicabat populum terræ.
6. Reliqua autem sermonum Azarie, et

civitates adjungerentur aliis civitatibus Judæ, quas habuit sibi subditas in Israel, id est, in sua ditone, que tamen nomen retinuerunt antiquum, et sicut antea solite civitates dicebantur Judæ.

Vas. 29. — DOMINUS RESTITUIT JEROBOAM CUM PATRIBUS SUIS. Quærit hic Abul. q. 27, an ferre Jeroboam, vel naturali morte perierit. Nullam illi vim allatam extrinsecus probat, quod dormisse dicitur cum patribus suis, qui dicendi modus naturale indicat, non violentum moriendi genus; quod verò vis intercesserit, et ferrum, non probat illud Amos c. 7, v. 11: In gladio morietur Jeroboam, et Israeli captivus migrabit de terrâ mâ. Neque enim dixit eripendam esse regi vitam gladio, sed, consurgam super Jeroboam in gladio: que verba tantum indicant confidendum esse bellum contra domum Jeroboam, quod paulo post accidit post illius mortem. Illa porro verba retulit sacerdos scelestus Amasias regi, ut odiosum redderet prophetam, et regis manu illum de medio tolleret, aut extirpare procul è regno, quem suis commodis atque consiliis parum videbat opportunum: non itaque minaces illi sermones fuerunt Amos, sed Amasias sacerdotis, quos falso confinxit, neque notum est in Scripturâ ut quedam narrentur, que mentis sunt alii quorum verba refert, non probat à vide parâ lib. 1. c. 4, ubi diximus nullam ab externis falso dici, que Scriptura narrat, quibus tamen ideò nulla debetur fides.

## CHAPTER XV.

1. La vingt-septième année du règne de Jeroboam, roi d'Israël, Azarias, fils d'Amasias, roi de Juda, commença de régner.
2. Il n'avait que seize ans lorsque son règne commença, et il régna cinquante-deux ans dans Jérusalem. Sa mère était de Jérusalem, et s'appelait Jechéliez.
3. Il fit ce qui était agréable au Seigneur, et se conduisit en tout ce qui regardait le culte de Dieu comme Amasias, son père;
4. Il ne démolit pas néanmoins les hauts lieux consacrés au Seigneur, car le peuple y sacrifiait encore, et y brûlait de l'encens.
5. Mais, le Seigneur frappa ce roi, et il demeura lépreux jusqu'au jour de sa mort; il vivait à part dans une maison écartée. Cependant Joathan, fils du roi, était grand-maître du palais, et jugeait le peuple.
6. Le reste des actions d'Azarias, et tout ce

universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

7. Et dormivit Azarias cum patribus suis : sepelieruntque eum cum majoribus suis in Civitate David, et regnavit Joathan filius ejus pro eo.

8. Anno trigesimo octavo Azariæ regis Juda, regnavit Zacharias filius Jeroboam super Israel in Samariâ, sex mensibus.

9. Et fecit quod malum est coram Domino, sicut fecerant patres ejus; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

10. Conjuravit autem contra eum Sellum filius Jabes, percussitque eum palam et interfecit, regnavitque pro eo.

11. Reliqua autem verborum Zacharias nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

12. Iste est sermo Domini quem locutus est ad Jehu, dicens : Filii tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Factumque est ita.

13. Sellum filius Jabes regnavit trigesimo nono anno Azariæ, regis Juda, regnavit autem uno mense, in Samariâ.

14. Et ascendit Manahem filius Gadi de Thersâ, venitque in Samariam, et percussit Sellum filium Jabes in Samariâ, et interfecit eum, regnavitque pro eo.

15. Reliqua autem verborum Sellum, et conjuratio ejus per quam tetendit insidias, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

16. Tunc percussit Manahem Thapsam et omnes qui erant in eâ, et terminos ejus de Thersâ, noluerant enim aperire ei; et interfecit omnes prægnantes ejus, et scidit eas.

17. Anno trigesimo nono Azariæ regis Juda, regnavit Manahem filius Gadi super Israel, decem annis, in Samariâ.

18. Fecitque quod erat malum coram Domino; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel cunctis diebus ejus.

19. Veniebat Phul rex Assyriorum in terram, et dabat Manahem Phul mille

qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

7. Et Azarias s'endormit avec ses pères; il fut enseveli avec ses ancêtres dans la Ville-de-David; et Joathan, son fils, régna en sa place.

8. La trente-huitième année du règne d'Azarias, roi de Juda, Zacharias, fils de Jeroboam, régna dans Israël à Samarie pendant six mois.

9. Il fit le mal devant le Seigneur, comme avaient fait ses pères, et il ne se retira point des péchés de Jeroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

10. Or, Sellum, fils de Jabès, fit une conjuration contre lui; il l'attaqua, et le tua publiquement, et il régna en sa place.

11. Le reste des actions de Zacharias est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

12. Ainsi fut accompli ce que le Seigneur avait dit à Jehu : Vos enfants seront assis sur le trône d'Israël jusqu'à la quatrième génération seulement. Et c'est ce qui arriva.

13. La trente-neuvième année du règne d'Azarias, roi de Juda, Sellum, fils de Jabès, commença de régner. Et il régna un mois seulement, à Samarie;

14. Car Manahem, fils de Gadi, vint de Thersâ à Samarie, et frappa Sellum, fils de Jabès, le tua, et régna en sa place.

15. Le reste des actions de Sellum, et la conjuration qu'il fit pour surprendre le roi, sont écrits au livre des Annales des rois d'Israël.

16. Alors Manahem prit la ville de Thapsâ, sua tout ce qui était dedans; et en rasa tout le territoire jusqu'aux confins de Thersâ, parce que les habitants n'avaient pas voulu lui ouvrir les portes; il tua toutes les femmes grosses, et leur fendit le ventre.

17. La trente-neuvième année du règne d'Azarias, roi de Juda, Manahem, fils de Gadi, commença de régner sur Israël à Samarie, et y régna dix ans.

18. Il fit le mal devant le Seigneur, et il ne se retira point des péchés de Jeroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël pendant tout son règne.

19. Phul, roi des Assyriens, vint dans la

talenta argenti, ut esset ei in auxilium et firmaret regnum ejus.

20. Indixitque Manahem argentum super Israel cunctis potentibus et divitibus, ut daret regi Assyriorum, quinquaginta siclos argenti per singulos. Reversusque est rex Assyriorum, et non est moratus in terrâ.

21. Reliqua autem sermonum Manahem, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

22. Et dormivit Manahem cum patribus suis; regnavitque Phaceia filius ejus pro eo.

23. Anno quinquagesimo Azariæ, regis Juda, regnavit Phaceia filius Manahem super Israel, in Samariâ, biennio.

24. Et fecit quod erat malum coram Domino; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

25. Conjuravit autem adversus eum Phacee filius Romelie, dux ejus; et percussit eum in Samariâ in turri domus regie, juxta Argob et juxta Arie, et cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, et interfecit eum, regnavitque pro eo.

26. Reliqua autem sermonum Phaceia, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

27. Anno quinquagesimo secundo Azariæ, regis Juda, regnavit Phacee filius Romelie super Israel in Samariâ, viginti annis.

28. Et fecit quod erat malum coram Domino; non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

29. In diebus Phacee regis Israel venit Theglath-Phalassar rex Assur, et cepit Aion, et Abel Domum-Maacha, et Janoe, et Cedes, et Asor, et Galaad, et Gallaeam, et universam terram Nephthali; et transiit eos in Assyrios.

30. Conjuravit autem et tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romelie, et percussit eum et interfecit, regnavitque pro eo, vigesimo anno Joatham filii Ozie.

31. Reliqua autem sermonum Phacee, et

terre d'Israël, et Manahem lui donna mille talents d'argent; afin qu'il le secourût et qu'il affermât son règne.

20. Manahem leva cet argent dans Israël sur toutes les personnes puissantes et riches, pour le donner au roi des Assyriens; et il les taxa à cinquante sicles d'argent par tête; le roi d'Assyrie s'en retourna aussitôt, et ne demeura point dans le pays.

21. Le reste des actions de Manahem, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

22. Manahem s'endormit avec ses pères; et Phaceia, son fils, régna en sa place.

23. La cinquantième année du règne d'Azarias, roi de Juda, Phaceia, fils de Manahem, commença de régner sur Israël à Samarie, et y régna deux ans.

24. Il fit le mal devant le Seigneur, et ne se retira point des péchés de Jeroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

25. Phacee, fils de Romelie, général de ses troupes, fit une conjuration contre lui; il l'attaqua à Samarie, dans la tour de la maison royale, près d'Argob et d'Arie, et cinquante hommes des Galaadites qui étaient avec lui; et il le tua, et régna en sa place.

26. Le reste des actions de Phaceia, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

27. La cinquante-deuxième année du règne d'Azarias, roi de Juda, Phacee, fils de Romelie, régna dans Israël, à Samarie, pendant vingt ans.

28. Il fit le mal devant le Seigneur, et ne se retira point des péchés de Jeroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

29. Dans les jours de Phacee, roi d'Israël, Theglath-Phalassar, roi des Assyriens, vint en Israël, et prit Aion et Abel-Maison-de-Maacha, et Janoe, Cedes, Asor, Galaad, la Galilée et tout le pays de Nephthali, et en transporta tous les habitants en Assyrie.

30. Mis Osee, fils d'Ela, conspira contre Phacee, fils de Romelie pour le surprendre; il l'attaqua, le tua, et régna en sa place, la vingtième année du règne de Joatham, fils d'Ozie.

31. Le reste des actions de Phacee, et tout

universa quae fecit, nonne haec scripta sunt in libro Sermorum dierum regum Israel?

32. Anno secundo Phacee filii Romelie, regis Israel, regnavit Joathan, filius Ozia, regis Juda.

33. Viginti quinque annorum erat cum regnare coepisset, et sexdecim annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Jerusa, filia Sadoc.

34. Fecitque quod erat placitum coram Domino; juxta omnia quae fecerat Ozias pater suus operatus est.

35. Verumtamen excelsa non abstulit; adhuc populus immolabat et adolebat incensum in excelsis. Ipse edificavit portam domus Domini sublimissimam.

36. Reliqua autem sermonum Joatham, et universa quae fecit, nonne haec scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

37. In diebus illis coepit Dominus mittere in Judam Hasin, regem Syriae, et Phacee filium Romelie.

38. Et dormivit Joathan cum patribus suis, sepultusque est cum eis in Civitate David patris sui. Et regnavit Achaz filius ejus pro eo.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ANNO VIGINTI QUINTO REGNI JERUSA, REGIS ISRAEL, REGNAVIT AZARIAS. Supra diximus hunc Azariam vocari etiam Oziam, idque in Scriptura sacra frequentius, qui fecit quod rectum erat coram Domino, quia videlicet idola non coluit; sicut etiam fecerat pater Amazias, cum primum regnum inivit, nam postea, ut vidimus, ad idola deflexit; in eo tamen parum constantis et religiosus fuit, quod impura sacrificia non everit, ubi delusus populus, et impijs immolabat victimas, et idolis nefario cultu supplicabat. (1)

(1) VERS. 3. — FECIT QUOD ERAT PLACITUM CORAM DOMINO. Principis hujus laudabilia gesta plura accurate narravit in Paralipomenis, quae in unum hic colligere, ad justum principis hujus elogium, operae pretium arbitratur. Porro illi accidit per commodum, ut in Zacharia propheta consultorem haberet exitum, cujus monita quamdiu auscultavit, rempublicam sapientissimè administravit, eaque tantum praestitit quae utilissima regno essent et gloriosissima. Bellis secundis pugnavit cum Philistaeis, Ammonitis et Arabibus. Restituit auxilique munimenta Hierosolymae,

ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

32. La seconde année du règne de Phacée fils de Romelie, roi d'Israël, Joatham, fils d'Ozias, roi de Juda, commença de régner.

33. Il avait vingt-cinq ans lorsque son règne commença, et il régna dans Jérusalem pendant seize ans. Sa mère s'appelait Jérusa, et était fille de Sadoc.

34. Il fit ce qui était agréable au Seigneur, et se conduisit en tout comme avait fait Ozias, son père.

35. Il ne détruisit pas cependant les hauts lieux, car le peuple y sacrifiait encore, et y brûlait de l'encens. Ce fut lui qui bâtit la plus haute porte de la maison du Seigneur.

36. Le reste des actions de Joatham, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

37. En ce même temps, le Seigneur commença d'envoyer en Juda Hasin, roi de Syrie, et Phacée, fils de Romelie.

38. Joatham s'endormit avec ses pères, il fut enseveli avec eux dans la ville de David, son père. Et Achaz, son fils, régna en sa place.

VERS. 5. — PERCUSIT AUTEM DOMINUS REGEM, ET FUIT LEPROSUS USQUE IN DIEM MORTIS SUE. Brevi hic Ozia totius vitae cursus absolvit, cum tamen plurima egerit regio animo atque spiritu digna; qualia ex regibus Israel et Juda

turres excitavit, cisternas fodit in agro, in commodum et securitatem pastorum. Oeconomia et agricultura studuit. Exercitum habuit à trecentis septem millibus et quingentis; armamentaria collegit, armis refertissima; nec destitutus est munitionibus et machinis tum in progrediendi, tum in agrediendi usum paratis. Sed mentis fastus ille, quem virtus interdum fovet et excolit, quique magnos animos corrumpit, Azariam denique subegit, effectique ut neglecto Domino in tantum deveniret audaciam, ut vel ad nutu sacerdotalia profanas manus porrigeret. Quae de causis factum est, ut à Deo puniretur eo leprosa morbo, de quo statim. (Calmet.)

VERS. 4. — VERUMTAMEN EXCELSA NON EST DEMOLITUS. Hoc utique non animadvertitur eo consilio, quasi filius eà in re distingueretur à patre: pater enim, perinde ac filius, eadem illa loca Domino sacra permiserat: simul verò credibile est tolerasse illum loca simulacrorum superstitione profana. (Calmet.)

admodum pauci. Post res autem plurimas, atque praeclare gestas, lepra percussus est, quae quia toto vita tempore duravit, ad ultimum usque vitam diem separatim vixit ab hominum congressu: quemadmodum Levit. c. 5, v. 44, cautum est lege. Quicumque, inquit, maculatus est lepra, et separatus est ad arbitrium sacerdotis, etc., omni tempore quo leprosus est et immundus, solus habitabit extra castra. Quod ita severè sacerdotes curarunt, ut neque improsum regem, tamque praecarè de regno merito eximendum putaverint à communi lege. Hæc porrò separata domus libera vocatur, quia in eà rex liberam agebat vitam, et solum à regni molestiis, ubi libere, quantum gravis illa ac foeda ægritudo permisit, private potius vacabat salutem, quam serviebat publice. Hæc de Ozia, seu Azaria, in hoc libro. Plura de illo, eaque admodum illustra legimus lib. 2 Paralipomenon, cap. 26, quae in hunc locum à nobis conferenda sunt, ne quid de Ozia curiosus lector desideret, quæ sanè ejusmodi non sunt ut à nobis prætermitti debeant. Neque tamen in eorum explanatione multi erimus, quia ipsa per se impeditum nihil habent, aut quod lucem desideret interpretis.

Ex lib. 2 Paralipomenon cap. 26, vers. 5, id primum habemus de Azaria, sive Ozia, nempe quamdiu vixit Zacharias propheta, qui juxta illius temporis consuetudinem, videns dicebatur et intelligens, omnia illi ex voto contigisse, et ex usu privato ac publico. Sicut etiam supra, cap. 12, diximus de Joas, qui quamdiu vixit Jotada sacerdos, cujus se consillis regendum et formandum præbuit. Cum autem in vivis esse desit, vivendi liberior fuit potestas, et sic à seipso degeneravit, ut ex optimo rege factus videretur injustus crudelisque tyrannus, et usque adeo omnibus odiosus, ut à servis fuerit interfectus. Eodem modo cum Zacharias vixit, regique assiduus atque familiaris fuit, assuefecitque illum, ut tentaret nihil, nisi consulto prius, et propitiato Deo, nihil aggressus est, quod non felicitate ejus habuerit. Hinc frequentes à gente Philistinà victorias; hinc illarum urbium excisi muri, quartum apud Philistinos primum arcu locus et gloria; hinc in eadem provincia excitatae turres, quæ rei Israeliticae magno usui futuræ putabantur; hinc subacti Ammonitæ et Arabes, et vectigalia quotannis pendere coacti; hinc tandem inclytum ex

continenti victoriarum cursu ad Ægyptum usque diffusum consecutus est. Josephus lib. 9, cap. 12, conditam esse dicit urbem ad mare Rubrum, et in eà presidium militare dispositum.

Quis fuerit iste Zacharias videns et intelligens, id est, propheta, incertum est. Quidam ex Hebraeis, ut refert hic Lira, illum Zachariam esse dicunt, quem occidit Joas. Quod miror in enjussquam mentem venire potuisse, cum multis annis ante Azariae regnum Zacharias ille occisus fuerit. Minus quidem abs re, incertum tamen, alii illum Zachariam natum arbitratur; sed huic cogitationi præter nomen favet, et in his sunt Cajetanus et Dionysius.

Eodem lib. et cap. Paralipomenon, vers. 9, ea recensentur quæ in Hierosolyma ornandi et inveniendâ præstitit Azarias; quemadmodum manna aut instauravit, soliditatemque ruinosa, et si quæ parte viderentur infirma, aut excitavit nova; aut tandem, ut reor novis substructionibus impleverit illa quæ cap. præcedenti vers. 15, demolitus dicitur Joas rex Israel, neque tantum res urbanas curavit et instruxit, sed res etiam rusticæ et pecuarias, quarum erat studiosus et dives. Quare in solitudine loquæ campestribus, ubi pecorum plerumque sunt stabulationes et pasca, turres excitavit, quæ futuræ essent rei armentariae ac pecuariae curatoribus commoda diverticula. Sanè villas, id est, domus rusticæ, ubi condantur agrorum froctus, et qui illis aut percipiendis, aut quoribus modo curandis dant operam, morantur, turres dicuntur et castella. Sic Deus discurrens dicitur per vicus et castella, id est, per rusticorum villas, pastorumque mapalia. Sic bonus paterfamilias ædificasse in vineâ dicitur turrem, Isai. c. 5, et Matth. c. 21. Certè alibi in Hispaniâ rusticæ domus turres appellantur. Cum autem multis in locis terra promissionis arida sit, de caelo spectans pluviam, necessitas cogit nullis in locis effodi cisternas, quæ si absint, necesse est, ut regio sitiens inenuta sit, et ab habitatoribus vacua, quod incommodum ne paterentur pastores et agricola, rex prudens et attentus quam potuit diligentissimè providit. Cum autem rei rusticæ peritus esset et amans, vineas etiam plantavit illis in locis ex quibus uberior meliorque sperari proventus poterat. Ex rei enim rusticæ disciplina pro vinearum satu locus effigitur sublimis, qualem Deus elegisse traditur, Isai. c. 5: Vineâ facta

est dilecti tu cornu sili olei, id est, in monte pingui; quod etiam Virgilius docuit lib. 2 Georgicor.:

*Florentibus salices, crassique paludibus alni  
Nascuntur; steriles saxosa montibus orni,  
Litora myrtetis latissima; denique apertas  
Baccha amat colles.*

Et ipsa quotidiana docet experientia ex collibus, locisque patentibus nobiliorum esse vindemiam, quam ex vallibus depressis.

Deinde versu undecimo, quam voluerit rei militari strenuè esse proviam, ostenditur, ubi pugnantium numerus et ordo proponitur, et quemadmodum omnium generum arma, ad omnem eventum; et subito inimicorum aspectu comparaverit, quas gestarent milites, ut clypeos, arcus, gladios, loricas et galeas, et reliqua, quæ sive ad inferenda, sive ad declinanda vulnera disciplina militaria invenit. Item alia quæ in turribus, machinis disponeret ad arcendum hostem, qualia sunt testate, catapultæ, phalaricæ arbes, et aliæ machinæ, quæ vim eunibus propulsarent hostilium, et oppesia inimicorum machinamenta discernerent.

Postea à versu 16 proficitur quomodo à priori gloria atque fortuna ceciderit. Nam sicut pater illius Amasias post partem ex Idumæa victoriam spiritus assumpsit insolentes et fatuos, ac tandem deo hominibusque odiosus interit, sic Azarias, seu Ozias, cum sustinere non posset fortunæ semper ardentis afflatus, illius potuerit miserè succubuit. Tunc ergo cum dicitur sibi deberi existimaret supra regium nomen, sacerdotale sibi temerarius assumpsit. Et contra nitentibus sacerdotibus aliis, qui nefas esse liberè affirmabant à profanis sacrum illud obiri ministerium, ille tam longe fuit ut illorum sive monitis, sive precibus acquiesceret, ut miraretur potius sacerdotibus, qui immane illud scelus exprobrabant, infortunium et mortem, si odiosus esse pergerent ultrius, et sibi ad sacrum illud opus essent impedita. Quare sumpto thuribulo thymiamicis, adolevit incensum. Non tamen conatum illum sacrilegum, et verbum contra sacerdotem, iuripè et temerè prolatum, impositum Deus abire voluit. Cum enim sacris indebitis esset operaturus, ad ipsam altare thymiamicis, Deus perfrictam regis frontem fœdâ leprâ percussit, cui sacerdotes edixerunt illicò, ut e templo discederet, quod patere non poterat leprosis. Neque ille renuit, cum Dei ultricem agnosceret manum, neque tutum putaret,

aut decorum eo in loco, et tantorum hominum religioso conventu, tam iustæ sive admonitioni, sive imperio, seu potius divinæ voluntati resistere. Quocirca egressus est à templo, et ad mortem usque, ut antea diximus, in separatâ domo à regis curâ et publicis rebus abdicatus. Cujus loco suffectus est filius Joatham, qui regium interea nomen et pondus sustinuit. Cum autem Ozias, cum viveret, sic etiam eum extremum ageret spiritum, esset leprosus, non est illatus in regum Juda commune sepulcrum, sed in agro, ubi pro regum sepulcrâ destinatus erat locus honestus. Erat autem locus ille, ut opinor, area quedam propè specum, in quem regia inferebantur cadavera, à quo fuit exclusus Azarias, qui lepram etiam in regio cognatque cadavere mortuorum ossa relinquit et horrent. Quo exemplo, seu potius instituto, docemur, quam nobis fugienda sit peccatorum, quorum imaginem in leprosis intuemur, periculosa societas. Josephus ait in horto fuisse sepulcrum, separatim videlicet post vitam ab hominum habitatione, sicut etiam preib in vitâ fuerat. Sed alii plures propè sepulcrâ regum communia, extra tamen sepulcrum opinantur. Utra harum expositionum verior, non sumitur ex hoc loco Paralipomenon, qui non magis in hanc quam in illam expositionem propendat; verumtamen ex lib. 4 Regum non obscure colligitur propè regum commune sepulcrum esse tumulatum. Dicitur enim ibi vers. 7: *Sepelierunt eum cum majoribus suis in civitate David.* Non ergo in agro, vel in horto.

Quod nunc factum dicitur cum Ozia, ne sepeliretur in sepulcris regum, sed in proprio sepulcro non procul, in civitate David, aliis quoque regibus accidit, quos populus iudicavit indignos, quos in aliorum regum sepulcrâ conderet. Sic legimus de rege Joram 2 Paralipomenon capite 21, versiculo 20: *Sepelierunt eum in civitate David, verumtamen non in sepulcro regum,* et de Joas libro secundo Paralipomenon capite 24, versiculo 25; eadem omnino iterantur verba de Achaz, capite 25, versiculo 27: *Sepelierunt eum in civitate Jerusalem, neque enim receperunt eum in sepulcro regum Israel,* qui etiam 4 Reg. 16, vers. 2, sepulcrum dicitur in civitate David.

Versu deinde vigesimo secundo legimus reliqua priorum et posteriorum temporum gesta prodia fuisse monumentis ab Isaiâ propheta; qui dicendi modus satis indicat prophetam de Azariâ scripsisse non pauca. Sed illa, sicut

alia plura interierunt. Duo ergo tantum invenio apud Isaiam; quæ ad hanc historiam nonnulli faciunt. Alterum capite 14, v. 18: *Ne lateris, Philistæa omnis tu: quoniam comminuta est virga percussoris tui; de radice enim colubri egredietur Regulus.* Affecit, ut vidimus, Philistæos Azarias plurimis incommodis. Quare cum audivisset illum decessisse, aut, quod idem ferunt est, propter lepram à regni administratione fuisse depulsam, exultarunt vehementer, quia nihil jam amplius timendum putabant. Quibus tantò graviora minatur Isaias ab Ezechia pronepote, quanto gravior est Reguli, quam colubri, morsus.

Alterum est capite sexto, versiculo primo: *In anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super montem excelsum,* quibus verbis ostendit Isaias qui eo tempore, aut sub id tempus, in quo decessit Ozias, seu Azarias, acciderit. Sed adhuc est dubium an spectrum illud nobile oblatum Isaiæ fuerit, quo tempore veram obit et naturalem mortem, aut quando leprâ percussus fuit, et à regno pulsus, cum in domo vixit separatâ, et prostris ab hominum congressu segregatus. Hoc posterius opinatus est Chaldeus, et Abulens. quæst. 7, ubi hanc communem dicit esse sententiam, quæ hæc à reliquo populo separatâ et exautoratio civilis quædam mors existimatur. Verum, sicut nos in nostris Commentariis super Isaiam ad illum locum, aliter sentiunt antiqui Patres, Hieronymus, Origenes, Cyrillus, Chrysostomus, causamque reddunt cur, mortuo Ozia, prophetare cœperit Isaias: nam cum incensus esset Deus Judæis, quia non omnino impiam atque leprosum regem extorbassent ex urbe, licet in domo viveret separatâ (addo ego, quia non occiderunt, cum cautum esset lege proposito capitali supplicio, ne quis exceptis sacerdotibus adoleret incensum, Numer. c. 15, et c. 18, Josephus ejectionem dicit extra mœnia), noluit sua consilia per prophetas aperire populo, quem regis sacrilegi contaminasset consuetudo.

Sed hoc rege accidit magnus ille terræ motus, de quo Amos capite secundo, ubi dicitur hic propheta à Domino sermonem accepisse sub Ozia, duobus annis ante terræ motum. Hunc verò motum fuisse vehementem, colligitur ex Zachariâ, capite 14, versiculo quinto, ubi fugisse dicuntur Solymitani cives, quod non viderantur esse facturi, nisi terra motu quateretur ingenti: *Fugietis, inquit, sicut fugatis à facie terræ motus in diebus Ozia.* Quot

anno Ozia regis acciderit, incertum est, neque ego in re dubiâ, in qua variè sentiant interpretes, multus esse volo, cum nihil existimem inveniri posse certum, in quo mihi ipse satisfaciâ. Illud dico, non fuisse notissimum omnibus, neque enim aliter annis ille notaretur illo gravi terræ concussu, nisi res esset inter Hebræos notissima, et ex eâ annis ille maximè celebris.

Dicunt autem Hebræi, neque abnuit Hieronymus, et Cyrillus, hunc terræ motum tunc contigisse, quando ausus est Ozias rex Juda sacerdotale sibi munus assumere; tunc enim Deus, graviter eâ regis insolentia commotus, non solum auctorem ipsum sceleris fœdâ leprâ percussit, sed populum ipsam gravi terræ tremitu ac tremore conturbavit, de quo libro secundo Paralipomenon capite vigesimo sexto, Quis autem fuerit, quantisque motus iste, docuit Josephus libro nono Ant. capite 11; cum enim dixisset sacerdotum vocibus à sacerdotali functione non fuisse deterritum audacem illum et insolentem regem, imò illis si molesti esse pergerent, mortem minaretur, addit statim: *Ete tibi terra vehementer concutitur, fissoque superne templi radius et solis os regis inprobum ferit, quod è vestigio leprâ contactum est. Accessit hinc et aliud prodigium, quod eodem terræ motu ad urbem, in loco qui dicitur Erge, dimidium montis ad occidentem vergentis revulsus, et per quatuor stadia vultum obiectum tandem orientalis montis constitit obstructâ et viâ publicâ, et oppressis ruinâ hortis regis.* Addit autem Cyrillus in capite 14 Zachariæ, ex Hebræorum, ut arbitror, sententiâ, horribiliter Judæorum regionem, et ipsam quoque Hierosolymam contremuisse: ipsam etiam Sion ita esse quassatam, ut in duas partes dirumperetur, et opplerentur valles, quæ illius jugis adiacebant. (1)

VERS. 8. — ANNO TRICESIMO OCTAVO AZARIE.

(1) VERS. 7. — SEPELIERUNT EUM CUM MAJORIBUS SUI IN CIVITATE DAVID. Non in sepulcris regum, sed in eodem agro, ubi sepulcrâ erant regum: *In agro regium sepulcrorum, eò quod esset leprosus.* Ex quo intelligitur, quantum insederit mentibus horror lepræ et leprosum, aut ne cerneret quidem leprosum inferendi in communis sepulcrâ censerunt. Tradit Josephus, sepulcrâ mandatum fuisse seorsim in ejus hortis, facie in hortis domus extra urbem, ad quam secesserat. Sed perhibet Scriptura, viri cadaver illatum fuisse in civitatem David, et sepulcro quo defossam in agro regum erat, fuisse mandatum. (Calmet.)

REGIS JUDA, REGNAVIT ZACHARIAS FILIUS JEREOBAM SUPER ISRAEL. Regnavit Alerias, qui et Ozias, in Judâ annis duobus supra quinquaginta; quo tempore multi fuerunt reges in Israel, quos hic historia sacra acerratim commemorat, at quod hactenus semper, ne quid obscuritatis habeat historia, illorum gesta et tempora cum regum Juda gestis temporibus componit. Numerantur autem hoc capite reges sex, quorum regnum in Azarie tempus et dominatum incurrit. Quorum primus fuit Zacharias, filius Jeroboam, cujus imperium fuit semestris, illudque peccatis contaminatum ingentibus, quæ superiores reges admisere, qui Israëliticum imperium temerant. Fuit autem, ut diximus, ejus regum semestris; conjuravit enim contra illum Sellum, filius Jabes, et eo sublato, regnum occupavit, ex quo proxime Zacharias exciderat. Tunc autem impetratum est, quod supra c. 10. dictum est Jehu, usque ad quartam generationem in ipsius familia futuram Israëliti regi majestatem, Et ita planè accidit, nam quarto loco ex Jehu stirpe propagatus est Zacharias, quarta videlicet à Jehu. (1)

VERS. 13. — SELLUM FILIUS JABES REGNAVIT TRICESIMO NONO ANNO AZARIE. Quis fuerit iste Sellum, non constat; conjectat Abulensis, q. 15 de hujus statu æque ordine, ætate quidem, sed tantum conjectat; neque nos cogit, ut sine errore credamus esse conjecturam; sed ille momentaneum habuit et infelix imperium, quod post unum mensem eodem quo Zacharias modo interfectus amisit.

VERS. 14. — ASCENDIT MANAHÈM FILIUS GADI DE THERSAM. Licet nihil esset melior Manahem duobus regibus qui præcesserunt proxime in Israel, videtur tamen illis fuisse solertior, cum decem annos cum potestate fuerit, quod tempus in regno, seu tyrannide potius, non videtur exiguum, cum tamen ex illis prior sex menses, posterior annus in eo dominatu transigeret. De hoc Manahem nihil habemus certum magis quam de Sellum; hunc Josephus

(1) VERS. 10. — PERCUSIT EUM PALAM, coram populi conventu; neque facinus ille suum celavit, communis approbationis secutus. Quisnam fuerit Sellum, ignoratur. Ex versu inani videtur, Zachariam neci tradendum fuisse Jerahmele.

VERS. 12. — ISTE EST SERMO DOMINI, QUAM LOCUTUS EST AD JEHU. Spem fecerat certum Dominus, ut illi ejus sederent in solo Israëliti ad quartam usque generationem; sedisse autem revera constat Joachaz, Jons, Jeroboamum II et Zachariam, qui postremus sermone posterorum Jehu clausit. (Calmet.)

libro 9, capite 41. Ant., ducem fuisse tradit ejus exercitum, quem tunc Zacharias habebat ad Thersam; qui cum audisset occisum in Samaria Zachariam, continuo copias, quas suæ fidei ac curæ commissas habebat, adversus regis interfectorem corripuit. Quem cum eadem celeritate sustulisset de medio, quo ille prior Zachariam, regium suo capiti imposuit diademam, et ad Thersam rediit, non jam dux, sed rex, et quod privatus ineborarat, rex jam salutat persequens est bellum. Cum autem Thersa nollet novum regem admittere, sic in illos vehementer exanduit, ut et agros illius populatus fuerit, et civitatem usque adeo pertinaoiter obsederit, ut tandem subjugarit. Sed cum in omnes, qui ad Thersam pertinerent, hactenus hostiliter, multo tamen magis in Thapsenses, in quos totam furoris vim et omne virum acerbis evolvit. Tam enim acerbè in illorum interitum exarsit, ut non horruerit extrema filia furoris exempla edere, quorum etiam solam cogitationem animus excruciat et horret; dissecut enim prægnantes, et antequam lucem aspicerent, in materni viscibus feans elisit. Quod fecerunt ante hunc alii quidam, ut proxime Hazael, c. 8, v. 12, et Ammonita, de quibus Amos c. 2. Vide quid nos in postis Commentariis ad utrumque locum. (4)

(1) VERS. 16. — ET TERMINUS EJUS DE THERSAM, nam æger urbis Thapsæ pertingebat usque ad Thersam, ait Vatablus.

ET SCIVIT EAS, hoc est, dissecut prægnantes, ut foetum educeret; ait Abulensis. Magna fuit hæc crudelitas et barbaritas. (Corn. à Lap.)  
VERS. 17. — ANNO TRICESIMO NONO AZARIE REGNAVIT MANAHÈM. DECEM ANNIS. Post mensem unicum ab usurpato regno, sublato à Manahemo Sellum, Manahem se in regem obtulit eodem anno, undequadragesimo Azarie; sed cum regnum turbis plurimis ageretur, nominis post plures menses pacificam ejus possessionem obtinuit. Incertus et jactatus mansit spatium undecim mensium, donec tandem Manahem in suas partes trahens Phul regem Assyria, corruptum munerebus, inler quem potissimum spectabatur, alio è vitulis aureis ad Jeroboamo consecratis, opes ejus principis, qui in Israele venit, Manahem in regno confirmatus est, eâ tamen conditione, ut mille insuper talenta Assyri solveret. Iler rex Phul hostes Manahemi removit, possessionemque regi illi asseruit, ac denum ipsi recessit. Tunc parva regni quæ Manahemo. In exitu anni undequadragesimi Azarie; atque hoc habendum est exordium decem hujus regni Manahemi. (Calmet.)

VERS. 18. — CENSUS DIERES EJUS. Refertur hæc possessio ad Jeroboamum filium Nabath, qui toto regni sui spatio potentem in Israele detinuit; vel potius ad Manahemum, hoc sensu: Non recessit toto regni sui tempore à pec-

VERS. 7. — MISIT AUTEM ACHAZ NUNTIOS AD THEGLATHPHALASAR REGEM ASSYRIORUM (2).

(1) VERS. 6. — IN TEMPORE ILLO RESTITUIT RASIN REX SYRIÆ AILAM SYRIÆ, ET EGREGIT JERODIOS DE AILA: ET IUDÆI VENERUNT IN AILAM, ET HABITAVERUNT IBI USQUE IN DIEM HANC. Hujus loci quædam inter se pugnant. Si Rasin Ailam vel Ailath Syria submisit, cur eo veniunt habitari Idumæi? Quid juris erat Syria in eam urbem, quam antequam non possederant vel reges Juda, vel Idumæi? David, Salomon, et ceterique post ipsum reges Juda, illam usque ad tempus defectuorum Idumæorum sub Joram retinuerunt. Pulsis tunc Juda, Idumæis cessit. Vicissim autem Judæi expulerunt Idumæos sub Azaria rege Juda; cujus postremæ acquisitionis nomine Achaz eam urbem retinuit, cum Rasin arma ad illam advovit: quare nullis ex historiâ petitis argumentis demonstrari potest, eam urbem aberat à Damasco, ut regibus Syria arduum esset commercium cum eam à filiibus suis adeo remota.

Pugnantia hæc induxit unum in textum litterarum, quo pro aliâ permissa accepta est. *Aram et Edon* scribuntur in Hebraico litteris omnino sermè similibus. Igitur uterque altera usurpata est, uti non semel aliis contigit; quare legendum est: *In tempore illo Rasin rex Syria recepit Ailam pro Edom et ejecit Judæos: et Idumæi venerunt in Ailam, et habitaverunt ibi usque in diem hanc.* Persuadum habemus Iudæos inivisse Rasin, ut morerent in Ailath, sive peram affectum omnibusque belli sumptibus lesatum; neque dissimulandum est, Chaldrum, Hebræos, Syriacum, Arabem, Josephum, Grotium, Stryacum, Arabem, Josephum, Rasin urbem hanc adjectisse Syria, eoque venisse Syros, ut sedes ibi pro Judæis haberent. Sed hæc omnia membris sunt, quam ut nos cogant deserere contrariam opinionem, quam argumentis fulcrimus.

(Calnet.)

(2) *Alors Achaz envoya des ambassadeurs à Théglatphalazar, roi des Assyriens, pour lui dire: Je suis votre serviteur et votre fils; venez me sauver des mains du roi de Syrie, et des mains du roi d'Israël, qui se sont joints ensemble pour s'élancer contre moi. On vint de voir l'assurance que Dieu donna à Achaz par le prophète Isaïe de sa protection toute-puissante; et ce prince impie, sans ajouter foi à la parole du Dieu d'Israël, dit Dieu des armées, recherchè l'appui du bras humain, et envoya faire de sa part des bassesses à un roi païen, pour l'engager à le venir secourir. Qui n'aurait cru que Dieu le devait alors abandonner entre les mains de ses ennemis, puisqu'il méprisait si insolument le secours qu'il lui promettait! Et c'est sans doute ce que les hommes auraient fait envers d'autres hommes. Mais les pensées du Très-Haut sont infiniment élevées au-dessus des nôtres. L'incrédulité et l'impie d'Achaz*

Quantum attulerit perturbationis se metus illi duorum regum conjunctio, expulit optima similitudine Isaias c. 7, v. 2: *Et commotum est cor ejus, et cor populi ejus, sicut ventur ligna sylvarum à facie venti*. Quæ verba nos ibi sic exposuimus paraphrasticè: Perlassus est autem rumor ad regem aliosque proceres de domo David, qui nuntiavit substituisse ad Samaritanos Syrorum exercitum, ut inde conjunctis cum rege Samaria viribus, moveret contra Jerusalem. Qui nuntius ita percussit animos familiae generisque Davidis et totius populi, ut non minus turbarentur à metu quam à vento arbores commoverentur in sylva.

Tunc autem Dominus, ut refert eodem cap. v. 3 Isaias, præcepit Isaiæ ut cum filio suo Saphar Jassub, qui sui nominis notatione fortunatos portendebat exitus, ad extremum aquæne perveniret contra la fermeté inébranlable des promesses du Seigneur: il sura bien le punir quand sa malice sera venue à son comble; mais la vérité de la parole d'un Dieu doit être accomplie. Ainsi il se sert du roi même des Assyriens, que ce prince avait fait venir pour punir ses ennemis, lui qui aurait pu avec une armée de monstres les mettre en fuite; et l'on peut dire que cette expédition du Dieu à l'égard d'Achaz, était le plus redoutable châtiement qu'il pût exercer alors contre lui, puisqu'il eût été proprement l'abandonner à l'orgueil et à l'aveuglement de son cœur, que de le laisser dans la pensée où il était, qu'il devait attendre des hommes plutôt que de Dieu tout son secours. Et ce lui fut aussi un nouveau sujet de se précipiter misérablement dans une plus grande impiété, puisqu'avant été au-devant du prince, son prétendu libérateur, et ayant vu à Damas l'antel profane, mais apparemment très-magifique, du roi de Syrie, il donna ordre aussitôt au pontife Uria d'en faire dresser un semblable dans le temple du Seigneur, introduisant de la sorte l'abomination de la désolation dans le lieu saint, comme Jésus-Christ l'a dit depuis.

On a peine néanmoins à accorder ce qui est dit en ce lieu, qu'Achaz fit venir le roi des Assyriens à son secours contre les rois de Syrie et d'Israël, avec ce qui est marqué dans les Paralipomènes, que le Seigneur fit venir ce même roi des Assyriens contre Achaz, dont il pillâ les états, et que les prêtres que ce prince malheureux lui fit des épaules de la nation du Seigneur, et de la nation des rois de Juda et des princes, ne lui servirent de rien. Mais il semble qu'on peut dire, pour accorder cette contrariété apparente, dont on aura lieu de parler plus amplement sur les Paralipomènes, qu'encore qu'Achaz eût sollicité ce prince de le venir secourir, ce fut proprement le Seigneur qui le fit venir en punition de cette incredulité d'Achaz même, et qu'étant venu en effet combattre ses ennemis, il ne laissa pas de piller en même temps ses états, qui se trouverent ravages par une armée triomphante.

(Sacy.)

duetés, qui aquam ad piscinam superiore derivat, occurrat regi Achaz, qui eò tunc egressus fuerat ut de advocando Assyriorum auxilio secum ipse solus deliberaret. Cui dei nomine jubet bono sit animo, et omnem metum ac desperationem deponat. Neque aliquid putet imminere periculi à Basim Damasci, et à Phacee rege Samariae, non magis quàm ab ambustis titionibus, qui præter fumum evanidum, id est, inanes atque emortuas minas, nihil habent amplius.

Neque satis habuit Deus illa promississe, quæ modo profudimus, et alia quæ eodem loco adduxit Isaias, sed etiam versu 7 illustre aliquid pollicetur signum, quod futurum esset testimonium et pignus obligatæ fidei. Sic ergo regem Achaz verbis Domini afficit Isaias: *Opato, ô Achaz, tibi quod malueris signum atque portentum, neque moror, sive ex profundo, sive ex excelso petas, quin pro tuo voto quamprimum edam*. Achaz porro non minus simulatè quàm imple negat sibi à Deo petendum esse signum, ne videatur divinum silem atque potentiam explorare voluisse. Quod tentationis genus esse ostendit, à quo abesse culpa non potest.

Dignus videbatur Achaz, et qui illi aderant, sive ex domo regis, sive ex cognatione Davidis, quique regi erant generis communitate conjuncti, quos Deus abjiceret, qui tantum beneficium tam liberali atque impudenti responso repolissent. Sed Deus adhuc promittit majora v. 10. Ait enim illis, etiamsi Deo molesti fuerint, dum beneficium tantum tamque liberale contempnerint, tamen concessurum se, etiamsi obligatæ fidei neque petierint, neque acceperint pignus, quidquid antea promississet; nempe nunquam Jerusalem venturam in hostium potestatem, et ipso illa regna, à quibus impendere sibi infirmitum extremum metuebant, esse brevi delenda. Sed etiam voluit eundem illum insperatum eventum alioris ejusdam beneficii futurum esse pignus. Eventum autem dico inconsummatam aëritiæ populi, qui jam de sua libertate desperabat, et duorum regum et regnorum exitium perhibere, sub tertium videlicet annum, quæ nullo modo extingui posse videbantur. Illud autem beneficium fuit, venturum aliquando Deum in mundum assumpti carne, natum ex Virgine, cujus erit nomen Emmanuel, quia nobiscum conversabitur et vivet; qui non aliter se aliis infantibus, qui hominum satè conceptuque nascuntur, hæc soget ex materni uberibus, donec

in illam ætatem adoleverit, in qua infantes alii intoscere plerumque solent bonum et malum; illud, ut appellant; hoc, ut aversentur et respuant. Butyrum et mel comedit, quod in illa regione faciant infantes, cum primùm à materni avellantur uberibus. Quæ descriptio est ejus qui natus homo ætatem hæc agit infantilem. Deinde v. 13 explicat magis quo tempore duo illa regna peritura sint, spatiumque constituit triennale, aut trienniali proximum, quantum scilicet intercedit inter infantis ortum, et illud tempus in quo puer ad illam pervenerit ætatem ut discernere possit inter bonum et malum, illudque sive eligere, sive reprobare. Ante hoc ergo tempus, eò dicit redactum iri terram, quæ nunc in natura omnia regno Juda, ut et ipsa relinquatur deserta, neque illam amplius videant reges illi qui nunc ejus præclarâ possessione superbiunt.

Deinde tribui et regno Juda non longè post hæc tempora durum etiam et longum minatur exitium. Quod etiam virginici portis signum esse vult, quod à versu 15 ad finem usque capituli latè describit. Deinde verò c. 8, ut quod per prophetam Dominus promiserat, certo aliquo et aspectabili signo demonstraret, jubet Deus propheta, ut in libro grandi hoc ipsum, deinde in filio suo, qui primùm nasceretur, brevem duorum regnorum interitum portendebat. Quare jubet ut primùm in libro quodam grandi, eo stylo et formâ quæ in legitimo iudicio publicam habeat auctoritatem et fidem, paucæ hæc verba scribat: *Velociter spolia detrahe: civis prædare*. Quod ut exactè præstaret Isaias, et humano more atque forensi stylo consignalum relinqueret, testes adhibuit, quorum magna tunc erat fides et auctoritas, Uria sacerdotem summum, et Zachariam Barochiam filium. Hoc ipsum etiam in suo filio eodem concepto tempore notavit. Nam cum hoc ipso tempore ad uxorem conjugali more accederet Isaias, ex illâ suscepit filium, cui ex Domini jussu illud idem nomen imposuit, quod in volumine grandi paulo antea notaverat: *Acceleret spolia detrahere, festinus prædare*. Quod nomen, ipso exponente Domino, qui nomen indiderat, indicabat futuram brevi Syriæ Samariaque potentiam, quæ omni casu superior videbatur. Nam prinsquam puer ille tunc natus ad eam ætatem veniret ut parentes agnoscat, voceque blasæ atque informi voce *Isaiam et mannam*, expugnanda dicitur Damasci fortitudo, et ingens è Samariâ deri-

pienda præda à rege Assyriorum. Et hoc ipsum est, quod scribitur Isai. c. 7, v. 16: *Antequàm sciat puer reprobare malum et eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu detestaris à facie duorum regum suorum*. Hic autem puer non est Emmanuel, cujus proximè antecesserit nomen, sed aut hic Isaiæ filius, aut quemcumque alius, qui tunc esset in lucem editus. Nam priusquam puer sciret reprobare malum et eligere bonum; seu cognoscere patrem et matrem, quæ eodem tempore cognoscere incipit puer, derelinquetur terra à duobus dominis, aut auferetur fortitudo Damasci, et spolia Samariae; quæ eodem sunt, aut eodem spectant. Hæc omnia sumpsit paraphrasticè ex Commentariis Isaiæ in c. 7 et 8, ubi hæc omnia, quæ strictim attingi, probavi pluribus. Tu illa vide, neque enim tractationem illam longam hæc transferre libuit, cum ex suo loco à curioso lectore peti possent. Sed dubitavi hic aliquis, quomodo duorum istorum regum fracta sit potentia, et regna duo tunc regno Juda hostiliter infensa aut eversa, aut atrita vehementer trienniali, aut fortasse spatulo breviori, cum illorum adfuturum dicitur interitum, antequàm puer eo tempore conceptus aut natus in illam ætatem adoleverit, in qua parentes agnoscat suos, aut incipit à bono malum discernere: cum Samaria (quicquid sit de Syriâ) nonnisi anno nono Osæ regis Israel et anno sexto Ezechias expugnata fuerit, ut constat statim quarto Regum c. 18. Quare cum hæc dicta videantur in principio regni Achaz, id est, anno illius tertio; aut quarto, ut dicimus statim, consequens est puerum, qui hoc natus est tempore, quando capta est Samaria, annos habuisse octodecim, atque ideò vixisse ad annos sedecim, postquam secerere potuit à malo bonum, et vocare patrem et matrem.

Quod autem hæc ab Isaiâ prædicta fuerint sub initio regni Achaz, constat quia Joatham pater Achaz regnare cepit anno secundo Phacee filii Romelie; Joatham autem annos regnavit sedecim. Quod si hos sedecim annos, duobus aliis adjicias, quos in regno posuerat Phacee, annos omnitotus decem et octo antequàm Achaz parenti Joatham in regno succederet: cum autem Phacee virgini tantum regnavit annos, duos tantum annos, aut non multò plus sumpsit ex regno Achaz, qui tamen regnum inlisse traditur anno 17 Phacee hoc ipso c. v. 1, quia annus decimus octavus inchoatus tantum erat, atque ideò iuxta Scripturam sacra consuetudinem prætermisus est.

Cum autem Phacee vivo hæc ab Isai dicta fuerint, consequens est ut initio regni sui audierit Achaz, cum in ipso ferè initio decesserit Phacee.

Sed hæc ratio, tametsi videatur alicui vim habere maximam, illi, qui Scripturæ sacræ consuetudinem norit, non ita censetur gravis, ut admodum premit in oppositum. Nam, quemadmodum doctissimi ad illud Zachar. c. 1: *Jam septuagesima annus est, aliquid tunc factum dicimus, aut completum, cum bonâ ex parte ceptum est fieri.* Quare Dan. c. 9 anno primo Darii completi esse dicuntur septuaginta anni desolationis Jerusalem, cum tamen septuagesimo illo anno non desolata fuerit, sed desolari coepit. Et Jeremias c. 27, post septuaginta annos, et simul atque deletum esset Chaldaeorum imperium, futurum esse dixit Judæorum reditum in patriam, cum tamen plurimi in Babylonia relicti fuerint, qui postea, Estrâ atque Nehemiâ duce, redierunt, quia eo anno inchoata remigratio est. Quo verò tempore ab Assyriis subjugata est Damascus, id est, paulò post natum Isaiæ filium, magna pars regni Israelis eversa fuit ab Assiris, et eodem victoriarum cursu. Nam, ut 4 Reg. c. 15, v. 29, scribitur: *In diebus Phacee regis Israel venit Theglathphalasar rex Assur, et cepit Aion et Abel domum Maacha, et Tanoe, et Cedec, et Aser, et Cataad, et Galileam, et universam terram Nephthali, et transtulit eos in Assyrias.* Quare detrimentum illud magnum, quod accepit Israël ab Assyriis, non potuit contingere post annum tertium regni Achaz, qui regnare cepit sub finem regni Phacee, id est, anno illius 17 aut 18, ut supra dicebamus.

Adde quòd propheta non dicit vastandam esse Samariam, sed diripiendam esse spolia Samariæ a rege Assyriorum. Est autem satis notum, et in Scripturâ sacrâ sæpius repetitum, Samariam sumi pro toto regno Israel, quia ibi erat regni nominis prima sedes et domicilium stabile; satis verò optima præda abducta est à Samariâ, id est, ab Israel, quando ab eâ quinque ferme tribus ablatae sunt; neque Nephthali, et magna pars Zabulon, et Galaad. Ubi erat tribus Ruben et Gad, et dimidia tribus Manasse, ut explicatius dicitur lib. 1 Paralip. c. 5, v. 26. Hæc nobis sumpta sunt ex nostris Commentariis in Isaiam, quia non minus hic quam illic necessaria sunt. Nunc ad caput 16 redeamus, et ad locum illum unde facta digressio.

Misit autem Achaz NENTIOS AD THEGLATHPHALASAR REGEM ASSYRIORUM. Quo tempore Isaias locutus est ad Achaz, nondum reges illi duo Jerusalem obsederant, sed tantum vires et castra non proci ab illâ conjunxerant. Quare cum subsidio venit ab Achaz evocatus rex Assyriorum, jaududum obsederant Jerusalem, neque tamen juxta Domini promissionem per Isaiam quicquam tot expensis, et tantâ militione consecuti sunt. De quibus hoc ipso cap. v. 5: *Cumque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum.* Quamdiu urbem obsederint conjurati reges, non constat ex Scripturâ, aut ex alio gravi auctore, quod ego video. Quo tempore obsessis aut afflictis subsidio venerit Assyrius, incertum est; mihi visum est Scripturæ sacræ consentaneum magis, quod antea dixeram, accepisse nimirum Achaz plagam magnam à rege Syriæ, qui optima spolia ex Juda finibus retulit in Damascum; deinde aliam longè graviores a rege Israel, quando occisa fuerunt multa Judæorum milia, multa capta ex omni ætate ac sexu, deinde duos illos reges conspirasse, et civitatem regiam Hierosolymam obsedissee, ac tandem cum profecissent nihil, rediisse in patriam. Eo verò tempore venisse subsidio Assyriorum regem, qui multò ante fuerat evocatus, et utrumque regem in suo regno sic esse muletatum, ut perierint, aut perissee omnes existimari poterint; id mihi colligere posse video ex lib. 2 Paralip. c. 28, v. 16, et ex hoc loco, ubi post duas illas plagas acceptas, missi ab Achaz dicuntur nuntii ad regem Assyriorum: *Tempore, inquit, illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum, postulans auxilium.* Josephus lib. 9, c. 12, aliter putat. Ait enim obsedissee diù conjuratos reges Hierosolymam, cumque viderent diutius quam ipsi cogitarent obsidionem trahi, discessisse regem Syriæ, et male vexasse civitates alias Juda, et prædas abegisse illas, de quibus supra v. 6; cum autem Achaz discessissee ab obsidione cogeret regem Syriæ, non dubitasse extra muros erupitorem facere, et cum rege Samariæ conferre signa, quem utpote à Syro destitutum facile putaret proligrari posse: rem tamen sociis accidisse; nam et multa Judæorum milia fuerunt eversa, multa capta, et, nisi quosdam propheta interessisset oratio, in servitutem abducta. Sed hæc cogitationi, præter alia, illud incommodat non leviter, quòd Dominus per Isaiam c. 7, v. 4, ante obsidionem proximò dixit Achaz, ne timeret magis à duobus regibus,

quam à caudis titionum fumigantium, à quibus nihil potest esse periculi. At non leve fuit incommodum illud quod ab utroque regem pertulit Achaz; quocirca ante obsidionem utramque plagam indictam oportuit.

Vers. 9. — QUI ACQVIEVIT VOLUNTATI EUS: ASCENDIT ENIM REX ASSYRIORUM IN DAMASCUM, ET VASTAVIT EAM, ET TRANSTULIT HABITATORES EJUS CYRENER. Jam, ut apparet, obsidione Hierosolymæ solutâ, in regiam sedem recesserat Rusin, ad quam Assyriæ acies admovit Theglathphalasar, et illâ vastatâ, et rege ejus è medio sublato, habitatores aliò migrare jussit, et Cyrenem usque traduxit. Ubi Vulgatus Cyrene, hebraicè est כּוּר כּוּר *Kirah*. Est autem duplex Cyrene, altera in Africâ, à quâ provincia quædam Cyrenaica appellatur, de quâ Actor, 2: *Et portas Libyæ, quæ est circa Cyrenem.* Sed alia est Cyrene, ad quam translati dicuntur exules Damasceni: neque enim captivos suos in alienam provinciam Assyrii transmiserunt. Translati ergo sunt ad aliam Cyrenem, quæ est in Assyriâ. Ita sanè Josephus lib. 9 Ant. c. 13: *Vastatâ, inquit, Syriâ expugnatâque Damasco, (rex Assyriorum) Rusin quoque regem occidit; Damascenos verò in superiorem Mediam populariter traduxit, et pro illis quasdam Assyriorum gentes in agrum Damascenim creposuit (1).* De hæc Damasci vastitate ci-

(1) Sed ardua quædam in his occurrunt. Animadversum est supra, Arlancem subactâ Ninive, Medos in libertatem assersisse; quare Theglathphalasar, quem cum Nino juniore miscemus, cum Nino, inquam, ad veteres limites Assyriæ redacto, colonias mittere utique in Mediam, alienam à se regionem, non potuit. Hisce reponimus, Mediam latè adeò non patuisse, nisi post formatum, auctum, et adultum Medorum imperium; antea enim et sub Arbace angustioribus limitibus delinebatur. Docet Herodotus, operâ Phraortis imperium illud limites suos longius provexisse iura Asiam, et supra annem Halym, Tauris, quæ tunc crederit situm veterum Ebalanorum, Medorum metropolis, plurimum obses à Cur vel Cyro. Igitur fidem non superat, Assyriæ reges, Sarrigayali successores, imperium suum prorogasse in regionem quam Cyrus peritit, eoque colonias Syriorum ac decem tribuum traduxisse.

At enim quomodo hæc urbes appellantur *urbes Mediarum*? Sive etenim ille comprehendebantur in veteri Media, sive extra ejus limites jacebant: si in eâ regione site erant, libertatem obtinebant, remoto ab illis jugo Assyriorum, beneficio Arbacis. Si verò extra Mediam, quomodo urbes Mediarum appellantur? Responderi potest, hujus libri auctorem pro more ætatis suæ locui, ut urbes Medorum appellârit, quæ tunc, cum scriberet, imperio Medorum parebant. Vel hæc urbes subactæ

viuque translatione non multò ante prædixerat Amos, c. 1, v. 5: *Et conteram veterem Damasci, et disperdam habitatores de campo idoli, et tenentem sceptrum de domo voluptatis, et transferetur populus Syriæ Cyrenem.* Vide quomodo ad hunc locum in nostris Commentariis super Amos.

Vers. 10. — PERREXITQUE REX Achaz in OCCURSUM THEGLATHPHALASAR REGI ASSYRIORUM IN DAMASCUM. Si rex Assyriorum conjuratos reges invasisset, quo tempore obsidione cinxerant Hierosolymam, non ad illum esset profectus Achaz, sed potius comitaretur Assyrium, et se illi ad opus illud socium addidisset. Ita putat Josephus, qui, domitâ ab Assyrio vastatâque Damasco, venisse dicit eò regem Achaz cum muneribus, ut pro devictis hostibus, reque Judæorum servatâ, gratias ageret. Idem rex idem Assyrius progressus est contra Phacee, quem atrivit vehementer, et his spoliavit provincias, de quibus nuper, tribu Nephthali, et magnâ parte Zabulon regione transjordanicâ Galaadide, ubi erant duæ tribus Gad et Ruben, et dimidia tribu Manasse.

Hic nobis addendum, quod habemus lib. 2 Paralip. c. 28, v. 20, quod hoc in loco, quia historicum complet Achaz, præternitum non debet. Quemadmodum enim duo reges, quos evertit Assyrius, regem Achaz, remque Judæam insectati sunt acriter, sic etiam Theglathphalasar, quem conductum mercede adhuisto ærario profano et sacro socium advocavit, debellatis regionibus, qui tam Judaicis nationibus erant infensi, contra ipsum Achaz, remque Judaicam victrices atque insolentes copias convertit. Sic autem lib. 2 Paralip. c. 28, v. 20: *Adhucque (Deus) contra eum (Achaz) Theglathphalasar regem Assyriorum, qui et oppulit eum, et nullo resistente vastavit. Igitur Achaz, spoliatâ domo Domini et domo re-*

suntâ rege Assyriæ Theglathphalasar, pulsus Medis. Posterior hæc sententia confirmari potest ex his quæ leguntur inferius 17, 6 et 24; legitimus enim ibi Salmanasarem misisse Samariam Sepharvâitas aliasque gentes quæ et ipse et prædecessores ipsius, subactis vicinis Mediæ regionibus, superarant. Denique censet Usserius, anarchiam quæ consecuta est obitum Arbacis, præcessitque regum Dejoctis, et oportunitatem dedisse regibus Assyriis occasionem recuperandi plures Medorum urbes, in easque imperium Medorum turbandi. Rages, urbs Medorum, quò profectus est Tobias, cum ageret captivus, una ex his urbibus erat, quæ jugum regum Assyriæ nondum excusserant. (Calmet.)

gum ac principum, dedit regi Assyriorum munerem, et tamen nihil ei profuit. Misit, ut illic prædicitorem et hostem à suis finibus et jugulis arceret, quem grandi mercede auxiliatorem advoerat. Sed proficit nihil, quia ille nihilominus obligatae fidei et impense mercedis immemor magnis rem Judaicam affectu incommodis. Quid ille abstulerit, quid straverit, quo denique modo creditam suæ fidei provinciam attriverit, non habemus ab historico sacro; fuisse stragem ac detrimentum tanquam ab avaro atque crudeli hoste. Iudicæ Isaiæ c. 7, non obscurâ metaphora, ubi gravia regi Achaz domine Davidicæ nominatur incommoda, si externum ab Assyriis accersant auxilium. Nam cum dixisset v. 6: *Si non erudideris, non permanebitis*, significavit illis fore infortuniam subeunda gravissima, quæ à versu 13 latè graviterque perssequitur. A quibus ego in præsentibus explicandis abstineo, quia id feci majore studio atque opere in Commentariis Isaiæ. Illud dicam, quod ad hunc locum maxime spectat, cum rex Assyriorum venisse quoque in Judæa fines habem et interitum, non aliter atque si ventus asperet ex corrupta regione, qui pesilentem alius invehit anhelitum: de quo verè potuit dicere tam Achaz quam qui illi hanc cogitationem aut iniecerunt, aut confirmarunt, impensò pretio domum severum et durum fuisse compratum, quod de Chis factat vulgare proverbium. Sic autem Isaiæ v. 15: *Adducat Dominus super te (Achaz), et super populum tuum, et super domum patris tui, dies qui nos venerunt à diebus separationis Ephraim à Juda, cum rege Assyriorum*. Quasi dicat, cum rege illo exitum potius et pestem quam salutem et auxilium esse venturum. Et v. 16, novaculam vocat conductam regem Assyriorum, quæ non minus alios lacebat, quam eos qui illam mercede conducebant. Modus autem dicendi nihil regi Judæici partem imminuit deit futuram à plagi quam accommodatâ metaphora significanter exponit: *In die illa rodet Dominus in novacula conductâ in his qui trans stonem sunt, in rege Assyriorum, caput, et pilos pedum, et barbam unguentam*. In vario pilorum situ varii hominum significantur ordine et gradus.

CUMQUE VIDISSET ALTARE DAMASCI, MISIT REX ACHAZ AD URIAM SACERDOTEM EXTERNUM EBUS. Prius, ut diximus, aggressus est Syriam Assyriorum rex; deinde, cum consecutus esset quod suis votis ante proposuerat, convertit animum amore prædæ captum, et victrices

acies contra regem Samaritæ. Interim tamen illam adit Achaz ut gratularetur illi pro victoria, et gratias ageret pro beneficio. Cumque vidisset altare quod pro deorum suorum cultu Damasceni construxerant, ut erat hominibus levissimo ingenio, quemque patriæ religionis amor, aut observantia, aut nullo modo, aut nonnisi levissimè tangebatur, statuit illius novam formam, contra quam lex et consuetudo patiebantur, in templum Salomonis inducere. Quare illius formam accuratè describam ad Uriam misit, qui tunc Hierosolymæ sacerdotis summi munereungebatur, jussitque ut ad filius similitudinem altare aliud faciendum curaret, ut, cum ipse rediret à Damasco, de illo statueret, quod ipsi ex usu religionisque futurum videretur. Præstitit Urias quod ipsi fuerat imperatum à rege. Probavit rex, et quasi novæ illius atque gentiliæ religionis antistes, in eo impulsit victimas, peregrinè omnia quæ in æreo altari, nempe holocausti, lex et religio faciendâ præscripserat. (1)

(1) VRS. 11. — EXTRUXIT URIAS SACERDOS ALTARE, AD NORMAM PROFANI ALTARIS DAMASCENI, CUIUS SHEMA AD SE AB ACHAZ MISSUM FUERAT. Turpem atque indulgentiam in regem exhibuit summus hic sacerdos: Deus enim altaris sui formam præscripserat. Salomon quidem altare extruxit à Mosaico longè diversum; sed cum ejus formam et erectionem Deus solemnè adeo approbatione confirmasset, citra impietatis crimen quidquam ex illo innovare usas erat. Nec difficile erat Uriam nosse, in se re consilium principis ab alio atque quàm religionis proposito dictatum fuisse. Novitatis hujus consecutiones erant periculosæ; neque enim extra periculum quàm in rebus religionis, etiam minoribus, et quæ ad principalem religionis scopum non pertinet, innovatur. Religionis sese Machabæi gesserunt cum altari templi quod Antiochus Epiphanes profanaverat. Post muturam eâ de re deliberationem statuerunt illud demoliri, atque alterum ad ejus normam è lapide in loco apto collocandum cœmære, donec propheta aliquis veniens aliter de illis decerneret. (Galmet.)

Peccavit Urias pontifex, impium hoc altare erigens, nullens placere regi Achaz quàm Deo; secus fecit S. Ambrosius; nam, ut ipse refert lib. 5, epistola 52, « cum esset, impium ut Ecclesie iras sem tradere, imperatori hoc responsi reddidi, me, si de vicissitudine posceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum, id quod me iuris esset, libenter offerre; templo Dei nihil posse decerpere, nec tradere illud quod custodiendum, non tradendum acceperim. Deinde considerare me etiam imperatoris assati, quia nec mihi expedit tradere, nec illi accipere. Accipiat enim vocem liberi sacer-

VRS. 14. — PERO ALTARE ARIEM, QUOD ERAT CORAM DOMINO, TRANSLIIT DE FACIE TEMPLI. De hoc altari æreo satis à nobis di-

(dotis; si vult sibi esse consultum, recedat à Christi injuriâ, et abiat à me ut tradam Christi hereditatem, et hereditatem Dionysii, qui in exilio, fidei causâ, defunctus est, hereditatem Eustorgii confessoris, hæreditatem Miroclis atque omnium retrò B. delium episcoporum. ) (Corn. à l'ap.)

Et le pontife Urie bâtit un autel tout semblable à celui de Damas, selon l'ordre qu'il avait reçu du roi Achaz. Ce pontife de l'ancienne loi aimait mieux, comme disent les interprètes, plaire au roi qu'à Dieu, et était bien éloigné de la conduite de saint Ambroise, qui crut rendre un très grand service à l'empereur de tout l'univers, non de lui complaire dans ses excès, mais de lui représenter avec charité et avec force les vrais devoirs d'un prince chrétien, et sur lequel toute la terreur des barbares, dont il se voyait environné, ne pouvait faire d'autre impression, comme il l'assure lui-même, que de lui faire concevoir par tous les travaux et tous les dangers de cette vie misérable une idée plus vive de la grandeur de la conduite de saint Ambroise, plus redoutables, dont la vie future et le salut éternel sont environnés: Nos autem objecti barbaricis motibus et bellorum procellis, pro his laboribus et periculis graviter colligimus futura vite pericula. Si la crainte que pouvait avoir cet ancien pontife de la cruauté d'Achaz lui avait servi, comme à saint Ambroise, à craindre encore davantage la justice inévitable de celui dont il était le ministre, il n'eût pas certainement sacrifié toute la religion des Juifs à une molle complaisance qu'il eût pour un prince impie, et si lui eût fait entendre qu'il se trouppait grossièrement en adorant, comme le marque l'Écriture, les dieux des rois de Syrie, dans la pensée qu'il avait, qu'il devait offrir des sacrifices à ces faux dieux qu'adorait ses ennemis, pour se les rendre favorables.

Mais il se présente une assez grande difficulté sur ce qui paraît ici de l'extrême infidélité de ce pontife des Juifs, et sur la manière dont il oppose deux noms voyons qu'en parle Isaië, lequel, avant que de prédire les malheurs qui devaient fondre sur Israël, dit qu'il prit deux témoins fidèles, dont l'un était Urie, sacrificateur. Comment donc celui qui fut infidèle à Dieu jusqu'à cet excès que d'abandonner son temple à la profanation d'Achaz, peut-il être véritablement nommé par ce saint prophète un témoin fidèle? C'est ce qui a fait douter à quelques-uns si celui dont parle Isaië était le même que celui qui est marqué dans l'endroit des Rois que nous expliquons. Cependant il semble qu'on peut dire avec un autre interprète, que c'est effectivement le même, mais que lorsque le prophète l'appelle un témoin fidèle, c'était avant qu'il tombât dans cette complaisance criminelle à l'égard du roi, et qu'Isaië même pouvait bien prévoir sa chute, voulut peut-être se servir alors de son témoignage, afin de rendre dans la suite la confusion de son péché plus sensible.

etiam est lib. 5 Reg. c. 8, et super Ezechielem c. 45. Quare hic de illo non est nobis longa instituenda commentatio. Illud unum observatum oportet, altare illud æreum fuisse in atrio sacerdotum meliori loco, id est, ante faciem domus Domini; unde ab Achaz in angulum ejusdem atrii rejectum fuit, ut ejus loco Damascenorum alterum altare supponeret.

VRS. 15. — PRÆCIPIT QUOQUE REX ACHAZ URIÆ SACERDOTI, DICENS: SUPER ALTARE ARIEM OFFER HOLOCAUSTUM, ETC., ALTARE VERÒ ARIEM ERIT PARATUM AD VOLUNTATEM MEAM. Altare majus illud appellat, quod ad Damascenorum formam proximè extractum fuerat, in quo offerri voleit omne victimarum et libationum genus, quod ad altare æreum, seu holocausti destinatum fuerat. Illud autem servari voluit, parari ad voluntatem suam, ut illud ad quemcumque vellet usum pro suo arbitratu converteret. De his autem sacrificiis nihil hic agendum, quia opus impeditum et longum, et quia à nobis satis incutitur de illis in Commentariis Ezechielem ad caput 45 et 46 disputatum est.

VRS. 17. — TOLIT AUTEM REX ACHAZ CELATAS BASES ET LUTERÆ QUI ERAT DESUPER, ETC. De his nos pluribus lib. 5 Reg. c. 7, ubi illorum formam et situm, atque descripsimus. Rex tamen ille fatuus et impius deformavit et abiecit omnia, ut novam religionem et instrumenta illi accommodata in illustre illud hereticæ gentis sacrarium induceret. Neque hic prætereundum est, quod lib. 2 Paralip. c. 28, v. 22, profutum habemus; ubi quo tempore angustis premebatur Achaz, sive prius à duobus regibus conjuratis, sive postea ab Assyriorum rege, contempisse dicitur Deum multo magis, summaque spem in Syrorum deis collocasse, à quibus putabat suis hostibus datam esse, et ab illis tantum sperari posse victoriam. Quare diripit confregitque sacra vasa, obstructisque templi foribus, ne quis eo religionis causâ ingrederetur, illis in locis ad gentilium ritum excitavit aras, non solum variis in locis Hierosolymæ, sed etiam in omnibus urbibus, in quibus ipse latè dominabatur.

VRS. 18. — MESACH QUOQUE SABRAT, QUOD ÆDIFICAVERAT IN TEMPO, ET INGRESSUM REGIS EXTERNI, CONVERTIT IN TEMPLUM DOMINI, PROPTER REGEN ASSYRIORUM. Mirum est quàm inter se in vocis Manach significatione dissentiant auctores. Quidam tentorium esse dicunt, et

reverè illud propriè valet vox hebraica מִּשְׁכָּן Musach; quod tamen tentorium sit, aut cur dicatur sabbati, omninò incertum est. Glossa potestatem esse putat in templi vestibulo, in quod reges, cum diebus sabbati templum obirent, elemosynas facerent. Et ita, inquit, Musach sabbati gazophylacium est regum, sicut corbonam sacerdotum, quod etiam probant Lyra, Dionysius et Hugo, et Historia Scholastica. Alii Musach sabbati vocari putant, quia in eo sacerdotes aliquantisper morabantur, cum perfuncti suo munere sabbatis excederent à templo. Ita Vatablus et Isidorus, neque longè hinc abeunt Chaldaeus et Pagninus in radice מִּשְׁכָּן Sachay. Rabb. Salomon, ut refert Lyra, putat locum esse in porticu templi splendide coopertum, in quo sedebat rex in sabbatis, diebusque aliis solemnioribus. Quae explicatio non displicet Abulensi; addit tamen aliam quam videtur probare minus quam superiorem. Ait enim de domo regis ad templum viam quamdam esse opertam et caecam, per quam rex, cum vellet, sine testibus in templum descenderet; quod factum saepe vici nobiles, qui domus suas interposito occulto traieciunt cum templo coniungunt, quasi aut domus pars esset templi, aut templum regis domus membrum adijunctum.

Ego ex omnibus istam magis explicationem approbo, quam Rabb. Salomon probat, neque Abulensis improbat, ita ut Musach sit regia sedes, non in templi porticu, ut dicebat Rabb. Salomon, sed in aditu sacerdotalis atrii. Quod mihi persuadet, quia apud Ezechielem lego, c. 46, v. 4: *Porta atrii interioris (hoc est atrium sacerdotale) quae respicit ad orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit: die autem sabbati aperietur; sed et in die Calendarum aperietur, et intrabit princeps per viam vestibuli portae deforis, et stabit in limine portae, et facient sacerdotes holocaustum eius, et pacificam eius, et adorabit super limen portae, et excedentur.* Hinc habes cur istud Musach sicut potuerit sabbati. Quod verò lectum esse aliquà ratione debuerit, ne in medium turbam coniectus esse videatur, ipsa ratio docet: neque enim docet ut regia persona communem habeat locum aut ordinem cum populari turba. Atque idcirco locus erat clausus, distinctusque cancellis, aut supra caput regium oppansum erat velum; quod vulgus hominum *doselam* appellat. Quocumque horum modorum accipias, vocari Musach potest, id est, clausum, lectum aut tentorium, quia instar habet taber-

naeuli. Accedit quòd in templo locus est pro regibus certus honestiori loco, in quo praeter reges, aut eos qui summam habent potestatem, sedere nemini concessum est. In eo loco sedisse arbitror Joas, cum rex à pontifice Joiada declaratus est lib. 4 Reg. c. 11, v. 15: *Audivit autem Aithalia vocem populi currentis, et ingressa ad turbas in templum Domini, vidit regem stantem super tribunal iuxta morem.* Quod verbum extremum sic interpretor, ut sederit in templo eo in loco et modo quo sedere solent communiter reges. Neque aliud fortasse sibi vult illud c. 25, infra, v. 5, de Josia: *Statitque rex super gradum, et sedes percussit coram Domino.*

Sed cogit quis, quid movere potuit Achaz, ut Musach, id est, solium suum, eo modo quo diximus, clausum, de templo sustulerit? Sane non aliud quam quod adductus fuit, ut altare holocausti, et luteræ, et phialas, et aliam sacram suppellectilem, aut deformaverit, aut abstulerit. Sed est in Musach praecipua quaedam ratio, quae regem illum vesanum et impium in istam cogitationem induxit. Cum enim esset impius, et patriam horreret religionem, expetere et laudare alienam, noluit locum aliquem habere in templo, in quod religionis gratia non jam amplius erat ingressurus, quò sibi religionem istam esse sanctam aut gratam profiteretur. Deinde cum superbus esset, ferebat molestè ad atrium interius aditum sibi non patere, atque idcirco sedem, quae in atrii vestibulo pro regibus erat constituta, longè summovit et intra sacerdotale atrium introduxit, ut ibi magis à turba separatus sederet honestus: et eodem consilio exteriori ingressum, de quo statim, in templum convertit, id est, fecit ut per interius atrium accederet ad Musach, quòd iam in atrium sacerdotale transtulerat.

Et istà scem non solum exteriori, convertit in templum propter regem Assyriorum. Hoc etiam interpretor, sicut supra, divinant, quod etiam mihi nunc necessariò faciendum est. Quidam existimant de regis domo in templum aditus esse duos, alterum exteriori, per quem spectante populo religionis ergo, quò alios suo exemplo ad pietatem provocaret, ingrediebatur rex in templum; alterum caecum et clausum, ubi regi domesticisque pervium, per quem rex poterat sine ullo apparatu et strepitu obire templum, et interesse sacris. Illum sustulit, hunc servavit, ne templum publicè ingressus, suae praebet fidei documentum,

occulsi si in templum penetraret, spectante nemine, nemo illum putaret studiosum patriae religionis, aut alienae violatae reum argueret. Et facit ad hoc quòd lib. 2 Paral. c. 28, v. 24, clausisse dicitur templi fores. Quare ille nollet videri, cum obiret templum, quasi religiosus esset, cum occultis foribus alios intrare templum prohibuisset. Hoc autem videri potuit propter regem Assyriorum fecisse, ut illius sibi conciliaret gratiam, quod consecratur videbatur, si nunquam aut rarò postea templum inviseret, quod abjuratae religionis argumentum est.

Alii unum agnoscunt ingressum, ita ut ab exteriori portà inciperet templi: fecit tamen rex ut aditus ille totus esset internus et occultus, à domo nempe regis, ad templi interiora claustra. Hoc ego neque reprobare audeo, neque omninò probò, quia nescio quomodò minus ad utranlibet expositionem afficior; sicut neque ad alias, quia nihil ex textu certum apparet, quod nos cogat in hanc vel istam sine aliqua dubitatione discedere. Sed neque mihi ipsi placeo in eà quam adduco, quia in illà aliquid deprehendo quod me aliquantulum

## CAPUT XVII.

1. Anno duodecimo Achaz, regis Juda, regnavit Osee filius Ela in Samaria super Israel, novem annis.

2. Fecitque malum coram Domino, sed non sicut reges Israel, qui ante eum fuerant.

3. Contra hunc ascendit Salmanasar, rex Assyriorum, et factus est ei Osee servus, reddebaturque illi tributa.

4. Cùmque deprehendisset rex Assyriorum Osee quòd rebellare nitens misisset nuntios ad Sua, regem Aegypti, ne praestaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, et vinetum misit in carcerem.

5. Pervagatusque est omnem terram; et ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis.

6. Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam; et transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hala et in Habor, juxta fluvium Gozan, in civitatibus Medorum.

7. Factum est enim, cum peccassent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat

dubitare cogat. Indicat Ezechiel cap. 46, vers. 2: *Intrabit, inquit, princeps per viam vestibuli portae deforis, et stabit in limine portae.* Quare cum per exteriori istam viam ingressurus sit, et egressurus princeps, non poterat ad ulteriorem locum, qui tantum sacerdotibus patebat, penetrare, quod tunc videbatur insolenti regi. Quare ingressum fecit per sacerdotale atrium contra templum, id est, contra domum Dei, quam illa pars sacerdotalis mediam amplectebatur; nam prius contra sacerdotum atrium potius quam contra templum, seu sanctuarium spectabat. Quòd si Musach ad atrium transtulit interius, consequens erat, ut ingressum quoque exteriori haberet; id verò fecit propter regem Assyriorum, ne si ille per exteriori viam ingrederetur, et in Musach sederet, contemptus videretur. Maluit itaque violare divinam legem, quae gentilem hominem à templo prohibebat, neque Israelitam, qui non esset à Levitico genere, in istam interiorem templi partem admittit, quam avertere ab amicitia offensum regem, cuius virtutem et gratiam praeferebat divinae. Ita ego cogitabam; alii sine dubio melius.

## CHAPITRE XVII.

1. La douzième année du règne d'Achaz, roi de Juda, Osee, fils d'Ela, régna sur Israël à Samarie, durant neuf ans.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, mais non comme les rois d'Israël qui avaient été avant lui; car il souffrait que son peuple allât à Jérusalem adorer le Seigneur.

3. Salmanasar, roi des Assyriens, marcha contre lui; et Osee fut asservi à Salmanasar, roi des Assyriens, et lui payait tribut.

4. Mais le roi des Assyriens ayant découvert qu'Osee pensait à se révolter contre lui, et que, pour s'affranchir du tribut qu'il lui payait tous les ans, il avait envoyé des ambassadeurs à Sua, roi d'Égypte, il l'assiégea; et l'ayant pris, il le chargea de chaînes, et l'envoya en prison.

5. Salmanasar parcourut tout le pays d'Israël; et étant venu à Samarie, il la tint assiégée pendant trois ans.

6. Or, la neuvième année du règne d'Osee, le roi des Assyriens prit Samarie, et transféra les Israélites au pays des Assyriens, et les fit demeurer dans Hala et dans Habor, villes des Mèdes, près du fleuve de Gozan;

7. Et cela arriva parce que les enfants d'Israël avaient péché contre le Seigneur leur

reverè illud propriè valet vox hebraica מִשְׁכָּן Musach; quod tamen tentorium sit, aut cur dicatur sabbati, omninò incertum est. Glossa potestatem esse putat in templi vestibulo, in quod reges, cum diebus sabbati templum obirent, elemosynas facerent. Et ita, inquit, Musach sabbati gazophylacium est regum, sicut corbonam sacerdotum, quod etiam probant Lyra, Dionysius et Hugo, et Historia Scholastica. Alii Musach sabbati vocari putant, quia in eo sacerdotes aliquantisper morabantur, cum perfuncti suo munere sabbatis excederent à templo. Ita Vatablus et Isidorus, neque longè hinc abeunt Chaldaeus et Pagninus in radice מִשְׁכָּן Sathay. Rabb. Salomon, ut refert Lyra, putat locum esse in porticu templi splendide coopertum, in quo sedebat rex in sabbatis, diebusque aliis solemnioribus. Quae explicatio non displicet Abulensi; addit tamen aliam quam videtur probare minus quam superiorem. Ait enim de domo regis ad templum viam quamdam esse opertam et caecam, per quam rex, cum vellet, sine testibus in templum descenderet; quod factum saepe vici nobiles, qui domus suas interposito occulto traiectione cum templo coniungunt, quasi aut domus pars esset templi, aut templum regis domus membrum adijunctum.

Ego ex omnibus istam magis explicationem approbo, quam Rabb. Salomon probat, neque Abulensis improbat, ita ut Musach sit regia sedes, non in templi porticu, ut dicebat Rabb. Salomon, sed in aditu sacerdotalis atrii. Quod mihi persuadet, quia apud Ezechielem lego, c. 46, v. 4: *Porta atrii interioris (hoc est atrium sacerdotale) quae respicit ad orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit: die autem sabbati aperietur; sed et in die Calendarum aperietur, et intrabit princeps per viam vestibuli portae deforis, et stabit in limine portae, et facient sacerdotes holocaustum eius, et pacificam eius, et adorabit super limen portae, et excedentur.* Hinc habes cur istud Musach dici poterit sabbati. Quod verò lectum esse aliquà ratione debuerit, ne in medium turbam coniectus esse videatur, ipsa ratio docet: neque enim docet ut regia persona communem habeat locum aut ordinem cum populari turba. Atque idcirco locus erat clausus, distinctusque cancellis, aut supra caput regium oppansum erat velum; quod vulgus hominum *doselam* appellat. Quocumque horum modorum accipias, vocari Musach potest, id est, clausum, lectum aut tentorium, quia instar habet taber-

naeuli. Accedit quòd in templo locus est pro regibus certus honestiori loco, in quo praeter reges, aut eos qui summam habent potestatem, sedere nemini concessum est. In eo loco sedisse arbitror Joas, cum rex à pontifice Joiada declaratus est lib. 4 Reg. c. 11, v. 15: *Audivit autem Aithalia vocem populi currentis, et ingressa ad turbas in templum Domini, vidit regem stantem super tribunal iuxta morem.* Quod verbum extremum sic interpretor, ut sederit in templo eo in loco et modo quo sedere solent communiter reges. Neque aliud fortasse sibi vult illud c. 25, infra, v. 5, de Josia: *Statitque rex super gradum, et sedes percussit coram Domino.*

Sed cogit quis, quid movere potuit Achaz, ut Musach, id est, solium suum, eo modo quo diximus, clausum, de templo sustulerit? Sane non aliud quam quod adductus fuit, ut altare holocausti, et luteræ, et phialas, et aliam sacram suppellectilem, aut deformaverit, aut abstulerit. Sed est in Musach praecipua quaedam ratio, quae regem illum vesanum et impium in istam cogitationem induxit. Cum enim esset impius, et patriam horreret religionem, expetere et laudare alienam, noluit locum aliquem habere in templo, in quod religionis gratia non jam amplius erat ingressurus, quò sibi religionem istam esse sanctam aut gratam profiteretur. Deinde cum superbus esset, ferebat molestè ad atrium interius aditum sibi non patere, atque idcirco sedem, quae in atrii vestibulo pro regibus erat constituta, longè summovit et intra sacerdotale atrium introduxit, ut ibi magis à turba separatus sederet honestus: et eodem consilio exteriori ingressum, de quo statim, in templum convertit, id est, fecit ut per interius atrium accederet ad Musach, quòd jam in atrium sacerdotale transtulerat.

Et istà scem non solum exteriori, convertit in templum propter regem Assyriorum. Hoc etiam interpretor, sicut supra, divinant, quod etiam mihi nunc necessariò faciendum est. Quidam existimant de regis domo in templum aditus esse duos, alterum exteriori, per quem spectante populo religionis ergo, quò alios suo exemplo ad pietatem provocaret, ingrediebatur rex in templum; alterum caecum et clausum, ubi regi domesticisque pervium, per quem rex poterat sine ullo apparatu et strepitu obire templum, et interesse sacris. Illum sustulit, hunc servavit, ne templum publicè ingressus, suae praebet fidei documentum,

occulsi si in templum penetraret, spectante nemine, nemo illum putaret studiosum patriae religionis, aut alienae violatae reum argueret. Et facit ad hoc quòd lib. 2 Paral. c. 28, v. 24, clausisse dicitur templi fores. Quare ille nollet videri, cum obiret templum, quasi religiosus esset, cum occultis foribus alios intrare templum prohibuisset. Hoc autem videri potuit propter regem Assyriorum fecisse, ut illius sibi conciliaret gratiam, quod consecraturus videbatur, si nunquam aut rarò postea templum inviseret, quod abjuratae religionis argumentum est.

Alii unum agnoscunt ingressum, ita ut ab exteriori portà inciperet templi: fecit tamen rex ut aditus ille totus esset internus et occultus, à domo nempe regis, ad templi interiora claustra. Hoc ego neque reprobare audeo, neque omninò probò, quia nescio quomodò minus ad utranlibet expositionem afficior; sicut neque ad alias, quia nihil ex textu certum apparet, quod nos cogat in hanc vel istam sine aliqua dubitatione discedere. Sed neque mihi ipsi placeo in eà quam adduco, quia in illà aliquid deprehendo quod me aliquantulum

## CAPUT XVII.

1. Anno duodecimo Achaz, regis Juda, regnavit Osee filius Ela in Samaria super Israel, novem annis.

2. Fecitque malum coram Domino, sed non sicut reges Israel, qui ante eum fuerant.

3. Contra hunc ascendit Salmanasar, rex Assyriorum, et factus est ei Osee servus, reddebatque illi tributa.

4. Cùmque deprehendisset rex Assyriorum Osee quòd rebellare nitens misisset nuntios ad Sua, regem Aegypti, ne praestaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, et vinetum misit in carcerem.

5. Pervagatusque est omnem terram; et ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis.

6. Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam; et transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hala et in Habor, juxta fluvium Gozan, in civitatibus Medorum.

7. Factum est enim, cum peccassent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat

dubitare cogat. Indicat Ezechiel cap. 46, vers. 2: *Intrabit, inquit, princeps per viam vestibuli portae deforis, et stabit in limine portae.* Quare cum per exteriori istam viam ingressurus sit, et egressurus princeps, non poterat ad ulteriorem locum, qui tantum sacerdotibus patebat, penetrare, quòd tamen videbatur insolenti regi. Quare ingressum fecit per sacerdotale atrium contra templum, id est, contra domum Dei, quam illa pars sacerdotalis mediam amplectebatur; nam prius contra sacerdotum atrium potius quam contra templum, seu sanctuarium spectabat. Quòd si Musach ad atrium transtulit interius, consequens erat, ut ingressum quoque exteriori haberet; id verò fecit propter regem Assyriorum, ne si ille per exteriori viam ingrederetur, et in Musach sederet, contemptus videretur. Maluit itaque violare divinam legem, quae gentilem hominem à templo prohibebat, neque Israelitam, qui non esset à Levitico genere, in istam interiorem templi partem admittit, quam avertere ab amicitia offensum regem, cuius virtutem et gratiam praeferebat divinae. Ita ego cogitabam; alii sine dubio melius.

## CHAPITRE XVII.

1. La douzième année du règne d'Achaz, roi de Juda, Osee, fils d'Ela, régna sur Israël à Samarie, durant neuf ans.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, mais non comme les rois d'Israël qui avaient été avant lui; car il souffrait que son peuple allât à Jérusalem adorer le Seigneur.

3. Salmanasar, roi des Assyriens, marcha contre lui; et Osee fut asservi à Salmanasar, roi des Assyriens, et lui payait tribut.

4. Mais le roi des Assyriens ayant découvert qu'Osee pensait à se révolter contre lui, et que, pour s'affranchir du tribut qu'il lui payait tous les ans, il avait envoyé des ambassadeurs à Sua, roi d'Égypte, il l'assiégea; et l'ayant pris, il le chargea de chaînes, et l'envoya en prison.

5. Salmanasar parcourut tout le pays d'Israël; et étant venu à Samarie, il la tint assiégée pendant trois ans.

17. Il est vrai, Seigneur, que les rois des Assyriens ont détruit les nations, qu'ils ont ravagé toutes leurs terres,

18. Et qu'ils ont jeté leurs dieux dans le feu et les ont exterminés, parce que ce n'étaient point des dieux, mais des images de bois et de pierre, faites par la main des hommes:

20. Misit autem Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Quæ deprecatus es me super Sennacherib, rege Assyriorum, audivi.

21. Iste est sermo quem locutus est Dominus de eo: Sprevit te et subsannavit te virgo filia Sion, post tergum tuum caput movit filia Jerusalem.

22. Cui exprobrasti, et quem blasphemasti? contra quem exaltasti vocem tuam, et elevasti in excelsum oculos tuos? Contra Sanctum Israel.

23. Per manum servorum tuorum exprobrasti Domino, et dixisti: In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium in summitate Libani, et succidi sublimes cedros ejus et electas abietes illius. Et ingressus sum usque ad terminos ejus, et saltum Carmeli ejus.

24. Ego succidi. Et bibi aquas alienas, et siccavi vestigis pedum meorum omnes aquas clausas.

25. Numquid non audisti quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plasmavi illud, et nunc adduxi: eruntque in ruinam collium pugnantium civitates munitæ;

26. Et qui sedent in eis, humiles manu, contremuerunt et confusi sunt; facti sunt velut fenam agri et virens herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem.

27. Habitaculum tuum, et egressum tuum, et introitum tuum, et viam tuam ego præservi, et furorem tuum contra me.

28. Insanisti in me, et superbia tua ascendit in aures meas: ponam itaque circum in naribus tuis, et cauum in labiis tuis, et reducam te in viam per quam venisti.

29. Tibi autem, Ezechia, hoc erit signum: Comede hoc anno quæ repereris, in secundo autem anno quæ spontè nascuntur; porro in tertio anno, seminate, et mitte, plantate vineas et comedite fructum earum.

30. Et quodcumque reliquum fuerit de domo Juda mittet radicem deorsum, et faciet fructum sursum;

31. De Jerusalem quippe egredientur

49. Sauvez-nous donc maintenant, Seigneur notre Dieu, des mains de ce roi, afin que tous les royaumes de la terre sachent que c'est vous seul qui êtes le Seigneur et le vrai Dieu.

20. Alors Isaïe, fils d'Amos, envoya dire à Ezechias: Voici ce que dit le Seigneur, Dieu d'Israël: J'ai entendu la prière que vous m'avez faite touchant Sennachérib, roi des Assyriens.

21. Voici ce que le Seigneur a dit de lui: La vierge, fille de Sion, t'a méprisé et t'a insulté; la fille de Jérusalem a secoué la tête derrière toi.

22. Qui as-tu insulté? qui as-tu blasphémé? contre qui as-tu haussé la voix et levé les yeux insolemment? Contre le Saint d'Israël.

23. Tu as blasphémé le Seigneur par tes serviteurs, et tu as dit: Avec la multitude de mes chariots je suis monté sur le haut des montagnes, sur le sommet du Liban; j'ai abattu ses superbes cèdres et les plus beaux d'entre ses sapins; j'ai pénétré jusqu'à l'extrémité de ses limites, et sa forêt du Carmel.

24. Je l'ai abattue. Et j'ai bu les eaux étrangères, et par les traces de mes pas j'ai séché toutes les eaux fermées.

25. N'as-tu donc point oui dire ce que j'ai fait dès le commencement? dès les jours anciens je l'ai résolu, et je l'ai exécuté maintenant: les villes fortifiées seront ruinées en monceaux de ruines tombant les uns sur les autres.

26. Les mains de ceux qui étaient assis dedans ont été sans force; ils ont été saisis d'effroi et convertis de confusion; ils sont devenus comme le foin des champs, et comme la verdure des toits, qui se séchent avant de venir en maturité.

27. J'ai prévu de même ta demeure, ton entrée et ta sortie, le chemin par où tu es venu, et la fureur avec laquelle tu t'es élevé contre moi.

28. Tu t'es emporté contre moi, et ton orgueil est monté jusqu'à mes oreilles; je te mettrai donc un cercle au nez et un mors à la bouche, et je te ferai retourner par le même chemin par lequel tu es venu.

29. Mais pour vous, ô Ezechias, voici le signe que je vous donnerai du soin que je prends de vous protéger: Mangez cette année ce que vous pourrez trouver de reste; la seconde année, année sabbatique, vous mangerez ce qui naîtra de soi-même, selon l'ordonnance de la loi; mais pour la troisième année, semez et re-



ibidem reliquum esse imbellem feminarum sexum, nunquam tamen cogitavit civitates illas bello esse tentandas. Exod. 38: Tribus temporibus anni apparebit omne masculum tuum in conspectu omnipotentis Dei Israel: cum enim ruleris gentes à facie tua, et dilataveris terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, et apparen te in conspectu Domini Dei tui ter in anno. Res planè admiranda, nunquam magis tuta civitas, quam dum illam viri religionis gratià humano presidio destitunt. Sic ergo puto: Deus spiritum misit timoris, aut alterius affectus animo Assyriorum, quò obliuionem laxaret, urbenque Jerusalem solveret à periculo, et ab omni sollicitudine ac metu. Fortasse spiritus timoris fuit, ne rex Ethiopum, quem aliquod novi mollii acceperat, res turbaret Assyriæ, aut aliquid eorum que contra se plerumque præsumit mala conscientia.

Cùm autem sic esset affectus animus Sennacherib, ut timendum esse existimaret ab omni Ethiopum motu, quo tempore rem Judæicam angustius urgebat, Deus nuntium venire jussit, qui Ethiopum consilia atque conatus aperiret. An verò hic angelus fuerit, an homo, querit Abulensis, q. 8, et merito definit angelum non esse. Contigit autem hoc loco Ezechia urbi que Solymitana, quod Davidi lib. 1. c. 23, quò cum ita premeretur à Saül, ut nullum appareret ædificium, nuntius accurrat Philistinorum impressionem annuntians in Israeliticis fines, quo interrumpere cogitata compulsus est. (1)

VERS. 9. — CUMQUE ADVISSET DE THARACA REGE ETIMORALE (2), DICESTES: EGO EXPRESSISTE PUGNET UT ADVENIRET. Duplex est Ethiopia, de qua sæpè in sacris litteris: altera post Ægyptum.

(1) VERS. 8. — INVENTI REGEM ASSYRIORUM KALCOSANIM LONIA. Lobus parum aberrat à Lachis: ambe verò considerant in montibus Juda, ad meridiem Hierosolymæ. Vide Josue 11, 51. (Calmet.)

(2) Processisse scilicet illum, ut sese aggressurus veniret. Tharaca à Strabone appellatur Thearchon, qui et laudat Megasthenem, narrantem Thearchonis victorias in Europam usque ad columnas Herculis sese porrexisse. Utrum Sennacherib prælium commiserit cum Tharacâ, ex Scripturâ non satis constat: quia et multo probabilius censentis, exercitum Assyrium casum fuisse in itinere, cùm Ægyptum versùs ipsè eadem nocte prædiscessisset, quò nocte Isaias spontonderat Ezechia futuram à Deo ex hostibus liberationem. Ethiopia, de qua hic, aliud est planè regnum ab eo quod hodie eo nomine noscitur, ad meridiem Ægypti. Regio erat in Arabiâ, et alterius intra Ægyptum inferiorem excurrebat. Sodem nomen populum Tharacæ constitui posse censentis in urbe Taphi, propè Pelusium; de qua regione locutum credimus Isaiam capite 18. (Calmet.)

ptum, quæ eo nomine communiter ab aucto-ribus vocatur; altera adjuncta terræ promissæ finibus, que est in deserto Sinal, et in regione Madianitarum, à qua ipsi etiam Madianiti dicuntur. Ethiopes. Vide que diximus ad illud Ps. 67: Ethiopia præveniet manus ejus Deo, Sed fuisse illam aliam Ethiopiam, tenent communiter Patres, docet Josephus lib. 10. ant. c. 1, et apud cum Hieronymus, et Hierodotus, ut citat Hieronymus. Postremi autem hi tres aliqui addunt, que non satis congruunt cum historiâ sacrâ, que hic commemorare non est necesse. Porro Ægyptum et Ethiopiam conjungit propheta c. 20, quod mihi omnino persuadet Ethiopiam illam esse, quæ attingit Ægyptiorum fines. (1)

VERS. 21. — STREVI TE, ET SUBANSAVIT TE, VIRGO FILIA SION; POST VERGEN TEUM CAPUT MOVIT. Hoc est oraculum quod Isaias reddidit ab Ezechia per legatos consultus, quod duas habet partes: alteram, quæ fugam stragemque Sennacherib spectat; alteram, quæ libertatem salutemque Jerusalem. More autem prophetico Jerusalem alloquitur sententiâ eadem his repetitâ, et iterum ad Sennacherib per eandem figuram sermone convertit. Cæterum despicere, abnuntiare et movere caput post aliquid, aut cupere aliquid, idem est: eo sensu dicitur, psal 21: Omnia videntes me derisierunt me, locuti sunt tibi, et moverunt caput. Et Matth. 27, idem fecerunt Judæi Christo crucifixo. Est autem motus ille capitis subsannationi accommodatus.

(1) VERS. 12. — GOZAN. Agitur hic de victoriâ regum Assyriæ. De hoc argumento conjecturas aliquas dedimus in dissertatione de regione quò decem tribus translata fuerunt, ibique has regiones quæstivimus trans Ephraïtem; sed præstat fortasse illas eis annem constituere. Exempla vicinarum et notissimarum Hebræis gentium magis apud ipsos valuisse, quàm que de remotis et minus cognitis affari potuisse. Gozan vel Gaxan erat in minori Armenia. Haran nîris est Syria Palmyrena, sub nomine Bararam in Tabolis Pentaguri nota. Resapha, vel Risapha occurrunt in Ptolomæo, in isdem Tabulis et in veteri Nulidiâ, atque in eisdem proximè collocantur. Filii Eden qui erant in Thebas, esse possunt cives Eden in Syria. Emath celestis est urbs Emess. Arphad incolæ sunt insule Aravi. Sapharaim, Ana et Ava jacent trans Euphratem, ut alibi demonstratum est.

VERS. 45. — TU ES DEUS SOLUS REGEM OXUM TERRE. Reparat quodammodo Ezechias injurias et probra, que Assyrii in Dei nomen jecerat, agnoscentes Deum Israelis unicum esse Deum regum mundi, qui tam longe abest ut vincatur cogaturque ab imperio alterius pendere, ut politis humanam nomen potestatem immensum superet: ex illo et per illum imperia omnia, et auctoritatis quidquid est, provenire. (Calmet.)

VIRGO FILIA SION. Usitata Hebræorum phrasîs, quæ nomine filie civitatem aliquam circumscribit, ut *filia Babylonis, filia Edom, filia Tyri*, pro Tyro, Babylone, Idumæâ. Dicitur autem Sion virgo, non quia idola non coluerit, ut vult Hieronymus, Haymo, Lyræ cum Glossâ ordinariâ super Isaiam, tum quia revera idola coluit et gentiliticas sordes in templum invexit, ut supra vidimus sub Achaz; tum etiam quia regiones aliæ, quæ impense idolorum cultui studuerunt, eodem modo filie virginis appellantur. Sic vocatur Babylon Isaiæ c. 45, v. 6; Sidon, c. 25, v. 12; Ægyptus, c. 46, v. 11; dicitur autem Sion virgo, sive ut amplius in injuria Sennacherib contra Jerusalem, nam ea injuria, quæ virgini inferitur, gravior debetur reverentiâ; sive quia diligentius puellaris ætas amatur et custoditur à parentibus, significat Deus Jerusalem tanquam teneram et dilectam virginem sibi futuram esse custodiâ. Sed fortasse alia ratio est, eò melior, quò etiam potest ad omnia quibus illud datum est, virginis nomen, quia ad illud usque tempus Jerusalem nunquam expugnata fuerat, neque violata ab hostibus: neque, ex quo in Hebræorum potestatem venit, unquam passa fuerat alienum torum, si est, alienarum gentium jugum subierat. Quam etiam ob causam existimamus etiam virginem vocari Babylonem, Sidonem et Ægyptum, quia nihil grave ad Isaiæ tempora ab hoste pertulerant.

Neque huic cogitationi admodum incommodat, quòd etiam post Chaldeorum direptionem vocatur virgo Jerusalem; Thren. 1, v. 15: *Torcular calcavit Dominus virginem filiam Juda*; et Thren. 2, v. 15: *Cui exequabere te, et consolabor te, virgo filia Sion?* Nam ex usu Scripturæ res retinere solent nomen quòd proximè habuerant; quâ ratione Simôn leprosus dicitur etiam postquam à lepra curatus est; et cæci dicuntur videre, et ambulare claudi, qui paulò ante cæci et claudi fuerant. Et in hoc ipso nomine exempla sunt, tum apud sacros, tum apud profanos scriptores. Virgil. eclogâ 6 de Pasiphae: *Ah! virgo infelix, quæ te dementia cepit?* Et Terentius in Andriâ de puella nuper violatâ: *Virgo illacrumat.* Joel cap. 1: *Plange, quasi virgo accincta sacco, super virum pueritatis tuæ.* Eodem igitur modo Chaldeorum armis subacta Jerusalem virgo dicitur, quia paulò ante metaphorico sensu virgo erat.

VERS. 22. — CUI EXPROBASTI, ET QUEM BLASPHEMISTI? etc., CONTRA SANGUINEM ISRAEL. Illic jam spectant ad Sennacherib, qui Deum Israel contempserat, quasi non posset populum Judæicæ ab Assyriorum manu liberare, cui Deus ostendit quantum sibi sit virum ad expugnandam humanam potentiam, et quam amanter olim, et liberaliter populum, cui Sennacherib extrema omnia minabatur, prosecutus sit. Ac si dicat: Nescis, ô Sennacherib, quis sit Sanctus Israel, adversus quem audaces et temerarios spiritus assumpsisti; ille est qui fecit hæc atque illa, quæ statim referuntur.

VERS. 25. — PER MANUM SERVORUM TROEM EXPROBASTI DOMINO. Hebræicâ phrasî idem valet quod *per servos*; sicut etiam in *manu*, ut habet Isaias cap. 37. Servi autem illi fuerunt Rabscæes, et Tharthan, de quibus supra, ex quo non difficile colligitur, verba omnia quæ proximè dicta sunt à Rabscæe, prædicta atque præscripta fuisse à Sennacherib, quorum non auctor, sed interpret et nuntius Rabscæes fuit.

ET DIXISTI: IN MULTITUDINE CERUUM MONTEM ASCENDI EXCELSA MONTIUM. Hæc verba sunt Sennacherib, quibus sibi nihil non arrogabat, cætera aperta sunt. Hoc verò de ascensu montium paulò obscurius. Placet quod putat Abul. q. 45, loca ardua, quæ tantum equitibus essent pervia, sic esse complanata atque aperta, dejectis scopulorum obstaculis, et succis arboribus, ut, quadrigis, quæ non nisi per plana atque aperta loca trahi possunt, commodos et expeditus esset accessus. Quæ loca aperuit etiam postea Vespasianus, cum per eandem Libani fauces exercitum traduceret, ut docuit Josephus lib. 5 Belli c. 5, et nos plerumque ostendimus ad illud Zachariæ 11: *Aperi, Libanus, portas tuas*; quod in Alpibus quoque tentavit atque perfecit Annibal, de quo Juvenalis, satyrâ 10:

*Opposuit natura Alpemque, nivemque; Didit aut scopulos, et montem rapti acies.*  
Sed certè per synecdochè Libanus et Carmelus pro locis sublimibus usurpantur, in quorum fastigiis sitæ erant civitates, ad quarum obliuionem suis quoque quadrigis expeditum fuisse ascensum gloriantur Assyrii. Alii metaphorice hæc accipiunt et in montibus principes intelligunt, et civitates munias: neque displicet explicatio alia, quæ in Libano et Carmelo Jerusalem intelligit, ad cujus fastigia suo pervenisse gloriabatur Sennacherib, minabaturque se excisurum cedros illius, populatarumque saltum Carmeli, id est, ablaturum quæcumque in Jerusalem speciem haberent et pretium. Sed placet magis explicatio prima, quam planè persuadet translatio Septuaginta:

quædam altitudinem Cæri eius, et pulchritudinem expressit, et intravit in altitudinem parvis sylvas.

VERS. 24. — ET BIBI AGUAS ALIENAS, ET SICCARI VESTIGIIS PEDUM MOURUM OMNES AGUAS CLAUSAS. Isaias c. 37, v. 25: Omnes rivos aggerum. Siccus est omnino sensus idem. Nam aquæ aliene et clausæ illæ sunt quæ dominos habent proprios, qui suis sumptibus communes alioquin aquas extractis aggeribus, seu cisternis colligerunt. Significat ergo Sennacherib à copioso exercitu siccatis esse aquas, nempe collectas, quæ ab Israelitis in cisternis de mare servabantur. Quæ ideo vocantur aliene, quia qui in cisternam fodit aut alio quovis modo communem aquam collegit, illius aquæ dominus est, quæ id latum, vel cisternam influxerit. Quare filii Israel prelio sibi aquas emelant à Chanaanitis, quia cisternarum aquæ non erant communes, sicut fluviorum et fontium. Quocirca Deus Deut. 2 sic ad filios Israel: Cibus emetis ab eis pennis, et comedetis: aquam emplant humeris, et bibetis, et Num. 20: Si biberimus aquas suas, nos et pecora nostra, dabimus quod iustum est: nulla erit in prelio difficultas. Hinc Nabet 1 Reg. 15, v. 11: Tollam ergo panem meum, et aquas meas, et dabo vobis, quia necro vultis? Has aquas pluviales atque conclusas puto vocari rivos aggerum, id est, aquas in extructio aggero collectas; vocatur autem aqua illa, rivos, aut quia rivos in influxerat et cisternas impleverat: aut quia in angusti valle objecto aggero represus, quod in locis arenibus frequens est. Cùm ergo defecissent aquæ, aut quæ in cisternis, ex imbre conclusæ, aut quæ in vallibus molis et aggeris opposito collectæ, aut etiam fontaneæ, quia fortasse populi à quibus ad aquas ascensus credebatur Assyrius, capita fontium obturaverant, aut exca aliis aliò defluxerant, sicut fecisse dicitur Ezechias 2 Par. c. 25, de aquâ castris aliò modo providi. Nam cùm militibus abundaret, in locis opportunis facili effudebat piteos, unde aquam ad satietatem hauriret. Quod fieri debere docet Vegetius l. 4, c. 10; quod fecisse Cassar dicitur in bello Alexandrino, ut tradit Hirtius, ac Scipio, ut Appianus de Bello Hispanico, qui eo consilio laborantem sibi exercitum refecerunt.

Si verò hic rivi aggerum, aquam fluentem et fontanam significent, ut putat Hieronymus, aliquid apud Isaiam additur ad ea quæ lib. 4 Regum traduntur, neque id historicæ fidei quoquam incommodat, cùm nihil neget, sed aliquid addat quod ibi præmissum est, cùm ibi tantum agatur de aquâ conclusâ, puta in

cisternis, ut diximus, aut in angustiis vallibus objecto aggero, quæ atqueam communiter vocatur. Neque est improbabile Assyrium exercitum vestigio suo sicasse rivos, id est, ubicumque vestigium poneret, cùm Xerxes exercitum in Græciam traducens flumina sicaverit, ut Herodotus l. 7, Justinus l. 2, de quo Jovenalis, σαύρα 10:

Crédimus altos

Defecisse amnes, epotaque flumina Mædo  
Prædente.

VERS. 25. — NEQUIS NON ACCIDIT QUID AMBITO FUGERIM? EX DIEMIS ANTIQVIS PRÆLATE ILLED, ET RING ABDUXI (1). Hunc locum satis expressit Isaias, cùm de Sennacherib cap. 10 loqueretur, ubi cùm de Sennacherib similia verba non historicè, sed prophetice retulisset, addidit: Et erit cùm impleverit Dominus caneta opera sua in monte Sion, et in Jerusalem, visitabo super sanctum magnifici cordis regio Assur, et super gloriam altitudinis oculorum eius: dixit enim: In fortitudine monte meo feci, etc. Ac si dicat: Ego inducam in Israeliticos fines regem Assyriorum, ut eo tanquam flagello perverecem populum castigem, sed ubi pervenerit ille ad

(1) C'est le Seigneur qui oppose les paroles très-variables d'un Dieu tout puissant aux paroles insolentes d'un prince impie, et qui confond ses blasphèmes par la force de sa vérité. Car saint Jérôme témoigne que c'est ainsi que Dieu disait à ce prince: ignorez-vous que c'est par ma volonté que vous avez fait toutes les choses que vous avez faites; et que j'ai prédit qu'elles devaient arriver, et que c'est moi qui ai ordonné qu'elles seraient accomplies par vous? Ainsi ce que j'avais résolu dans les temps passés, s'est exécuté dans le temps présent, qui est que les collets, c'est à dire, les princes qui se combattent apprennent les uns les autres, et les villes très-fortifiées ont été saisis de frayeur, et détruites dans l'instant que j'ai retiré de ma main qui les soutenait, et refusé l'assistance que je leur donnais. J'ai prévu et votre sortie et votre entrée, et j'ai prédit par la bouche des prophètes l'extravagance avec laquelle vous deviez vous élever et vous emporter contre moi. C'est pourquoi votre fureur et votre orgueil étant monté jusqu'à mes oreilles, je ne le souffrirai pas davantage, et je vous ferai connaître que le pouvoir que vous avez eu jusqu'à présent, ne vaait point de vous-mêmes, mais qu'il était un effet de ma volonté, et que je ne sersais seulement de vous, ainsi que d'un fer tranchant, pour couper et pour abattre des peuples impies, et comme des arbres stériles qui méritaient d'être traités de la sorte. Je vous mettrai un cercle au nez, et un mors en la bouche, pour empêcher de proférer davantage des blasphèmes, pour dompter votre fierté, et vous obliger de retourner en Assyrie. (Sacy.)

Jerusalem, ubi cum propter superbiam et Iosaniam opprimam. Vide quæ ibi diximus, et in hanc sententiam hunc locum explicat Hieronymus et Abulensis supra, q. 18. Vatablus et Lyra. Sic autem Hieronymus: Nunc ignoras (Sennacherib) quid hæc, quæ fecisti, me feceris voluntate, et ego hæc futura prædixerim, ac per te faciendâ mandaverim. Itaque quod olim decrevi, hoc impletum est tempore. Decrevit autem, aut potius prædixit cap. 10, ab illis verbis: Assur, virgo furoris mei.

ET NUNQ ABDUXI, ERUNTQUE IN RUINAM COLLIUM PUGNANTIUM CIVITATES MUNITE. Apud Isaiam cap. 37: Factum est in eradicationem collium compugnantium, et civitatum munitarum. Idem sensus utrobique obscurus, talem autem opinor: id quod ante fieri decreveram, et quasi ejus imaginem et exemplar plasmaveram ac fixeram, sicut statuarum ex argilla fingit prius formam, ad ejus similitudinem ex nobiliori materia simulacrum excudat; sic ego quod antea fixeram cogitatione, et obscure per meum prophetam significaram, in hoc tempore contuli: nempe ut colles sternerent, et civitates subverterent munitas, quæ contra me pugnant, id est, quæ me offendunt, quas per te quasi per flagellum corrigere decrevi. Hieronymus et glossa per colles principes intelligit, qui inter se animo dissidebant hostili. Ego non ineptè expositurus mihi videbar, si per colles compugnantes et civitates munitas, idem significari crederem; nam civitates illæ munitæ plerumque in collibus sitæ erant, quas ipsa muniebat loci natura; compugnantes verò dicebantur, quia faciliè pugnare possunt è superiori loco, et hostiles impetus non solum sustinere, sed etiam frangere. Hæc facit quod 4 Reg. pugnant dicuntur in Bibliis à Sixto correctis, non compugnantes. Septuaginta: Ut vastorem gentes, in munitioribus, et habitantes in civitatibus munitis. Neque Sennacherib, ad ejus insolentes spiritus respondent hæc verba, de aliis civitatibus à se expugnatis gloriabatur, nisi de his quæ essent in montium fastigiis, et quæ non nisi à prestante virtute debellari poterant. Porro civitates munitas capitis fuisse à Sennacherib, habemus Isaias c. 36, v. 1: Ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes civitates Juda munitas, et cepit eas.

VERS. 26. — ET QUI SEDENT IN EIS, HOMILES MANU CONTRAHENT. Apud Isaiam cap. 37: Habitatores eorum brevità manu contrahent. Reddidi rationem Dominus cur civitatum mu-

nitarum, et pugnantium collium habitatores tam faciliè expugnari poterint, quia manus brevità fuit. Quidam de Dei manu hæc accipiunt, quæ abbreviata atque contracta fuit in populos illos, quos per Assyrios castigare decreverat. Quare cùm Assyriorum manu confortaret, in quibus posuerat ultriorem virgam, manum autem suam contraheret ab auxiliand. Israelitis, imò illorum debilitaret manus, atque dissolveret nervos, quid mirum si tam levi, ac penè nullo debellati fuerint negotio? Sed puto hæc magis esse referendâ ad Judæorum manus, quæ abbreviata, id est, contracta dicebantur, quia parum contra Assyrium impressionem strenue. Quod mihi persuadere, quia hoc loco, ubi eadem sunt omnino verba in textu Hebræico, sic reddidit interpres: Et qui sedent in eis, homiles manu contrahent. Hebr. est, hillec iad, quæ ad verbum valent, breves, seu abbreviatus manu, id est, habentes manum abbreviatam. Sed quoniam que referas, idem semper est sensus. Nam si Judæi ab Assyriis expugnati sunt, et è suis sedibus pulsati, si manus habuerunt dissolutas et debiles, idem accidit, quia Deus illis virtutem et audaciam ad resistendâ negavit, quam ad obsidionem usque Jerusalem Assyriis suæ indignationis administris copiosam imperitus est.

FACTI SUNT VELUT FOENEM AGRU, ET VIRENS HERBA TECTORUM. Hæc similitudine satis explicatur hominum infirmitas, quos divinus deserit favor, quia herbe istæ dum immaturæ sunt et virides, faciliè vel à sole exsurgunt, vel marcescunt à gelu, vel calcate pedibus, vel à pecore carpal deflorescunt et pereunt. Quare Deus dùm hominum imbecillitatem extenuat, his vitium similitudinibus Isai. c. 40: Omnis caro fenum. Vide ibi plura Pital. 89: Moxe sicut herba transiet, mane flores ei et transiunt, vesperè indurati et arceati. Pro se moralè observa civitatum munitiorum, et colles præaltos et pugnaces, si Deus offensus sit, manumque ab auxiliand contrahat, verli in fœni et herbe tectorum utilitatem, et herbe adhuc immaturæ molliorem: quæ faciliè uruntur, et vaneunt, et in gramin pascuæ, quod omnium pecorum atque armentorum dentibus propoliantur est.

VERS. 27. — HARIACULUM TEUM, ET EGRESSEN TEUM, ET INTROITUM TEUM, ET VIAM TEAM EGO PRÆSECVI. Idem penè verbis Isaias c. 37. Per hæc tria omnia significantur, quod fieri ab hominibus possunt. De ingressu atque exitu,

quibus omnia hominum facta atque consilia comprehenduntur, res est adeo certa, ut penè abierit Hebraeis in proverbium. Num. 27 de Josue: *Ad verbum ejus ingredietur, et egredietur*, id est, nihil faciet ex Moysis imperio. 2 Paralip. 1: *Benedictus eris ingrediens, et egrediens*, et Psal. 120: *Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum*, Hispanus: *Todo aquello en que pusses mano*. Habitatio hic aliquid addit ad superiora, idque non leve: nam præter exitum et introitum, aliquid aliud spectatur in homine, nempe habitatio et quies, quæ longè ab ingressu, atque exitu sunt, in quibus quies nullo modo reperitur. At ergo Dominus nihil sub esse non exploratum, quod molitus fuerit Sennacherib; sive cum seipsum, et castra aliquò moveret extra propriam sedem; sive cum in regno suo, aut in debellatis atque finibus quiesceret. Eodem loquendi genere usus est David Psal. 138: *Tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam*; aut, *stare meam, et surgere meam*; id est, omnia operum mea. Quod remissionem in Psalmo, id est, *egressus et introitus in Isaiâ*, et quod ibi scio, idem hic est habitatio; et utroque loco Hebr. est *isatâ*, quod stare atque sedere valet.

Vers. 28. — *Poxam itaque circulem in naribus tuis, et canem in labiis tuis*. Dignum sane suspicium insolentis animi, ut qui se supra homines esse putat, ad muti atque ignobilis bruti similitudinem abiciatur. Adduxerat Dominus Sennacherib, juxta ea quæ supra dicta sunt à nobis, in terram Israel cum instructa regio gloriose triumphantem: nunc verò idem, qui adduxerat, aut potius triumphantis in modum traxerat Deus, minatur eundem à se reductum iri ignobilem, abjectum, non solum ornamenti, sed etiam castris nudatum, in terram unde venerat, non sæcis ac bubalus ad aratrum trahitur alixo naribus in eo circulo, ut ferat illius maris atque regionis consuetudo, aut sarcinas asinus, aut nulus inserto hano.

Hic ego aliquid magis occultum videor odorari, quod curioso lectori indicabo breviter potius quam persuadere. Objectum nuper faceret Assyrio, quod subsannasset virginem filiam Sion; subsannatio verò fit, aut distorto ore, et exerci lingua instar canis, et naso rugato et adunco. De lingua atque ore Persius Satyr. 1, ubi cum ageret de sannarum generibus, ait:

*Nec lingua quantum sital canis Appala.*

De naso rugato atque adunco, nihil est

quod dicam, cum jam *naso quemquam suspendere* pro irrisione sumatur, et nemo nesciat quid sit apud poetas, *naso quemquam suspendere*. In subsannatione verò illa superbi regis verisimile est cum moveret caput, quod paulò ante fecisse dicitur, vibrasse quoque nasum contumeliosè, et os distortisse, ac linguam exeruisse petulantè. Punit ergo Dominus sannas illas supplicio maxime ad regis contumeliam attemptato: naso enim indiget hamum, seu circumum; ori verò frenum injiciet, ne pars quæ Assyriæ arrogantia servierat, maneret impunita.

ET REDUCAM TE IN VIAM PER QUAM VENISTI. Proverbialis species apparet in his verbis, quæ sigillatim irritus alieuis conatus, qui tam est longè, ut quicquam promoveat, ut potius retrò redeat male mulcatus. Idem statim reperitur v. 33: *In viâ, quâ venit, per eam revertetur*. Simili adagio utitur Hispanus, qui cum significat aliquem, re infecta, redisse, ait *volviese por do vino*.

Vers. 29. — *TUM AUTEM, EZECHIA, HOC ERIT SIGNUM: COMEDE HOC ANNO QUÆ REPERERIS; IN SECUNDO AUTEM ANNO, QUÆ SPONTE NASCENTUR: POMO IN TERTIO ANNO SEMINATE ET METTE*. Apud Isai. c. 57, paulò aliter: *Comede hoc anno, quæ spontè nascentur, et in anno secundo pomis vescere, in anno autem tertio seminate et metite*. De duorum locorum conciliatione statim, nunc primum de translatione quæ est apud Isai. c. 57. Convertit propheta sermonem ad Ezechiam, tempusque definit, quo ad antiquam tranquillitatem populus reversurus sit, id est, post duos annos, ut Hieron. et alii censent. Est autem verisimile regem Assyrium obse-disse regiones proximas Jerusalem, in ejusque agros excursions fecisse prædandi gratiâ, et arborum fructus, si qui erant esui non immaturi, decerpisse eo tempore quo adhuc messis erat in herbâ, solvensque obsidionem repentino nuntio de Æthiopia adventu, conculcatis jam frugibus: ita ut nulli, aut exigui proventus ex eo satù sperari poterint. Alitèrigitur Dominus ut eo anno Solymanitanis comedit quod in agro reliquum fuerit et frugibus ab Assyriorum strage. Hoc verò spontè nasci dicitur, et si priùs à Judæis seminatum, quia perinde id habebatur post Assyriorum appulsum, ac si nihil eo anno factum esset seminis. Nam quod hostes aut latrones non abstrulerunt, in beneficio ponimus, perinde atque si spontè, nullo nostro labore ac merito nobis esset oblatum, Deinde quia redituros erat

Sennacherib anno sequenti ab expeditione Æthiopica, et populaturs quidquid satum esset à civibus, monet ne eo anno seminis fiat, sed vescantur pomis. Cum autem anno eodem extinguenda sit Assyriorum potentia, neque ab illis deinceps aliquid inferendum mali, jubet ut deinde alceres et securi seminent, terræque proventus quam velint copiosè et sine metu fruantur.

Hæc juxta translationem, quam apud Isaiam adhibuit Hier., quam sumpsit ex Symmacho. Septuaginta aliter vertunt: *Comede hoc anno quæ non seminasti, et anno secundo reliquias, tertio verò seminastes metite*. Quam versionem non improbat Hieronymus, juxta quam hic est sensus: Hoc anno comede, quod ex superioris anni proventus reconditum est; secundo anno, quæ ultrò terra fundit; tertio verò jam hoste metuque sublato, seminare et plantare tutò licebit. Quam explicationem sequitur Vatablus; et in sua translatione indicat Foreirus, imò et Hieronymus non displicet hoc in loco, quæ nunc commentatione illustrare contendimus, cujus translatio, quam nuper adduximus, in hunc sensum non difficilè trahitur. Et quidem Hebraicus textus utroque loco idem est, unde tantum voce passivum immutata; sed in translationibus nonnulla diversitas, non tamen illarum diversa sententia. Nam apud Isaiam c. 57 est: *Comede hoc anno quæ spontè nascentur, et in anno secundo pomis vescere*. At hoc loco, *comede hoc anno, quæ repereris, secundo autem anno, quæ spontè nascentur*. Hæc igitur, quæ videntur esse diversa, nos inter se componere et conciliare tentemus.

Pro his quæ spontè nascentur, Hebr. est *saphiach*, quæ vox significat id quod sine ullâ operâ, aut industriâ hominum nascitur, seu spontè fundit terra, sive quod ex relictis anni superioris gravis in agrò nascitur. Sed est mihi verisimile hoc loco *saphiach* esse, quod ex radicibus demessa aut conculcata segetis pululul, quod Hispanus vocat *retomo*, aut *rameros*, quod mihi snadet vocis significatio, quia *saphaph*, congregare est, *saphiach*, id quod aggregatur. Aggregari verò dicitur, quod non questum ad laborem agricolarum accedit: sed maxime id probatur ex c. 26, vers. 85 Levit. ubi sabbatismus, id est, requies indicitur agris à Deo, ut neque *saphiach* meti possit, quia jam Deus quod satis esset in usum duorum annorum providerat. Pro *saphiach* verò Vulgatus reddidit, *quæ spontè gignit humus, et iterum vers. 14, spontè in agro nascen-*

tia. At quis credat prohibitum esse messem illorum quæ reposita essent in horreis anno superiori, quod nonnulli censent? Hæc verò optime vocari possunt vel *spontè nascentia*, ut dicitur hic, vel *quæ repereris*, ut 4 Regum, quia illa quæ eo modo pullulant, ex eo quod conculcatum, aut excussum, aut demessum est, sine ullâ agricolarum novâ industriâ reperta casu, aut oblata gratis videri possunt. Hoc autem loco credo, *spontè nata* dici, quæ ex radicibus conculcata segetis erumpunt, non quæ ex relictis gravis orta, ut putabat S. Thomas et Lyra; nam si plena jam erant et matra grana, qualla in messe sunt, nihil ex illis nasci poterat, quod usui esse posset in illum primum annum, quia in æstate, in quâ messis frumentaria plerumque fit, et plena sunt spicæ, et grana matra, non potest reanasciturus frugibus maturis esse tempestiva in illum annum. Secus est si negetis, modò sit in herbâ, radix mæneat; quocumque enim tempore, si adsit benignior cœli clementia, ex illâ novè oriuntur calvâ, et fructus interitum colligunt uberes et pleni: imò nonnumquam in solo pingui primos atque illæses segetum proventus æquare solent. Quare confirmat Dominus Ezechiam, qui tenere poterat, ne depastis ac populatis agris ab Assyrio, populus laboraret fame, et ait, satis ad usum illius anni fore frumenti ex frugibus ex desperatâ messe spontè nascentibus, quod signum esse vult eorum, quæ in alios deinde annos Assyriis minatur.

Pro eo quod hoc loco Vulgatus vertit, *quæ spontè nascentur*, et apud Isaiam *pomis vescere*, Hebr. est hic *שחית*, illic *שחית* *sachia*, ubi facta est metathesis, seu transpositio litterarum, quæ sine ullâ significationis varietate in aliis quoque dictionibus apud Hebræos reperitur. *שחית* *cesed agnia* est; et aliter transmutatâ litterâ *שחית* *cebes* significatio manet eadem. *שחית* *simlah*, *vestis* est. Item *שחית* *simlah*, quod idem omnino in hac voce *שחית* *sachia*, dicendum est. Hanc vocem Rabbi David, et Pagninus ex ejus sententiâ, putant significare id quod ex radice germinat. Et quidem Pagninus sic exponit: *Primo anno vesceris eo quod ex radice pullulat; secundo eo quod ex gravis oritur est*. Quare etiamsi seminato nulla sit, non tamen populo in duos annos frumentum decrit, quibus res frumentaria futura videbatur angustior.

Sed puto vocem illam *sachia* aliquid significare amplius, id nempe quod nascitur ex eo

quod eo anno satum non est, sed ex radice antiqua, aut ex labore alterius anni, qualis est arborum fructus, qui provenit à plantâ longè ante illud tempus satâ, aut sine uovo cultu, aut operâ ex granis, aut herbarum radicebus prius relictis. Quare optimè Vulgatus apud Isaiam per synochem poma adhibuit pro his quæ ex antiquâ radice suo nutu proveniunt; à tamen Reg. propriè atque universalis pro his quæ quoquoquomodo spontè nascuntur. Quod aliis locis in variis dictionibus fecit Vulgatus, quando vox Hebraica ejusmodi est, ut totam ejus latitudinem assequi non possit una vox Latina. Tunc enim diversis in locis variè ab interprete redditur. Exempla sunt plurima; accipe nunc duos: vox *ETZ* *firos*, quæ id significat quod ab aliquo exprimitur, modò à Vulgato per oleum, modò per vinum redditur, modò per atramentum, ut Psal. 4: *A fractu fragmenti, vini et olei est. Et ceteris*, quod gutta significat, id est, illud quod geminis gustarum instar mentibus splendet, Hieronymus Isaiæ cap. 5, duplus nominibus expressit, totumque *et montibus*. Sic quia Vulgatus totam latitudinem vocis *tachis* uno non poterat, duos nonnominibus Latinis expressit.

Antequam hinc emigro, addam quod Lyra hic censet ex sententiâ Rabbi Salomonis. Alii enim Assyriæ contulcasse segetes, et arbores excidisse, ita ut nullus jam ex illis fructus sperari poterit; fecisse tamen Deum, ut neque segetes essent sine spiciis, neque arbores, sine pomis. Nam primo anno ex his quæ concitata ac penâ emortuæ segetes produxerunt, viclavit populus; secundo anno ex pomis, quæ ex arboribus ab hoste succisissæ provenerunt. Quis duos, qui proximè expertus est Ezechias, signum esse voluit Deus eorum quæ de libertate civitatis et fugâ Sennacherib ante promiserat, quod sine minus quam solet abs re contingit hinc negator Rabbi Salomon.

VERS. 30. — QUODAMQUE RELIQUO PESSIT DE DOMO JUDA, MITTIT RADICES PROBUS. Solatur jam Ezechiam et Solymanios eives alio nomine, qui numero ac conturbati jure optimo poterant, eum civitates Juda afflictas, spoliatas ornamentis, et orbitalis cibus viderent. At ergo illos, qui de domo Juda reliqui fuerint, usque ad strenuos ac felices futuros, et collapsa erigere, ruinosa instaurare, rem denique Judæam variè concussam ad antiquum splendorem revocare possunt. Quod optimè et proverbial, ut notè, similitudine declarat, in quâ Hebræorum more compara-

tions nota prætermittitur. Erant, inquit, reliquæ Jerusalem atq; felices, ut crescant roborenturque non alter atque plantæ, quæ altas radices deorsum agunt, et sublimis apsum ramos expandunt. Hæ autem plantæ communiter fructuosæ sunt, et aliis vix radicibus facillè ventis et temporis injuriis resistunt. Secus est aliis plantis, quibus horum utrumlibet defuerit: nam si radices non agunt altas, quantumvis sursum se sublimis attollant, neque fortes sunt, neque diuturnæ, ut ex quorundam sententiâ docet Plinius lib. 16, c. 51, qui docet brevitate radicem arbores celerius consensescere, quæ propter eandem causam, si ventus violentior ingruerit, facillè evelluntur. Contra accidit his arboribus, quæ altis radicibus terram amplexæ sunt, ut de æculo docet Plinius supra, et Virgilius Georgic. :

Quæ quantum vertice ad auræ

Ethereæ, tantum radice ad tartara tendit.

Ergo nos *egentes* illam, non *fabra*, nec *inbre*, *Concellunt*.

Neque satis est ad felicem arborem, ut profundis nitatur radicibus, si aut parum extet à terrâ, ut frutex, rubus, genista, aut infirmo sit caudice, ut carex, aut arundo, quæ neque speciem habent, neque commoditatem fructuam aut materiam ad constituendam novam, et fruendam antiquam et ruinosa domum. Est autem elegans descriptio plantæ nobilis, et optima metaphora, quâ felix hominum successus, et optima fortuna significatur.

VERS. 31. — DE JERUSALEM QUIPPE EGRESSA TER RELIQUIS, ET QUOD SALVETUR DE MONTE SION. Jam explicat quidnam sit reliquum illud, quod radices ager et ramos extendet. Sunt autem, qui cum Ezechias fuerant in Jerusalem, quos tenuit, non tamen debilitavit Sennacherib; illi ergo egressi ex urbè constituerunt quæ ab hoste concussa fuerant, atque convulsæ aliis in locis, integranturque ea quibus ille hehorum motus plurimam abstulerat. Aliqui hæc ad Evangelium referunt, salutem gentibus per Apostolos allatam qui ex Sion egressi omnem terram pervagati sunt. Typicè factus, at historicè sicut reliqua omnia existimo, cum aliis communiter de statu rerum Judæarum esse intelligenda.

NON INGRUEBAT URBEM HANC, NEC MITTIT IN EAM SAGITTAM. Hinc constat statim atque expugnâ Æthiopum rediit Sennacherib, antequam civitatem obsideret et aggeres exciteret, accidisse ab angelo stragem illam, quæ Assy-

riorum vires attrivit. An verò juxta Jerusalem, aut alio in loco ciades illa contigerit, docuimus ad illud Isaiæ cap. 50: *Preparata est ab heri Topheth*, ubi diximus accidisse prope Jerusalem in vallo Josaphat. (1)

(1) VERS. 32. — NON INGRUEBAT URBEM HANC, NEC MITTIT IN EAM SAGITTAM, NEC OCCUPABIT EAM CYPELES. Reddi potest Hebræus: *Non venit ad urbem hanc, nec mittit sagittas suas; non faciet sagittas suas in propagatorem, è superioribus montibus prefantes*: denique miles clypeo armatus testudinem non faciet, ut propius ad urgenda moenia accedat. Adhuc vertere licet hoc in superioribus, Sennacheribum Hierosolymam non venisse; reductas enim Lobna copias duens in Thracum regem Æthiopiæ, in itinere exercitii suo universo spoliatus est.

NEC CIRCUMDABIT EAM MURITIO. Olim in obsidionibus ducto circum vallo clauderentur urbes, sepiebanturque undique subibus, fossis et aggeribus, ut neque egressi ex urbe, neque ingreffi quis possent. Addebantur etiam propè moenia aggeres altiores, ubi machinæ locerentur, vel sagittarii, ut malis à muro propugnatoribus tuis admoveantur ad aggressionem scalæ. Hebræum *Solelah* significat, auctoribus Judæis, machinas ejectionis lapidibus de tellis, *ballistæ*; sed præstat explicare de aggeribus, ut jam animadvertimus. Vox *Solelah* usurpato solet de ductu quodam aggeris, seu via altioris. Censet Josephus, Sennacheribum ex Ægypto reducem venisse ad exercitum, quem dicebat Babsaces, castraque locasse ad orientem vicis, quæ parte torrens Cedron hinc. Quæ vulgaris sententia est: exterrumne statim serie planè contrarium innuit. Exercitus Assyriorum ante Hierosolymam, ejus recepta à traditione memoria superest, ille erat, quem Tharshon, Babsaris et Babsaces duxerant. Copiæ autem illæ non ad obsidionem Hierosolymam, sed ad indicendam deditiorem, terrendo quæ eives venerant.

VERS. 33. — PER VIAM, QUÆ VENIT, BREVIATUR. Revi cogitur Assyriam repelere. Visum est autem Numini vitam huic principi prorogare, ut ultionis quæ testem haberet, et superbus ille divinus ignominiam suam divinitus justitiam gravissimum pondus suniret. Sanè Dominus vitam illi suo tempore remisit: una mors pro merito impiam regem non punisset. (Calmet.)

VERS. 34. — PROPRIA DAVID. Quæres cur non dixit: *Propter Ezechiam et Isaiam*, quorum sine dubio preces Deo gratissime extiterunt? Optimè Glycas 2 parte Annalium, citatus in Glossâ: *Hæc verbo*, inquit, ita divinitus prolata sunt, ut non putaret Ezechias orationem suam, justitiam suam, quæ præditus erat, exauditam esse. (Corn. à Lap.)

VERS. 35. — VENIT ANGELES DOMINI ET PERCUSSIT IN CASTRIS ASSYRIORUM (1). Hæc acciderunt biennio, aut eo circiter, post istud vaticinium, id est, post longam illam moram quam

*Je protégerai cette ville, et je la sauverai à cause de moi et de mon serviteur David.* Ces mêmes paroles sont encore répétées dans le chapitre suivant. Quelques hérétiques les entendent en un sens qui n'est point, comme le remarque un savant théologien (Estius), de protéger la ville de Jerusalem, à cause du pacte qu'il avait fait avec David, ne regardant point aux mérites de David même, mais seulement à la promesse qu'il lui avait faite, et ne voulant pas manquer à la vérité de sa parole. Mais ce n'est pas en ce sens que l'ont entendu les Pères, et surtout saint Jean Chrysostôme et saint Jérôme. Ce dernier dit expressément que ces paroles, à cause de moi et de mon serviteur David, signifient que les enfants d'Israël devraient être conservés, non par leurs propres mérites, mais par un effet de la clémence de Dieu, et même en considération de David, leur père. En même dit ce saint, on les faisait souvenir, et de leur extrême bêtise, et de la justice pleine de foi de ce grand prince, puis que l'amour de Dieu pour la vraie justice était tel qu'il donnait sa protection aux enfants des saints, dans la vue de la sainteté de leurs ancêtres. *In tantum justitiam diligunt Deus, ut etiam posteros sanctorum hominum, non suo merito, sed majorum virtute teneant.* Et saint Chrysostôme ne s'explique pas sur ce sujet avec moins de force, lorsqu'il dit: *La bonté de notre Seigneur est infinie; car il accorde souvent le salut d'un grand nombre de personnes en considération de quelques justes.*

Mais que dis-je, en considération de quelques justes? Souvent même, lorsqu'il n'a en lui aucun juste dans la vie présente, il veut bien faire miséricorde aux vivants, en considération de la vertu de ceux qui sont morts. Et c'est ainsi qu'il déclare hautement dans son *Exilium: Je protégerai cette ville à cause de moi et de David, mon serviteur.* C'est à dire qu'en core que ses habitants soient indignes d'être sauvés, toutefois la miséricorde m'est tant ordinaire, et me sentant très-pitié à traiter les hommes avec indulgence, et à les tirer des mains qu'ils souffrent, j'ai résolu de les protéger, tant à cause de moi-même que de David, mon serviteur. (Sacy.)

(1) Hérodote, dit Voltaire, parle d'un Sennacherib qui vint porter la guerre sur les frontières de l'Égypte, et qui s'en retourna parce qu'une maladie contagieuse se mit dans son armée; il n'y a rien là que dans l'opinion commune. Que le roi de la petite province de Juda s'humilie devant le roi Sennacherib... ce n'est point une chose hors de vraisemblance; mais que le prophète Esaië vienne de la part de Dieu dire à Ezechias que le roi Sennacherib a blasphémé; et qu'un ange vienne du haut du ciel frapper et tuer cent quatre-vingt mille hommes d'une armée chaldéenne, et que cette extinction aussi épouvantable que miraculeuse soit inutile; qu'elle n'empêche point la ruine de Je-

posuit Assyrius in subjugando *Ægypto* atque *Æthiopia*, nempè postquam uno anno comedit populum, quæ sponte nascentur, et altero victavit pomis. Narratur autem hic à propheta ut ostendat quemadmodum fidem habuerit, quæ prædicta sunt, sicut paulò ante cum dixisset Dominus daturam se spiritum utique timoris Assyrii, et audiendum nuntium, sta-

tim subjicit audivisse nuntium de bello *Æthiopia* apparatu; et ita statim advertisse exercitum à Judæa. Quo genere mortis perierint Assyrii, diximus super *Isaiam* cap. 10, ad illud, *subitis gloria ejus*. Vide *Abulens*. hoc loco q. 20.

Noque hic omitterendum puto hanc historiam notam esse gentilibus, quam tamen ipsi, sicut alia pleraque, quæ à sacris scriptoribus accipere, suis implicuerunt nugis, et ridiculis fabellis corrumperunt. Narrat enim *Herodotus* in *Euterpe* ad finem, impium *Sennacherib* divino auxilio nudatum armis in turpem fugam fuisse conversum, sed fallitur in multis; primum in loco, quia id in *Ægypto* evenisse prodit, et multò magis in cladis acceptæ narratione. Nam quæ Scriptura sacra angelo, et *Herodotus* miribus violata religionis ulioribus adseribit; quæ de *Ezechia* narrat *Isais*, et *Herodotus* sacerdoti *Vulcani*, qui apud *Ægyptos* dominabatur, tribuit. Sed præstat audire ipsum *Herodotum*: « Cum *Sennacherib*, *Arcelium* *Assyriorumque* rex, cum magnis copiis intrasset *Ægyptum*, tunc memorant sacerdotem consilii inopem in cœnacuulo se cœnatisse, ibique apud simulacrum cœnatisse, quanta pati periclitaretur, eique cœteræ lamentationem obrepisse somnum, et cœteræ quietem visum astare deum exhortantem nihil ipsum molestia passurum, si copiis et *Arabum* obviam iret: se enim auxiliosos ei commissurum. His insonans fretum sacerdotem cœnatis *Ægyptiorum* his, qui secum vellent, castra in *Pelusia* possidere, etc. Et cum pervenissent, noctu effasam ipsis hostibus vim agrestium murium, qui illorum tum pharetras, tum arcus, tum sentorum habenas obderant, ita ut posterdie hostes armis exuli et fugam fecerint multis amissis. Eoque rex in templo *Vulcani* lapidibus suis manu mœrem tenens, atque hæc per literas dicens: In me quis intuens plus esto. » Mihi dubium non est ab verissimâ et gravissimâ historiâ ortam esse hanc levissimam et ridiculam fabulam: quia hic nihil firmè est, cui non in illo fabuloso commentò respondeat aliquid, sed corruptum, ut videt.

Et reversus est *Sennacherib* rex *Assyriorum*, et remansit in *Ninive*; cœque adoraret in templo, etc., filii eius percesserunt *Ewclat*. Cur filii percesserint *Sennacherib*, variâ à variis traduntur. *Lyra* adducit sententiam *Rabbi Salomonis*, quam non improbat: quod scilicet *Sennacherib* timens suorum odia, qui

graver ferebant filios et amicos extinctos, ut eorum placaret animos, aut manus effugeret, promissis de suo suorum filiorum victimam: quod cum filii fuissent odorati, præverterunt parentis consilia, ipsique eadem maturè occupaverunt. Vide *Abulens*. supra, q. 30. Quamdiu verò vixerit in *Ninive* ab eâ clade quam divinitus accepit, non constat, sed vixisse aliquos dies non paucos, verisimile est ex c. 1 *Tobias*, ubi traditur reversum è *Judæa* vixisse vehementer *Judæos*, et eorum plurimos occidisse, ita ut *Tobias* donis suis spoliatus à rege cum utrore aufugerit. Ab hæc autem fugâ post 40 dies *Sennacherib* dicitur obtruncatus à filiis.

Quaritur *Abulens*. supra, q. 30, cur *Sennacherib* cum aliis multis non fuerit ab angelo percussus propè *Jerusalem*; et rationes assert variâs, quæ apud illam vide. Nos cum *Hieronymo* dicimus idèò fuisse servatum, ut cognosceret potentiam contra quam superbè atque impiè fuerat locutus. Addo ego ut ignominiam subiret fugæ tum in suis, tum in aliorum regnis, quæ victor non multo ante lustraverat, quæ superbo regi multò erat ipsi morte acerbior, Deinde sicut *Pharao* extremis omnium perit, ut sui regi plagas et primogenitorum mortem prius videret, et *Sedecia* non prius effossi sunt oculi quam filiorum eadem aspexit; sic neque *Assyrio* regi vita erepta prius est

## CAPUT XX.

1. In diebus illis ægrotavit *Ezechias* usque ad mortem; et venit ad eum *Isais* filius *Amos*, propheta, dixitque ei: Hæc dicit Dominus Deus: Præcipe domui tuæ, morieris enim tu, et non vives.

2. Qui convertit faciem suam ad partem, et oravit Dominum, dicens:

3. Obsecro, Domine, memento, quæso, quomodo ambulaverim coram te in veritate et in corde perfecto, et quod placentium est coram te fecerim. Flevit itaque *Ezechias* fletu magno.

4. Et antequàm egrediretur *Isais* medium partem atrii, factus est sermo Domini ad eum, dicens:

5. Revertere, et dic *Ezechia*, duci populi mei: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Audivi orationem tuam, et vidi lacrymas tuas: et ecce sanavi te, die tertio ascendes templum Domini;

6. Et addam diebus tuis quindecim an-

quam eadem suorum, quam regi perturbationem et lacrymas, quam suorum motus contra se incitato spectare contigit. Accedit quòd mortem pertulit illam à filiis; quo quid acerbius? Non ergo evasit angeli gladium, ut mortem declinaret, sed ut duritiâ atque ignominiosius periret. (1)

(1) *Vers. 37.* — Cœque adoraret in templo *Nesoch* *Meus* *Meus*. . . filii eius percesserunt *Ewclat*. Dicit *Tobias* l. 21, *Sennacheribum* ut *Ninive* rediit, curas omnes contrivisse ad læcessendos *Israelitas*; sed vix elapsis quadraginta quinque, vel ex *Græco*, quinquaginta quinque diebus, à filiis interfectum, quo subodoratos fuisse docet *Itabini*, et cum illis plures, patrem suum de offerendis illis in sacrificium numini cogitasse. *Deus Nesoch*, *Tog* penitus latet: appellant illum *Septuaginta* *Mezzy*, *Mezerach*, sive *Esazzy*, et *Josephus* *Asacco*, *Araaken*, quo ille nomine nuncupat templum, ubi *Sennacherib* cretus est. Apud *Itaburam* *Tobias* à *Mansero* vulgatum, est *Dagon*.

FUGERUNT IN TERRAM *ARMENIAM*. *Beltraeus*: In terram *Ararat*. Actum est à nobis aliud de montibus *Ararat* in *Armenia*, quorum celebre est nomen ex archè *Noe*, quæ vertit illorum *Insedit*. Ea gens belliciosissima habita est, suæque libertatis studiosissima, quam adversus *Assyrios* et *Persas* nunquam non defendebat.

REGNAVIT *ASARHADON* FILIUS TUIS PRO EO. Creditur *Adramelechum* et *Sararum* dnos fuisse filios *Sennacherib*, nam *malcham*, ad quos jus hereditatis regni pertinebat; sed in edium paritellid exelinos fuisse, *Asarhadon* appellat *Sargon* in *Isais* 20, 1, et *Achidon* in *Tobias* l. 21, et *Asaradon* apud *Ptolemæum*. (*Calmel*.)

Prima est, sole ex suo cursu orientem ver- sus revocato umbram in horologio decem repe- tisse lineas: ita August. de Mirabilibus Scri- pturae lib. 2, c. 48; Dionysius epist. ad Poly- carpum, Theodoretus in illud Psalm. 29: *Au- dicit Dominus, et misertus est mei*. Hieronymus, Cyrillus, Procopius, Lyra, Haymo, Hugo, Ada- mus super Isaiam, Elias Cretenensis super Nazian- zenum, recentiores plerique, et in his Serrarius in Josue. Neque deest aliquid admiranda hujus novitatis vestigium apud profanos: nam He- rodotus in Euterpe paulò postquam egerat de fugâ Sannacherib, licet aliud spectans longè diversum, ait:  *intra decem milia, trecentos- que et quadraginta annos, quater solem præter consuetudinem lineas exortum: his e quidem illic exortum ubi nunc occidit, his e autem ubi nunc oritur, illic occidisse.* Quod sanè factum videri potuit, si sol à deci- mâ, in est, à postremâ ferè horâ diei re- vocatus est ad ortum: tunc enim oriri ab occasu et in ortu occidere videri potuit. Sed, ut verum fatear, si locus iste diligenter ex- pendatur, non valde est ad rem propositam. Facit præterea plurimum ad hanc sententiam, quod tam hic quam Eccl. 48, sol conversus fuisse retrò traditur, et quando gravis aliqua ratio non premit, verba in suâ proprietate sunt exponenda.

Secunda conclusio, si lineæ in horologio per horas, et non per semisses, aut quadrantes dis- tinguebantur diem, probabile est non solum motu solem, sed velociori spatium illud horarum decurrisse, quod sentit supra et probat Caje- tanus. ®

Tertia conclusio, mihi omnino certum est per semisses aut quadrantes, aut aliam brevio- rem mensuram vulgari ac distingui dierum spa- tia in horologio Achaz, non per horas. Quod omnino probat ratio Abulensis, de qua supra. Nam si decem horas ter decurrisset sol, quod erat omnino necesse, et addantur deinde duæ, quæ ad duodecimam supersunt, necessariò fit, ut dies ille fuerit triginta duarum horarum, quod aliqui fatentur, ut vidimus. Tunc autem

dies ille major esset eo qui stante sole effluens est tempore Josue. Hic enim ad trium ferme dierum spatium productus est; ille verb sub Josue ad duorum tantum; et tamen neque fuisse unquam, neque futurus dicitur major aliquis dies. De altero constat Josue 10: *Stetit itaque sol in medio caeli, et non festinavit occumbere spatio unius diei. Et Eeel. 46, de Josue: At non in iracundia ejus impeditus est sol, et una dies facta est quasi duo. De altero expressum est Josue 10; statim enim post verba citata subditur: Non fuit antea et postea tam longa dies.*

Contra rationes Burgensis quas nos adduximus, quibus etiam eundem sententiam confirmat Montanus, satis multa replicator in libro 4 Reg. et in eodem Dionysius. Hos consule. Apud quos invenies aliquid, quod in ipsis non minus severe reprehendas, quam ipsi virum doctissimum exagitantium et reprehendendum censuerant.

Antequam hinc discedo, observo praeter hoc portentum, et illud, quod accidit tempore Josue c. 10, aliquibus videri solem stetitisse tertio: quod colligitur ex eo 1 Paralip. 4, vers. 22: *Qui stare fecit solem.* Et in his Hieronymus lib. Tradit. Hebr. in illum locum; et eodem loco Paralip. Dionysius, Hugo, et Lyra. Fovendum in e. 1 Rith. Abulensis in lib. 4 Paralip. c. 4, n. 48, et ibi glossa ordinaria, qui dicunt ex Hebraeorum sententia hunc virum fuisse Elimelec, qui Ruth c. 4 egressus esse dicitur de Bethleem, ut peregrinaretur in regione Moab. Vicini enim Hebraeorum quidam, non aliorum lingue diversa videtur esse mens, hunc Elimelec virum fuisse sanctissimum, qui cum videret periculosum esse suo genere varis erroribus ad idololatriam abduci, oravit ut Deus aliquo portento terreret homines, reduceretque ad illam religionem quam prouiderant. Ad ejus autem precem constituisse alunt solem in caelo. Cum autem eo signo tam illustri nihil meliores fierent Bethleemites, statim illuc in regnum Moabitarum esse emigrandum, praesertim cum propter eorum scelera gravis famis Bethleemiticis tunc invasisset. Sed sane hoc durum visum est, regne omnes qui in eam sententiam abducentur, tam illa vera censent, quam ab Hebraeis tradita commemorant. Neque urget locus libri Paralip. c. 4; nam, ut alibi scripsimus, pro nominibus propriis ponitur illorum nominum significatio. Et id plane probant tria nomina, quae statim sequuntur: *Viri mendaces, et securus,*

*et incendens, quae totidem nominum proprietate explanationes, quae Septuaginta haec vertunt: Et Joacim, et viri Choccha, et Joas, et Saraph. Maxime, quia Joacim non tam significat, qui stare fecit solem, quam qui confirmavit, aut stare fecit, nempe solem, quae posterior vox in Hebraeo non est.*

Ad extremum observo id quod Hebraei suo more nugantur, qui dicunt quo tempore mortuus est Achaz, ne satis esset otii, ut solverentur impii regis funeri exequia solite aliis regibus imponi, detractas esse illi diei decem horas; ut verò ratio temporis, quae eo successu turbata videbatur, ad suum ordinem rediret, paulò post sub Ezechia filio additas esse diei totidem horas. Dignum plane Rabbinicè fide commentum.

VERS. 12. — IN TEMPORE ILLO MISIT BEROACH BALADAN LITTERAS ET MENSURA AD EZECHIAM. EX HIC REGIS BEROACH LEGATIONE, QUI ISAI. c. 39 MEROACH, VERISIMILE FIT USITATUM OLIM INTER REGES ET PRINCIPES, FICIT STUDIO RELIGIONIS DIVERSOS, COLERE INTER SESE HUMANITATIS OFFICIA, SEQUE IPSOS PER NUNTIOS CONSULTARE, SINGULISQUE SIBI CUM ALIIS IN SECUNDO RERUM SUCCESSU GAUDIUM ESSE COMMUNE, ET IN ADVERSO COMMUNE ETIAM ESSE MOUREREM. FECIT HOC DAVID IN MORTE REGIS AMMONITARUM, 2 REG. 10. ET THOU rex Emath per filium suum gratulatus est Davidi de victoria contra Adazer regem Soba, 4 REG. 8. Quod usque adeo usitatum atque legitimum fuit, ut ante victoriam consulendum dixerit Isaias, quid respondendum sit gentium legatis, qui gratulatum venerint de victoria, e. 14: *Quid respondebitis nuntiis gentium?* Sic Babylonis rex Meroach misit cum nunciis ad Ezechiam, qui de restituta valetudine gratularentur, et, ut dicitur Paralip. lib. 2, c. 52, de portento rogarent, quod visisset contingisset in domo regis. Est enim verisimile cum de valetudinis regis audierunt, audivisse quoque de valetudinis admirabili portento.

Hic Beroach, seu, ut est apud Isaiam, Meroach, ut somniant Hebraei, pater fuit Nabuchodonosor, ejus qui primus ab Assyris imperium traxit ad Chaldaeos, et qui deinde complevit quem capite 30 minatur Isaias; sed est mihi hoc improbabile, quia etsi in primum annum regni Meroach incidisset morbus Ezechiae, regnasset in Babylonia centum et novem annos, quia tot intercedunt inter mortuum Ezechiae et annum sextum Joachim, in quo primum regnare cepit Nabuchodonosor; tam

longum autem imperium quis crederet contigisse, eo praesertim seculo, in quo brevior erat hominum vita. Potius ego existimo Beroach, seu Meroach nomen esse commune regibus Babylonis, sicut Pharaonis nomen Aegyptiis, Aretae Arabibus, Candace reginis Aethiopiae, et Caesaris imperatoribus Romanis commune nomen est. Est autem nihil probabile antiquissimum regem Babylonis sic esse vocatum, qui deinde à posteris in deorum numerum relatus est; sicut in eadem civitate primus, aut inter primos regnavit Belus, qui pro Deo à Babyloniis habitus vocatus Bel. Quòd enim Meroach deus fuerit apud Babylonicos, sicut Bel, indicat Jeremias c. 50, v. 2: *Captus est Babylon, confusus est Bel, victus est Meroach, confusus sunt sculptilia ejus, superata sunt idola eorum.* Ubi omnes pesse Meroach idolum esse putant, licet improbabile non videatur hoc etiam Jeremias loco Meroach nomen esse regis. Et ita putant Genebrardus in Chronico anno mundi 3469, Lyra, Hugo, Theodoretus; ab hoc ergo quicumque ille est, credo reges Babylonis vocari solitos Meroach, et c. 39 ab Isaià, et postea, ut est verisimile, à Jeremià, qui Mem esse creditur qui Balthazar, ejus tempore occidit regina quondam Babylon, et 4 Reg. c. 25, v. 27, Nabuchodonosori successisse dicitur Evilmerodach, id est, Meroach, cognomento Evil. Quare dum Beroach, seu Meroach Baladan, filius Baladan, nuntios legasse dicitur, nihil aliud dici videtur quam regem Babylonis Baladan, filium Baladan, misisse legationem.

VERS. 15. — ET OSTENDIT EIS DOMUM AROMATUM, ET ARGENTI. Quam dives fuerit Ezechias, quantum auri et argenti atque aromatum congregarit, habemus lib. 2 Paralip. c. 32, v. 27, ubi etiam habes derelictum fuisse Ezechiam à Domino in eà Babylonicorum legatione, ut tentaretur, et nota fierent omnia, quae erant in corde ejus; nota quidem aut ipsi regi, qui non se satis ipse cognoverat, ut vel eo titulo seipsum magis putaret vilem et abjectum, quòd aliquando sibi ipsi in se aut in suis opibus placuisset. Quia reverà nihil sic objicit superbum animam, quam cogitatio quòd de se ipso aliquando superbo cogitavit. Superbia etenim menti jam sana et melius sentienti futilissima quaedam vanitas est. Antè certè, ut nota fierent Deo, eo sensu quo ipse dicit aliqui tunc primum cognoscere, quia illud aliis cognoscendum praebuit, ut de Abraham Genes. c. 22: *Nunc cognovi quòd*

*timeas Dominum, id est, cognoscere feci.* De quo genere orationis pluribus alibi egimus. (1)

VERS. 18. — SED ET DE FILIIS TUIS QUI ERANT EX TE, QUOS GENERABIS, TOLLENTUR, ET ERUNT EUCHEI IN PALATIO REGIS BABYLONIS. EUCHEI vox latius se extendit quam putat grammaticorum vulgus; neque enim semper emascuato, seu excocto significat, sed eos aliquando qui in aulis morantur principum, ipsisque adstant ad aulicas curas, et ad exequendum familiare mandatum. Erant quidem olim spadones, qui gynaeceis praerant, aut quibus credita erat seminarum custodia, quia ab illo evirato hominum genere totus videbatur seminarum pudor. Unò factum est, ut quicumque cum principibus familiariter ageret, diceretur eunuchus. Hoc spòd regem Babylonis munus obierunt, qui è regio genere, id est, ex Ezechiae sanguine prognati sunt; ut constat ex Danielis cap. 1, ubi quidam è regio sanguine traditi dicuntur eunuchorum praefecto, ut ad Chaldeorum disciplinam insituti aulicis ministeris redderent idonei; inter quos fuit Daniel, quò de re nos ibi pluribus.

VERS. 19. — BONIS SERVO DOMINI. QUILI LOCUTUS ES: SIT PAX ET VERITAS IN DIEM MEIS. Hic Ezechias post Isaiam minas dicitur est Dominus, qui mee levitati atque arrogantiae id iudicii supplicii, et benignus, quia diobis meis pacem promisit. In veritate igitur ejus me consolabor, quia praestabit, certò scio, quòd mihi pollicitus est de Sennacherib. Reprehondunt, ut inquit super Isaiam Hieronymus, Hebraei Ezechiam, quòd hoc responso parùm visus fuerit sollicitus de populo Judaico, futurisque sòbole, quando sibi pacem

(1) VERS. 17. — ECCE DIES VENIENS, ET AUFERENTUR OMNIA QUAE SUNT IN DOMO TUA. Oraculi hujus fides quo tempore impleta est? Sunt qui credant, Sennacheribum hujusmodi haereticorum partem maximum abstulisse; legitur enim, Ezechiam collegisse quiddam erat auri et argenti tum in sacro, tum in regis acrio, ut postulatum ab eo rego pecuniam conficeret. At Sennacherib in Babylonia non regnabat. Adde, quòd ex Paralipomenis discimus, post restitum et tandem exercitibus Sennacheribi, tum primum Ezechiam divitias colligere attulisse. Antea enim vix poterat in acriarium quidquam alienigena momenti inferre, cum inmodica tributa Assyris solveret. Slatendum est igitur, oraculum hoc Isaiam suam abimuisse fidem sub postremis regibus Julia, cum reges Babyloniae; urbe ac templo eversis, populo in exsiliatum ducto, totum Judaicum imperium exciderunt. (Gabnet.)

et salutem optat, et quid aliis post se futurum sit, non laborat: neque constitetur peccatum suum cum David, neque iram Dei remonet à posteris, neque cum Moysè clamat: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vite. Sunt qui illud, *et veritas, de Messia* interpretantur, quasi dicat Ezechias: Feram libenter quodcumque mihi Deus supplicium inflixerit, dummodo ex meo genere Messias oriatur. Quæ sanè expositio pia est: nescio tamen quantum cum sermonis textu consentiat.

*Ego verbum bonum, aliter accipio; puto enim hoc loquendi genere ab inferioribus significari solet, non gravatè ferri quicquid dicitur à superioribus injungatur. Quasi dicat: Fiat voluntas Domini; aut, quod Domino placeat; aut fiat mihi secundum verbum Domini; seu accipio aduértoque etiam in caput meum, quod visum est de me Domino; quasi non provocet ad iudicem, seu ad tempus aliud. Sic Semei cum audisset à Salomone 3 Reg. c. 2, vers. 38: Quocumque die egressus fueris, et transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum, etc.; respondit: Semei: Bonus sermo; sicut locutus est dominus meus rex, de faciet, ut vis tua. Et statim, vers. 43, cum Semei transgressus esset regis edictum, ait illi Salomon: Et dicitis, bonus sermo. quasi dicat: Admisisti meum de tuo scelere decretum; Hispanè, *admisisti e passate per la sententia*. Sic tunc Ezechias nihil aliud significat quam sibi placere Domini de suo capite decretum, idem omnino quod 1 Reg. 5 dixit Heil, cum accepisset similes à Samuele minas: *Dominus est; quod bonum est in oculis tuis, faciat*. Unde frequens, *esse in oculis alicujus bonum*, id est, placere.*

VERS. 20. — RELIQUA AUTEM SERMONUM EZECHIE, ET OMNIS FORTITUDE EIUS, ETC., NONNE HEC SCRIPTA SUNT IN LIBRO SERMONUM DIERUM REGUM JUDA? Hæc omnia jam vidimus hoc libro à capite 18, et lib. 2 Paralip. à cap. 29, et Eccl. c. 48. Illud notandum in Paralip. esp. 52,

## CAPUT XXI.

1. Duodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset; et quinquaginta quinque annis regnavit, in Jerusalem. Nomen matris ejus Haphsiba.

2. Fecitque malum in conspectu Domini, juxta idola gentium quas delevit Dominus à facie filiorum Israel.

3. Conversusque est et edificavit ex-

7. 32, additum esse, *reliqua autem, etc., scripta sunt in visione Isaia filii Amos prophete*. Porro apud Isaiam, præter ea que in hoc libro legimus, nihil habemus aliud quam celeberrimum illud canticum, quod gratulabundus cecinit, cum ab illo morbo liberatus est Ezechias, à quo omne jam desperat effugium. Cætera eodem omnino modo, atque isdem penè verbis prosecutus est, atque nos hic habemus. Unde quidam non sine magno fundamento putant hanc saltem partem lib. 4 Reg. ab Isaià fuisse conscriptam. Et cum sententia esset omnino eadem, verba aut nihil, aut certè non admodum diversa, nobis actum agere, id est, illa iterum explicare commentando, que jam ante super Isaiam explicaveram. Sed, ex illis commentariis, hæc pleraque tanquam ad locum non alienum transcripsi: Adhuc tamen aliqua, que in illis commentariis consulo prætermiseram, que sanè multa non sunt. Quod meo mihi jure fecisse videor, qui non aliena depeccatus sum, sed meum laborem ad non alienos usus accommodavi (1).

(1) Cerbare licet in Ezechia expressam vis vis coloribus Jesu Christi figuram. Hic princeps Assyriorum jugum exivit, provocatque in se ingens bellum et periculosum, quo gloriosè, non sine Domini ope liberatur. Bellum indicit Jesu Christo peccato, mundo, carni et diabolo. Armantur in illum ejusque doctrinam, Ecclesiam, ac discipulos, omnia et orbis et inferorum imperia. Nunquam Sennacherib adeo insanit, nunquam Rabshares horrenda adeo effudit in Deum probra, ut furorè insectatorum Ecclesie ac calumnias, et impla filiorum in Filium Dei et Ecclesiam probra æquent: omnibus tamen his constitibus superior Dei manus superbos illos dejicit, atque insigum de illis victoriam Jesus Christus, ejusque fideles referunt. Ezechias ad ipsum usque sepulcri limitem deductus, deinde insigni prodigio valetudini restitutus, carnea canit solemne eucharisticum, ubi altiore firmè videtur obtutum ad Servatoris resurrectionem, in valetudine à se recepta tanquam in typo adumbratam: *Vivens vivens, ait, ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie; pater filius votum faciet veritatem tuam.* (Galmet.)

## CHAPITRE XXI.

1. Manasses avait douze ans lorsqu'il commença de régner; et il régna cinquante-cinq ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Haphsiba.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, et adora les idoles des nations que le Seigneur avait exterminées devant la face des enfants d'Israël.

celsaque dissipaverat Ezechias pater ejus; et erexit aras Baal, et fecit lucos, sicut fecerat Achab rex Israel, et adoravit omnem militiam cœli, et coluit eam.

4. Extruxitque aras in domo Domini, de quâ dixit Dominus: In Jerusalem ponam nomen meum;

5. Et extruxit altaria universæ militiæ cœli in duobus atriis templi Domini.

6. Et traduxit filium suum per ignem; et ariolatus est, et observavit auguria, et fecit pythones, et aruspices multiplicavit, ut faceret malum coram Domino, et irritaret eum.

7. Posuit quoque idolum luci, quem fecerat, in templo Domini, super quod locutus est Dominus ad David et ad Salomonem filium ejus: In templo hoc et in Jerusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum;

8. Et ultra non faciam commoveri pedem Israel de terrâ quam dedit patribus eorum, si tamen custodierint opera omnia que præcepi eis, et universam legem quam mandavi eis servus meus Moyses.

9. Illi verò non audierunt, sed seducti sunt à Manasse, ut facerent malum super gentes quas contrivit Dominus à facie filiorum Israel.

10. Locutusque est Dominus in manu servorum suorum prophetarum, dicens:

11. Quia fecit Manasses rex Judæ abominations istas pessimas, super omnia que fecerunt Amorrhæi ante eum, et peccare fecit etiam Judam in immunditijs suis.

12. Propterea hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego inducam mala super Jerusalem et Judam, ut, quicumque audierit, tinnant aures ejus.

13. Et extendam super Jerusalem funiculum Samarie, et pondus domus Achab; et delebo Jerusalem sicut deleri solent tabula, et delens veritatem et ducam crebris stylum super faciem ejus.

14. Dimittam verò reliquias hereditatis mee, et tradam eas in manus inimicorum ejus, eruntque in vastitatem et in rapinam cunctis adversariis ejus;

5. Il rebâtit les hauts lieux que son père Ezechias avait détruits; il dressa des autels à Baal, fit planter de grands bois, comme avait fait Achab, roi d'Israël; il adora tous les astres du ciel, et leur sacrificia.

4. Il bâtit des autels profanes dans la maison du Seigneur, de laquelle le Seigneur avait dit: J'établirai mon nom dans Jérusalem;

5. Et il dressa des autels à tous les astres du ciel dans les deux parvis du temple du Seigneur.

6. Il fit passer son fils par le feu, aima les divinations, observa les augures, institua ceux qu'on appelle pythons, et multiplia les enchanteurs, de sorte qu'il commit le mal aux yeux du Seigneur et l'irrita.

7. Il mit aussi l'idole du grand bois qu'il avait planté dans le temple du Seigneur, duquel le Seigneur avait dit à David et à Salomon, son fils: C'est dans ce temple et dans Jérusalem, que j'ai choisie d'entre toutes les tribus d'Israël, que j'établirai mon nom pour jamais;

8. Et je ne permettrai plus qu'Israël mette le pied hors de la terre que j'ai donnée à leurs pères, pourvu qu'ils observent tout ce que je leur ai commandé et toute la loi que mon serviteur Moïse leur a donnée.

9. Et cependant ils n'ont point écouté, mais ils se sont laissés séduire par Manasses pour faire encore plus de mal que n'en avaient fait les nations que le Seigneur a exterminées de la face des enfants d'Israël.

10. Le Seigneur a parlé ensuite par les prophètes, ses serviteurs, et a dit:

11. Parce que Manasses, roi de Juda, a commis ces abominations, encore plus détestables que tout ce que les Amorrhéens avaient fait avant lui, et qu'il a fait pécher Juda par ses infamies,

12. Voici ce que dit le Seigneur, Dieu d'Israël: Voici que j'amènerai de tels maux sur Jérusalem et sur Juda, que les oreilles en seront étourdies à quelconque les entendra.

13. J'étendrai sur Jérusalem le cordeau de Samarie et le poids de la maison d'Achab; et j'effacerai Jérusalem comme on efface des tablettes, je passerai et repasserai souvent le style sur sa face;

14. J'abandonnerai les restes de mon héritage, et je les livrerai entre les mains de leurs ennemis, et tous ceux qui les laissent les pilleront et les ravageront,

et salutem optat, et quid aliis post se futurum sit, non laborat: neque constitit peccatum suum cum David, neque iram Dei removit à posteris, neque cum Moysè clamavit: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vite. Sunt qui illud, *et veritas, de Messia* interpretantur, quasi dicat Ezechias: Feram libenter quodcumque mihi Deus supplicium inflixerit, dummodò ex meo genere Messias oriatur. Quæ sanè expositio pia est: nescio tamen quantum cum sermonis textu consentiat.

Ego *verbum bonum, aliter accipio*: puto enim hoc loquendi genere ab inferioribus significari solet, non gravatè ferri quicquid durum à superioribus injungatur. Quasi dicat: *Fiat voluntas Domini; aut quod Domino placeat; aut fiat mihi secundum verbum Domini; seu accipio aduutoque etiam in caput meum, quod visum est de me Domino; quasi non provocet ad iudicem, seu ad tempus aliud.* Sic Semei cum audisset à Salomone 3 Reg. c. 2, vers. 38: *Quocumque die egressus fueris, et transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum, etc.*: respondit: *Semei: Bonus sermo; sicut locutus est dominus meus rex, de facie aëris tui.* Et statim, vers. 43, cum Semei transgressus esset regis edictum, ait illi Salomon: *Et dicitis, bonus sermo.* quasi dicat: Admisisti meum de tuo scelere decretum; Hispanè, *admisisti e passate por la sententia.* Sic tunc Ezechias nihil aliud significat quam sibi placere Domini de suo capite decretum, idem omninò quod 1 Reg. 5 dixit Heil, cum accepisset similes à Samuele minas: *Dominus est; quod bonum est in oculis tuis, faciat.* Unde frequens, *esse in oculis alicujus bonum, illi est, placere.*

VERS. 20. — *RELIQUA AUTEM SERMONUM EZECHIE, ET OMNIS FORTITUDE EIUS, ETC., NONNE HEC SCRIPTA SUNT IN LIBRO SERMONUM DIERUM REGUM JUDA?* Hæc omnia jam vidimus hoc libro à capite 18, et lib. 2 Paralip. à cap. 29, et Eccl. c. 48. Illud notandum in Paralip. esp. 52,

## CAPUT XXI.

1. Duodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset; et quinquaginta quinque annis regnavit, in Jerusalem. Nomen matris ejus Haphsiba.

2. Fecitque malum in conspectu Domini, juxta idola gentium quas delevit Dominus à facie filiorum Israel.

3. Conversusque est et edificavit ex-

7. 32, additum esse, *reliqua autem, etc., scripta sunt in visione Isaia filii Amos prophete.* Porro apud Isaiam, præter ea quæ in hoc libro legimus, nihil habemus aliud quam celeberrimum illud canticum, quod gratulabundus cecinit, cum ab illo morbo liberatus est Ezechias, à quo omne jam desperat effugium. Cætera eodem omninò modo, atque isdem penè verbis prosecutus est, atque nos hic habemus. Unde quidam non sine magno fundamento putant hanc saltem partem lib. 4 Reg. ab Isaià fuisse conscriptam. Et cum sententia esset omninò eadem, verba aut nihil, aut certè non admodum diversa, nobis actum agere, id est, illa iterum explicare commentando, quæ jam ante super Isaiam explicaveram. Sed, ex illis commentariis, hæc pleraque tanquam ad locum non alienum transcripsi: Adhuc tamen aliqua, quæ in illis commentariis consulo prætermiseram, quæ sanè multa non sunt. Quod meo mihi jure fecisse videor, qui non aliena depeccatus sum, sed meum laborem ad non alienos usus accommodavi (1).

(1) Cerbare licet in Ezechia expressam visus coloribus Jesu Christi figuram. Hic princeps Assyriorum jugum exivit, provocatque in se ingens bellum et periculosum, quo gloriosè, non sine Domini ope liberatur. Bellum indicit Jesu Christus peccato, mundo, carni et diabolo. Armantur in illum ejusque doctrinam, Ecclesiam, ac discipulos, omnia et orbis et inferorum imperia. Nunquam Sennacherib adeo insanit, nunquam Rabshares horrenda adeo effudit in Deum probra, ut furorè insectatorum Ecclesie ac calumnias, et impla filiorum in Filium Dei et Ecclesiam probra æquent: omnibus tamen his constitibus superior Dei manus superbos illos dejicit, atque insigum de illis victoriam Jesus Christus, ejusque fideles referunt. Ezechias ad ipsum usque sepulcri limitem deductus, deinde insigni prodigio valetudini restitutus, carnea canit solemne eucharisticum, ubi altiore firmè videtur obtutum ad Servatoris resurrectionem, in valetudine à se recepta tanquam in typo adumbratam: *Vivens vivens, ait, ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie; pater filius votum faciet veritatem tuam.* (Galmet.)

## CHAPITRE XXI.

1. Manasses avait douze ans lorsqu'il commença de régner; et il régna cinquante-cinq ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Haphsiba.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, et adora les idoles des nations que le Seigneur avait exterminées devant la face des enfants d'Israël.

celsaque dissipaverat Ezechias pater ejus; et erexit aras Baal, et fecit lucos, sicut fecerat Achab rex Israel, et adoravit omnem militiam cœli, et coluit eam.

4. Extruxitque aras in domo Domini, de quâ dixit Dominus: In Jerusalem ponam nomen meum;

5. Et extruxit altaria universæ militiæ cœli in duobus atriis templi Domini.

6. Et traduxit filium suum per ignem; et ariolatus est, et observavit auguria, et fecit pythones, et aruspices multiplicavit, ut faceret malum coram Domino, et irritaret eum.

7. Posuit quoque idolum luci, quem fecerat, in templo Domini, super quod locutus est Dominus ad David et ad Salomonem filium ejus: In templo hoc et in Jerusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum;

8. Et ultra non faciam commoveri pedem Israel de terrâ quam dedit patribus eorum, si tamen custodierint opera omnia que præcepi eis, et universam legem quam mandavi eis servus meus Moyses.

9. Illi verò non audierunt, sed seducti sunt à Manasse, ut facerent malum super gentes quas contrivit Dominus à facie filiorum Israel.

10. Locutusque est Dominus in manu servorum suorum prophetarum, dicens:

11. Quia fecit Manasses rex Judæ abominations istas pessimas, super omnia que fecerunt Amorrhæi ante eum, et peccaverat etiam Judam in immunditijs suis.

12. Propterea hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego inducam mala super Jerusalem et Judam, ut, quicumque audierit, tinnant aures ejus.

13. Et extendam super Jerusalem funiculum Samarie, et pondus domus Achab; et delebo Jerusalem sicut deleri solent tabula, et delens veritatem et ducam crebrius stylum super faciem ejus.

14. Dimittam verò reliquias hereditatis mee, et tradam eas in manus inimicorum ejus, eruntque in vastitatem et in rapinam cunctis adversarijs ejus;

5. Il rebâtit les hauts lieux que son père Ezechias avait détruits; il dressa des autels à Baal, fit planter de grands bois, comme avait fait Achab, roi d'Israël; il adora tous les astres du ciel, et leur sacrificia.

4. Il bâtit des autels profanes dans la maison du Seigneur, de laquelle le Seigneur avait dit: J'établirai mon nom dans Jérusalem;

5. Et il dressa des autels à tous les astres du ciel dans les deux parvis du temple du Seigneur.

6. Il fit passer son fils par le feu, aima les divinations, observa les augures, institua ceux qu'on appelle pythons, et multiplia les enchanteurs, de sorte qu'il commit le mal aux yeux du Seigneur et l'irrita.

7. Il mit aussi l'idole du grand bois qu'il avait planté dans le temple du Seigneur, duquel le Seigneur avait dit à David et à Salomon, son fils: C'est dans ce temple et dans Jérusalem, que j'ai choisie d'entre toutes les tribus d'Israël, que j'établirai mon nom pour jamais;

8. Et je ne permettrai plus qu'Israël mette le pied hors de la terre que j'ai donnée à leurs pères, pourvu qu'ils observent tout ce que je leur ai commandé et toute la loi que mon serviteur Moïse leur a donnée.

9. Et cependant ils n'ont point écouté, mais ils se sont laissés séduire par Manasses pour faire encore plus de mal que n'en avaient fait les nations que le Seigneur a exterminées de la face des enfants d'Israël.

10. Le Seigneur a parlé ensuite par les prophètes, ses serviteurs, et a dit:

11. Parce que Manasses, roi de Juda, a commis ces abominations, encore plus détestables que tout ce que les Amorrhéens avaient fait avant lui, et qu'il a fait pécher Juda par ses infamies,

12. Voici ce que dit le Seigneur, Dieu d'Israël: Voici que j'amènerai de tels maux sur Jérusalem et sur Juda, que les oreilles en seront étourdies à quelconque les entendra.

13. J'étendrai sur Jérusalem le cordeau de Samarie et le poids de la maison d'Achab; et j'effacerai Jérusalem comme on efface des tablettes, je passerai et repasserai souvent le style sur sa face;

14. J'abandonnerai les restes de mon héritage, et je les livrerai entre les mains de leurs ennemis, et tous ceux qui les laissent les pilleront et les ravageront,



15. Eò quòd fecerint malum coram me, et perseveraverint irritantes me, ex die quòd egressi sunt patres eorum ex Ægypto usque ad hanc diem.

16. Insuper et sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleeret Jerusalem usque ad os, absque peccatis suis quibus peccare fecit Judam ut faceret malum coram Domino.

17. Reliqua autem sermonum Manasse, et universa quæ fecit, et peccatum ejus quòd peccavit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

18. Dormivitque Manasses cum patribus suis, et sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza. Et regnavit Amon filius ejus pro eo.

19. Viginti duorum annorum erat Amon cum regnare cepisset: quibus quoque annis regnavit, in Jerusalem. Nomen matris ejus Messalmelech, filia Harus de Jechab.

20. Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses, pater ejus;

21. Et ambulavit in omni viâ per quam ambulaverat pater ejus, servivitque inmunditiis quibus servierat pater ejus, et adoravit eas;

22. Et dereliquit Dominum Deum patrum suorum, et non ambulavit in viâ Domini.

23. Tetenderuntque ei insidias servi sui, et interfecerunt regem in domo suâ.

24. Perussit autem populus terræ omnes qui conjuraverant contra regem Amon, et constituerunt sibi regem Josiam filium ejus pro eo.

25. Reliqua autem sermonum Amon quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

26. Sepelieruntque eum in sepulcro suo, in horto Oza. Et regnavit Josias filius ejus pro eo.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DOCECIM ANNORUM ERAT MANASSES CUM REGNARE CEPISSET. Sicut ex parente sceleratissimo Achaz, Ezechias homo religiosissimus natus est, sic ex Ezechia viro sanctissimo natus est filius Manasses, quo nemo prioribus regni sui temporibus sceleratior fuit. Quicquid

15. Parce qu'ils ont commis le mal devant moi, et qu'ils ont continué de m'irriter depuis le jour que leurs pères sortirent de l'Égypte jusqu'à aujourd'hui.

16. Manassés répandit de plus des ruisseaux de sang innocent, jusqu'à en remplir toute la ville de Jérusalem, outre les péchés par lesquels il avait fait pécher Juda, faisant ainsi le mal devant le Seigneur.

17. Le reste des actions de Manassés, toutes les choses qu'il a faites, et le péché qu'il a commis, tout cela est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

18. Et Manassés s'endormit avec ses pères, et fut enseveli dans le jardin de sa maison, dans le jardin d'Oza. Et Amon, son fils, régna en sa place.

19. Amon avait vingt-deux ans lorsqu'il commença de régner, et il régna deux ans, dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Messalmelech, et était fille d'Harus de Jechab.

20. Il fit le mal devant le Seigneur, comme avait fait Manassés, son père;

21. Il marcha dans toutes les voies par lesquelles son père avait marché; il verra les mêmes abominations que son père avait créées, et les adora;

22. Il abandonna le Dieu de ses pères, et ne marcha point dans la voie du Seigneur.

23. Ses serviteurs lui dressèrent des embûches, et le tuèrent dans sa maison.

24. Mais le peuple tua tous ceux qui avaient conspiré contre le roi Amon, et il établit Josias, son fils, pour régner en sa place.

25. Le reste des actions d'Amon est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

26. Il fut enseveli en son sépulcre dans le jardin d'Oza; et Josias, son fils, régna en sa place.

enim pater pius exterminâret à terrâ, quæ Del iram excitaverant sepe, et rei Judææ frequens infortunium atulerant, illa à parentis ingenio ac moribus omnino degener in priorem locum et ordinem restituit. Neque meliorem, aut alium instituit vivendi modum, quam

gentes, quibus veræ religionis lumen nunquam affulsit; quasque Deus à Chanaanæ solo procul ablegavit. Excitavit excelsa, extraxit aras peregrinis diis, et imitatus Achab, qui Sidoniam religionem invehit, plantavit locos, et cœli militiam adoravit. Et, quod impietatis videri potuit culmus, in ipso templo, cujus erat summa eo tempore religio et sanctitas, gentilium simulacris statuit altaria; et ejus generis ausus est alia, quæ Dominus fieri gravi comminatione prohibuerat. Cum illum sibi locum eligisset, promississetque stabilem in Chanaanæ solo possessionem, si locum illum servarent ipsi impollutum et sanctum, et tradita per Moysen mandata custodirent; tradidit etiam per ignem illum, sicut fecerat avus ejus Achaz: pythones et aruspices multiplicavit atque consuluit, observavit auguria. Neque ad hæc tam gravia præcepta attendebat Achaz, et populus vel seductus à rege, aut illius votis obsequens nimis, aut stulte blanditus, nihil minus quam de patria ac verâ religione cogitabat, (1)

(1) VERS. 2. — Juxta idola gentium. Hebraeus: Fecit malum coram Domino juxta abominaciones gentium, quas Dominus expulsi. Idola nomine abominacionem designat. Merito infan-dorum criminum Deus Chanaanæ delevit. (Calmet.)

Manassés fit le mal devant le Seigneur, etc. Il parait par là, dit un ancien Père, que ce n'est pas la nature, mais la volonté qui a l'empière dans l'homme, et l'on ne peut voir un Manassés quitter la conduite si pieuse de son père, pour marcher par un chemin entièrement opposé, qu'on ne reconnoisse que c'est cette volonté de l'homme qui tient comme le gouvernail de sa vie, et qui la rend ou bonne ou méchante, selon qu'elle se porte au vice ou à la vertu. Que les libertins donc et les impies soient confondus, lorsqu'ils accusent la nature, comme si elle leur imposait une espèce de nécessité de pécher, puisqu'ils peuvent être convaincus du contraire par les deux exemples presque également étonnans, et d'Ezechias qui, étant né d'un père impie, se porta de tout son cœur à la piété; et de Manassés, son fils, qui s'éloigna de la vertu de son père, pour s'abandonner à toutes sortes d'impies et d'abominations. Mais si c'est cette volonté qui conduit l'homme dans tous ses pas et dans toutes les démarches qu'il fait vers la vie ou vers la mort, elle est elle-même conduite par l'Esprit de Dieu toutes les fois qu'elle s'élève au-dessus de la corruption de sa nature. Et c'est pour cette raison que le prophète deman-

da à Dieu qu'il le conduisit dans ses voies, et qu'il le fit marcher droit dans sa vérité. Ut cum dirigatur via mea et custodiatur justifications tuas! Dirige me in veritate tua, et doce me. (Sacy.)

VERS. 5. — Fecit lucos. Hebraeus: Et fecit Astartim, sicut fecerat Achab. Astarte est simulacrum ligneum, vel Astartes; usurpatur etiam

VERS. 10. — LOCUTUS EST DOMINUS IN MANU SERVATORUM SCORUM PROPHETarUM (1). Erant hoc tempore propheta: qui Isac fuerunt contra-cti, qui fuerunt non pauci. Fuit quidem Isaias,

pro Iuda, ubi tamen illud colebatur, et pro ipso quod ibi consecratur erat idolo. Vide infra nostram dissertationem de Numinibus Phœnicum.

ADORAVIT ONEM MILITIAM COELI, ASTRA OMNIA, quibus, cum rex et regina, sol et luna present: altaria illis erecta in diebus avris avam Domini, id est, in aërio populi et sacerdotum. Vide v. 2 hujus capituli, et 2 Paral. 55, 4, 5.

VERS. 6. — TRADIDIT FILIUM SUUM PER TENEM, igne cremavit, obsequio Moloch; vel tantum tradidit per subjectas flammæ ob lustrationem, ex sacris profana hujus animalis ritibus.

ARIOLATUS EST, amavit divinationes. ariolos consuluit, vel ipse ariolos egit. Futura rerum eventus astrorum vel nubium inspectione reserare aggressus est. Septuaginta: Εκατονταρες: quare de divinatione per virgula dictum accepisse visi sunt. Alii exponunt de observatione ac discrimine dierum fastorum et nefastorum.

OSERVAVIT ANTEA. Vox originalis, ὤρω, innuere videtur magicæ excitationes per angues, vel aënea vasa. Exponitur tamen de præstigis et sortilegiis omnis generis. Septuaginta: Οὐρανοσκόπος, enumerata est, divinationem per volatum vel cantum avium observavit.

Fecit pythones. Constituit, vel auctoritate sua firmavit eos, qui silibus se spiritibus pythoneo alabant. Magi, qui præsto se habere gloriantur familiarum quendam spiritum, quosque vocem ex limis corporum penetrantibus, ex imo ventre vel stomacho insanentem auribus dabant; quippe se noscere futura Apollineo numine plenos affirmabant.

Aruspices, qui victimarum cæca scrutabantur. Hebræa vox, עורפים, ad literam sonat cogitantes, divinos, horoscopes, et quicunque explorata sibi esse seu futura seu incognita gloriantur. Idem Septuaginta: Ερωσες.

VERS. 7. — Posuit molam super. Hebraeus: Posuit idolum exivum et Astartim. (Calmet.)

VERS. 7. — Posuerunt molam super quem regnavit, idolum in loco ante à se constructo positum jam lucos sculptili circumdatum posuit ut tracto, q. d.: Manasses prius constructa locum sive sylvam diis sacram, in eoque sollicitat idolum, quod desine ex loco transiit in templum; sed quia lucum cum idolo transferre non poterat, hinc loco luci, fecit simulacrum sive similitudinem inel ex auro, argento vel ære, in eoque posuit idolum, illud cum loco transiit in templum, ut ibidem jam non Deus in templo, sed idolum in loco colebatur. Unde utrumque postea destruxit Josias Manassés nepos, cap. 23, vers. 6 et 7.

(Carn. à l'ap.)  
(1) Sollicit per Osce, Amos, Jochem, Nahum, Jonam, Abilam, ac maxime Isaiam Manassés socerum, qui provide à Manasse serrâ lignæ dissectus Christi in signo crucifixi fuit typus, ut dixi proximo in Isaiam, ac plures alios prophetas, aded ut Joseph. lib. 10, cap. 4, asserat, i ex eorum numero per singulos dies

de quo supra plurima, sub Ezechiâ, qui socer esse traditur Manasse, et ideò ab illo serrâ dissectus, quòd liberis in ejus mores et vitæ genus invehetur.

VERS. 11. — QUÆ FEUIT MANASSES REX JUDA ABOMINATIONES ISTAS FESSIMAS (1). Verba prophetarum grave pondus importat: primum Manasse scelera majorem in modum exaggerant, et longè majora fuisse dicunt his, quæ superioribus seculis admisserat Amorrhæi, quæ ideò regionem suam, quâ nulla fuit orbis toto nobilior, amiserunt. Neque ipse aut solus, vult sibi ipsi peccavit Manasses, sed etiam gentem suam subjectam imperio in eandem seculorum prolyum induxit. Hujus regis tam in omne genus profusam intemperantiam huiusmodi gens tota, ut habes apud Jeremiam c. 13, vers. 5: *Visitabo super eam quatuor species, dicit Dominus: gladium ad occisionem, et canes ad lacerandum, et volatilia terræ, et bestias terræ ad devorandum, et dissipandam, et dabo eam in servorem universis regibus terræ propter Manassem filium Ezechiæ regis Juda, super omnibus quæ*

aliquem supplicio à Manasse affecit fuisse. (Corth. à Lap.)

(1) Parce que Manassès, roi de Juda, a commis ces abominations encore plus détestables que tout ce que les Amorrhéens avoient fait avant lui, et qu'il a fait pécher Juda par ses infamies, je vais faire fondre des maux sur Jérusalem, etc.

L'Écriture n'a pas marqué sans sujet que ce prince avoit commis de plus grandes abominations que les Amorrhéens mêmes; et elle a voulu sans doute nous faire comprendre par cet exemple de la conduite détestable du fils d'un roi si pieux, jusqu'à quels excès se peuvent porter ceux qui renoucent à la piété, dans laquelle ont marché leurs pères. Car il n'en est pas de ces personnes comme des autres qui n'ont jamais connu Dieu, et qui ont toujours suivi l'égarment de leurs anciennes superstitions, puisqu'ayant volontairement étouffé au fond de leur cœur la lumière de la vérité et les sentiments de la piété, il se forme en eux des ténèbres plus épaisses et une corruption plus effroyable que dans les païens. Ce qui a fait dire si souvent à Jésus-Christ, parlant aux Juifs, que les idolâtres seroient traités moins sévèrement à la fin du monde que ceux qui ont méprisé les effets de sa bonté envers eux. Aussi nous voyons en cet endroit que Dieu déclare que c'est à cause de ces abominations de Manassès, roi de Juda, qu'il va faire fondre les plus grands maux sur la ville de Jérusalem. Ce n'étoit pas, comme dit fort bien un savant auteur (Estius) que ses sujets ne méritassent aussi ces grands châtimens; mais, outre qu'il avoit dégénéré si honteusement de la piété de son père, les crimes mêmes de son peuple lui étoient tous imputés, comme à leur prince, puisque ce fut lui, dit l'Écriture, qui fit pécher Juda par ses infamies. (Sacy)

fecit in Jerusalem. Quo verò modo ac jure Jerusalem; et subditus populus peccata luat Manasse, diximus in nostris Commentariis ad hunc Jeremie locum.

VERS. 12. — ECCE EGO INDUCAM MALA SUPER JERUSALEM, ET JUDAM, UT QUICUNQUE ADIERIT TINNIANT AMBE AURES RIES. Tinnire aures aliquid indicat durum et horribile, idque proverbiali specie, de quo pluribus à nobis actum est super lib. 1 Regum ad illud cap. 5: *Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinnient ambe aures ejus*. Inde in expositionem pete, et ex Jeremie cap. 19, v. 3, ubi eadem etiam adhibentur verba.

VERS. 15. — ET EXTENDAM SUPER JERUSALEM FUSICULUM SAMARIE, ET FUNDOS DOMUS ACHAE. Qui aliquid non temerè atque inconsideratè faciunt, sed prudenter et attentè, illi rem totam diligenter explorant, atque ideò illi ad amissum, ad regulam et normam, ad mensuram et pondus, facere dicuntur. Quæ translatio à fabricis sumpta est, quibus assiduum atque familiarium instrumentum est pondus, et funiculus, id est, perpendiculum, et linea, quæ in ædificiis, quid rectum, quid sinuosum et incurvatum fuerit, deprehendunt. Neque hæc ad molitionem solum operis, sed etiam ad demolitionem adhiberi ab architecto solent. Neque enim prudentis esset illa demoliri, quæ recta sunt et ex arte perfecta, cum illa firma sint, et aliquos habere possint ad hominum commoditatem usus necessarios. Sic sanè Jeremie cecinit Thren. c. 2, v. 8: *Cogitant Dominus dissipare murum hujus Sion, tetendant funiculum eam, et non advertit manum suam*. Et quia nihil in eo populo solidum invenit aut rectum, ideò nihil fuit, quod non in eo populo dissiparet ac perderet. Eodem dicendi modo usus est Isaias c. 34, cum ageret de Idumeorum excidio non dissimili: *Extendetur, inquit, super eam mensura, et relinquetur ad nihilum, et perpendiculum ad demolitionem*. Ex eadem opinione, metaphorâ sumptum est illud 2 Reg. 8: *Percussit Moab, et mensura est funiculus coepans terræ*. Et paulò post: *Mensus autem duos funiculos, unum ad occidentem, et unum ad orientem, extendit Dominus sub hoc tempore funiculum super Samariam, id est, super gentem Israelitidem, et eam ibi nihil inveniret solidam, nihil quod in latum ad lapsum non contumberet, totam illam fabricam, id est, totum populum illi dissolvit, ut nulla ex eo in propriis sedibus superessent reliquæ. Quia verò idem sub Manasse vitium erat in fabricâ Judæ,*

id est, in Judæorum moribus, et ingenio, ideò idem Judææ quod ante Samariæ, id est, decem tribubus minatur exitum.

Hæc mihi meditatio non displicet, sed fortassè in funiculo sors intelligitur, et æqualis mensura, quasi dicat Deus, isdem modis et gradibus in evertendâ Judæâ fore procedendum, quibus in evertendâ dissipandâque Samariâ. Ut enim ibi interesset ferrum, fames et dira lues, quæ ad extremum miseram illam gentem deduxerunt exitum, sic etiam ad eandem Judææ populus pertrahetur incommoda, propter peccata Manasse. Quæ incommoda illa sunt, quæ Jeremie c. 15, numerantur, quæ Manasse peccatum in urbem inexit. Sic autem Jeremie de populo, quem Manasse peccatum hostiliter urgebat: *Quid si dixerint ad te: Quò egrediamur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus, quò ad mortem, ad mortem, et quò ad gladium, ad gladium, et quò ad famem, ad famem, et quò ad captivitatem, ad captivitatem*. Hic fuit funiculus, hæc sors, et, ut ita dicam, hæc dira Judæorum necessitas. Statim porrò additur hæc esse subeunda propter Manasse peccatum.

ET DELEBO JERUSALEM, SICUT DELEBO SOLENT TABULÆ: ET DELENS VERITATM ET DICAM CREBRIBUS STYLUM SUPER FACIEM EJUS. Sententia non obsecra, obsecrum tamen unde deducta translatio. His verbis planè significatur venturum aliquando tempus, cum ex tantâ tamque opulentâ civitate, nihil relinquantur ab hoste Chaldæo: quod probavit exitus. Verba Hebraica non eodem ab omnibus modo convertuntur, licet in eandem omnes sententiam conspirent. Septuaginta: *Et extergam Jerusalem, sicut extergitur alabastrum, quando abtergitur, et convertitur super faciem suam*. Chaldæus: *Sicut conterit lagenulam conterens, et vertens super faciem ejus*. Tigurina: *Detergam Jerusalem, quemadmodum quis patinam detergit, et eam vertit*. Eodem pene modo alii omnes à Vulgato. Juxta quas versiones hic est sensus: Quemadmodum quis lagenam autenam vinum, aut alio quovis unguento, aut alabastrum, seu pyxidem unguentariam, aut certè patinam, sic extergit ut nihil omnino remaneat eorum quibus erant antea plena, sic ego extergam Jerusalem ab omnibus, quibus affluentissimè prius abundabat, et ita exhauriam, ut nihil præter saxa habuisse videatur. Simili metaphorâ usus est Ezech. c. 26, v. 4, cum ageret de Tyri vastitate: *Dissipant muros Tyri, et destruent turres ejus, et tradent pulverem ejus de eis, et dabo eam in limpidissimam petram*; quasi

dicat: Usque adeò perfectè vastaberis, ô Tyre, ut neque è tantâ mole pulvisculus supererit, ut nihil sit reliquum, præter puram saxum, in quo civitas olim extructa est. Neque valde dissimilis est illa metaphorâ, quæ sub hoc tempus usus est Isaias, cum de hac ipsâ civitate et populo loqueretur c. 7, v. 20, ubi de populo atque urbe ita loquitur quasi de homine, cujus pili à toto corpore ad entum usque novacula raduntur: *In die illa radet Dominus in novacula conductâ in his qui trans flumen sunt in rege Assyriorum caput, et pilos pedum, et barbam universam*.

Id verò quod juxta hæc translationes additur, plurimum facit ad hanc cogitationem: *Et convertitur super faciem suam*. Nam vasa, quæ prius cum essent plena, os habebant supinum, quia aliter continere non possent unguenta alabastra, et pyxides, neque lagenæ vinum, neque lancës obsonia: at ubi hæc eadem vasa sunt inversa, et ore prono in vasario atque abaco stantur, quia nihil habent, quod effundi possit aut everti. Nisi major quod putavit Gajetanus, ideò ore prono inversa fuisse vascula, ne quid liquoris remaneret sive in lateribus, sive in fundo vasis. Sic enim fit communiter ab his, qui ab omni liquore purum vas esse cupiunt.

Hieronymus aliâ metaphorâ videtur eandem sententiam explicare voluisse; quare Hebraicam vocem *salachath*, quam alii et ipse quoque aliquando *vas* convertit, ut lebetem, scutellam, patinam, hoc loco reddidit tabulam, illam, optior, tabulam delictilem, quam etiam palimpsestum vocamus, quæ inducto aliquo levisissimo lactorio, aut etiam cerâ, facillè exelipit aut litteras, aut rerum imagines, quas exarare quisque velit, aut depingere: quæ sic delentur, ut scripturæ prioris aut imaginis nullum appareat signum. Hic autem de ineratâ tabulis agi potest; id certè docet styli nomen, quo non cerussatæ tabulæ, sed obdurate cerâ imprimuntur signa. Stylus enim, qui antiquis seculis pro calamo fuit, alterâ parte acutus erat, qui in ceratâ tabulâ notas exarabat; alterâ latior et obtusior, quo, si minus scripta probarentur, delebantur, ut eodem rursus complanatâ cerâ novæ indocerentur notæ, aut veterum imagines. Quare vertere *stylum*, idem valet apud Latinos proverbiali specie, atque corrigere, aut mutare sententiam; quod enim styli exaramus acuminè, idem inverso stylo latiori illius parte delimus. Sic Horatius lib. 3, Satyr. 10:

Scipio stigmata certis, iterum, que digna legi sunt Scriptura.

Alii ergo propheta quicumque ille est, qui minas hanc fulminis in modum intorsit in Manasse, et populi devotum neci aut infortunio caput, ita forte defendam Jerusalem, et oblitanda que in illa majorum exempla visebantur illustra, et in omnem aeternitatem duratura, ut neque antiqua virtutis et gloria illa superessent vestigia, perinde hinc si notata forent in polvere, in quo Jaram. c. 17, qui à Domino delecerunt, scribuntur, aut in aqua, que temporis momento vanescunt.

EX BELICIS VITIIS, ET BELICIS CEMENTIS SATIUM OPERA FACIENDI. Facies in tabula pars illa est, que litteras excipit, vel imaginem: stylus obducitur eum pars interior illius cera imprimatur, et obscurat, et delet quod notatum fuerat. Si vox una aut versus unus obtegendus est, semel induitur inversus stylus, si plures versus septis, donec tandem delebit litteris aut figuris, pura refulsitur tabula, sicut antiquam nulla in se nota forent impressa. Quod sane accidit in Hierosolyma vastitate, in qua hostilis semel et quarto inductus est stylus, donec tandem tota fororis interit. Nam primum illam deloravit Phario Noto, occiso Josia, et abducto Joachaz in exilium, et imposito terre gravi tributo infra c. 25, quo tempore in nobili tabula bona pars Judaeica gloria oblitterata est, quod reliquum fuerat, crast funditus Nabuchodonosor variis in eam regionem appellatis.

Vers. 13. — DIMITTAM VERO BELICIAS HAEREDITATIS MEAE, ET TRAMM EAS IN VICES INTINCTIONUM LRES. Duae hinc ego explanationes videre videor: altera ut Deus videatur omnino dimisisse aliquo abscessu reliquias hereditatis suae, id est, duas tribus, quae reliquae fuerant, postquam decem alias abduxerunt Aegypti. Tam autem haec, quam illa, haereditas potenter appellari Dei. Causa vero cur Deus tam severum suspensum de suis hereditate supplicium, ea fuit, quia ex quo egressi fuerunt ex Aegypto solo, licet singularibus onerati beneficiis, desererunt tamen frequenter à Deo, et iteratis saepe sceleribus illis in se furorem irritarunt, hanc tandem, impioi scelorum mensura, ultionem Domini manum experti sunt.

Alteri expositio aliquid hic agnoscat ab animo Domini elemente profectum, ita ut deleat omnino noluerit populum suum, sed bonam illius partem superstitem reliquerit, que servilem operam praestaret Babylonis, et genus

Vehementius idem argumentum urgens Marianna, tract. de Ponderibus, insigni stultitiæ elogio donandos censet eos qui Davidis talenta Messais æquare præsumant: Furor profecto, furor, Davidis talenta Messais æquare. Summam ille reformat ad 4,275,000,000 auri, et totidem fortè argenti, quæ in unam collecta summam conficiunt 2,550,000,000. Josephus difficultatem extorquendæ à lectoribus fidei eâ de re sentiens, relictam à Davide ingentem auri vim, ac centies mille talenta argenti annotans, cætera omittit (1). Eupolemus apud (1) Joseph. Antiq. l. 7, c. 11: Χρυσὸς τε

Euseb. Præp. l. 9, c. 54, redigit talenta illa ad siclorum valorem, ut pro 100,000 talentis auri et 1,000,000 talentorum argenti, par numerus siclorum auri argenteque supputandos sit. Nec sanè major summa, juxta quosdam interpretes, ædificando templo exigebatur.

Malerunt alii, pondus sanctuariorum, de quo apud Moysen, duplè pondus commune, de quo in præsentiarum, excessisse. Addunt, talentum auri aliud esse pondus quam argenti; et argenti siclium duplè aureum excedere. Jacobus Capellus distinguit talentum *stamnicum*, nempe Mosaicum, à *numismatico*, quod vocat, minori sanè pondere, et pretio inferiori. Stanislaus Græserpius, de diversis Siclis, non duo solum talentorum genera invenit, nempe commune et numismaticum, quod sextam tantum partem prioris, et duodecimam talenti sanctuariorum continere censet: sed et alia plura distinguit, nempe publicum, privatum, regale. Addit insuper, decimam, quæ duodecimam, centesimam et millesimam talenti partem talentum sine addito nuncupari. Ita planè amplam sibi viam instruit variis variorum conjecturis, summam auri Davidicæ supputantium, adoptandis.

Inter omnes constat talenti nomen non æquale semper premium indicasse apud varios populos penes quos obtinebat. Ægyptium 80 librarum pondus retulisse ferunt Plinius l. 55, c. 5, et Badius, de Asse; Romanum 70; Siculum sex drachimis valebat; Etruscum 120 libris; Syrum pondere erat 15 librarum cum 7 uncis et 4 drachimis; Ægæticum decem drachmarum; Alexandrinum 31 librarum cum tribus uncis; Atheniense 60 minis valebat, vel 600 drachimis. D. du Cange observat, nomen talenti usurpari interdum pro centum libris, quandoque pro quinquaginta, et adhuc pro marcho viginti solidorum. Homerus tradit Iliad. 4, proposita ab Achille pro ludis Patrocli in præmium feminam et tripodem; deinde pro secundo premio, equam mulo fetam; tertio novum alenum; quarto loco duo auri talenta. Erat igitur horum talentorum (ultimo quippe loco propositorum) minor quam cæterorum omnium valor. Ibidem etiam in præmium curvis largiuntur 1<sup>o</sup> ingentem argenti craterem, eximii artificii, et capientem sex mensuras; 2<sup>o</sup> vitulum saginatum; 3<sup>o</sup> dimidium talentum auri, quod sanè minus valebat quam bos. Virgilius duo talentorum genera, majus nempe et minus, distinguit, Æneid. 2:

πῶλον παρασκευασσάμενον, καὶ ἀργύριον τάλαντον μαιεῖδας δέκα.

Argentum magnum dat ferre talentum.

Vox Hebraea כסף *šēḱer* exprimit massam, sive tortum auri, argenteive. David imposuit sibi didaema, è capite regis vel dei Moabitarum detractam, quod talenti erat pondere, 2 Reg. 12, 30; 1 Paral. 20, 2. Quis autem facile crederet, sustinuisse regem in capite 125 libras Romanas? Merito igitur cum Budæo inferendum videtur (1), talentum Hebraicum, quemadmodum et cetera aliarum gentium, non ejusdem semper fuisse rationis ac pretii. His potissimum afferuntur rationes pro imminendis Davidis thesauris, et ad æquiores summam pecuniarum illius omnibus redigendis.

Sed eas nihil morati vulgo interpretes, omnes totam sacri textus historiam ad literam recipiendam censent. Verum quidem est, plures inter illos leviter rem perstrinxisse, neque se contulisse sedulitatis et curæ, quod ceteri de ponderibus et re numeraria scribentes: sed alii vicissim plures fuisse sententias accesserunt, non plane imparati, et rei numerariae licet instructissimi, adhuc tamen literarum textus experientiam censuerunt, quin prodigiorum numero tantam divitiarum vim crediderent adscribendam. Villalpandus, quem sano virum imprudentem quidquam effuluisse acceverit nemo, non tantum expressisse in Scripturâ pecuniarum summas recipi omnes; sed multam etiam adjectisse de suo Salomonem in edificio ejusdem templi paventi libro 5, parte 2, lib. de Pond. et Mens. c. 75, impendisse enim credit Salomonem centum et octo milia talentorum auri (2), et decem centena milia talentorum argenti (3); quæ tanta auri summa erogata statuitur in uno templi edificio, omnis pecuniarum ad mercedem et convictum artificum, et impensas exoticas. Quare si totum illud aurum in massam conflatum in quadratum cubitena redigeretur, tanta ejus esset moles, ut vix eam caperet concleava decem cubitorum in quadrum, et quicquid in altum; argentum vero in similem massam reductum, facile totum Sanctuarium occupasset, quod viginti cubitis quaquaversum porrigebatur. Ad idem vector, adhibitis ad circumferentiam templi 401,900 arithmos, ex Israelitis, Tyrils, Sicionis, Ægyptiis conductos, quibus, post absolutum opus, atque congruum mercedem

(1) Budæus lib. 4 de Assæ. fol. 110 editionis Ascensianæ. (2) Talenti significationem non unam fuisse apud Hebræos puto, quoniam et à caput alias gentes nominatis. Vide, si placeat, Breweood, de Ponderib. c. 6.

(3) Reddunt, ac ejus supputationem, 1,817,654,024 aëreas monete Romanæ.

(5) Reddunt, 1,465,480,000.

solutam, decem sicli auri muneris loco adjecti sunt (4). Præter hæc Tyris opificibus annuatim solvebantur 602,850 cori (5) frumenti, totidem hordei, et mensura vini (5), ac totidem olei sata (4). Eadem æquâ proportione Sidonius et Ægyptiis assignata, sive auro, sive quacumque demum ratione solvenda. Mensæ regis Tyri conferebat vicies mille mensuras frumenti et olei vicinas 2 Paral. 11, 40. Singula sunt prosequitur Villalpandus, quæ nos ultra præterimus, ne ab argumento plus nimis abducatur. Nonendum tamen censemus, nihil legi in Scripturâ de opificibus Ægyptiis, neque de siclis aureis post absolutum opus singulis operariis adjectis. Hæc ab Eusebio narratur loco superius indicato.

Quæ de inæqualitate talentorum apud varias gentes adjecta sunt, nihil pro Hebræorum talentis præstant; neque enim vestigium ullum deprehenditur, sive in Scripturâ, sive in historiâ, variâ apud eas gentes, saltem ante captivitatem Babyloniam, obtinuisse talenta, et aperitissimum Mosaicorum testimonio, neque Exod. c. 38, v. 25, 26, probatur, Hebræorum talentum valuisse ter mille sicli. Exemplum Davidis, qui cepit imposui didaema talenta pondere, nihil probat, cum fortè didaema illud in aere suspensum solo luminis tenebatur, vel saltem valore eratiatenti, quippe quod divite gemmarum thesauro ornaretur. Cetera omnia loca, ubi sermo est de talento, ingentem eo nomine summam exprimi demonstrant. Amasis rex Juda exercitum eunt à rege Israelis 100,000 hominum, soluto pretio centum talentorum, 2 Paral. 25, 6. Profectò, si talentum unius valisset quàm ter mille sicli, quantum in singulos milites impendisset? Ammonites pro conductis 52,000 curribus, seu facile 52,000 equi currum trahentibus, simulque copiæ Mesopotamie, in regionibus Moab, Robob et Soba collectis, solverunt mille argenti talenta, 2 Reg. 10, 6; 1 Paral. 19, 6, 7. Auri rex Israelis duobus auri talentis montem emit, in quo urbes Samariam edificavit, 5 Reg. 16, 24. Cum Sennacherib ab Ezechia exisset trecenta talenta argenti et triginta auri, plus

(1) Decem sicli auri summam conficiunt circiter 116 librarum.

(2) Corus caput 208 pintas cum dimidia, semisextarium, et plus aliquid.

(3) Mensura, sive bathus, continet 29 pintas cum dimidia, semisextarium, et plus aliquid.

(4) Sata continet 9 pintas, ac dimidiam, semisextarium, quartam partem partem, quatuor pollices, et plus aliquid.

ille rex ingenti summa conficienda non araria modo regia et sacra excussit, sed laminas etiam aureas ovulsit, quibus templi fores vestiebantur, 4 Reg. 18, 15. Giezi postulatam venit è Naamano, falso obtinens Elisei nomen, 4 Reg. 5, 22, duo argenti talenta, quæ Naamano deferenda tradidit duobus domesticissis, duplice sacculo onustis. Profectò, si ea pecunie summa et pondus minora fuissent quàm quæ Giezi sustinere posset, conducebat viro socum omnia ferre, ne fortè res in cognitionem Elisei veniret. Captò à Necliar rege ægypti Judææ tributum imperatum est centum talentorum argenti, et unius ex auro, 4 Reg. 25, 35, 35, quam summam ut conficeret Joachin, extraordinarium vectigal imponere populo, ut pro viribus quisque solveret, coactus est. An et Scriptura hæc narrare, et rex ad eas angustias redigi potuisset, si talentum multò minus fuisset quàm Mosæica? Manabem rex Israelis anatum tributum mille talentorum Phii regi Assyriæ solviturus, 4 Reg. 15, 19, quinquaginta sicli ditissimos quosque suæ ditionis, cæteros vero singulos pro eorum facultatibus, censuit. Talentum igitur Hebraicum modicam illam summam profectò non conficiebat, quàm contrariè sententiam auctores communiuntur; neque varii apud illos fuisse valores vel legitimum unquam, vel conjecturâ assequimur, cum semper ingentem pecunia summam reddat.

At enim talentorum Davidicorum summa immensis erat, et multò quàm quæ edificando templo, exigerebatur, major. Grandem fuisse pecuniam scitur, sed impensis non sanè minoribus æquanda erat. Profectò, si totum illud aurum argentumque, auctore Villalpando, pro interioribus templi ornamentis, sacrisque vasibus erogatum fuit, tantum abfuit, ut David majora sumptibus præstaret, ut multò etiam minoris reliquerit. Sed esto, concedamus Breweoodo, hæc aut argentique immensam vim auro argenteove penitis templo, æquè ac Salomonico Augusto, confundo satis futuram: nonne ex his pecuniis merces pendenda erat infinitis propemodum artificibus, integro septennio in opus inaugurandum? Quantum plane solveretur pro rebus venendis, pro lignorum strue, lapidibus, marmore, gemmis, aliisque, quæ nonnisi experti omnia scire potuissent? Si dimidium hujus thesauri hisce erogatum dixerimus, minime forte quàm res tolerat, concedamus: tunc autem negotium duplo minoris difficultatis Breweoodo fiet, atque æquilibrium

oculis summam duplo minorem respiciet.

Reponunt fieri nunquam potuisse ut David, nullis a vitis facultatibus locuples, in angustissimo regno tantam auri vim cumularat; sed animadvertit oportuit, ditissis virum regnasse, longè latèque terrorem sui nominis, atque arma et victorias, ac tandem imperium prorogasse. Ditissimus populus habebat tributo obnoxios, nec sanè multum suis commotis insomelat, ac vicissim multa ex gregebis, agris, vineis, olivæ referebat. Regnum prorogavit ad quadraginta annos post obitum Saülis; et superstitio adhuc Saülis, ipse validè sibi manu adjecta, hostilem regionem non sine ingenti prædâ excurrebat, 1 Reg. 27, 8, 9. Jura dedit deinde tribui Juda Hebronæ, integro sexennio; successit regnum in universum Israelæem per triginta et quatuor annos. Toto eo temporis spatio nihil sibi permisit reliquum egendit pecuniis, quibus tunc maxime totum impendit, cum edificandi templi Domini consilium cepert, quantum honorem illum servari filio, Domino revelante, didicerat. Bellum intulit Syris, Philistinis, Ammonitis, Moabitis, Idumæis, et nunquam adversam fortunam expertus est. Regrediebatur enim semper non gloria modo, sed spoliis superiorum regum direptis, rapisque eorum thesauris ovans. Hæc enim constituta tunc temporis belli lex erat, ut deserti regis thesauri, et tota hostilis regionis prædâ, quin et captivi, ipsi, victori regi manerent. Victos enim hostes veni captivos habebant, quibus eâ tantum conditione via servabantur, ut tributa nec modica plene solverent. Sed quænam regiones illæ victori tributa pendentes? opulentissimæ sanè, et plerumque metalli fodinarum feracissime. Arabiam totam sibi fecerat vestigalem: quibus autem regionibus illis, ac maxime Arabiæ Felicis, divitias ignoret (1)? In Idumæa celebrantur apud profanos, etiam usque post Jesu Christi natam follivæ Phimon; celebrantur et Phœnicie à Moysæ indicatæ Dent, 35, 23, et successu temporis à SS. martyribus frequentatæ; Euseb. Hist. eccl. Cùm tandem superato rege Adarezo totam Syriam didoni suo David adjecisset, immensam ex illa metallorum vim reduxisse, Scripturâ testante 2 Reg. c. 7, v. 7 et 8, intelligimus. Eodem fato subjecti sancti populi transephratæ, fœdere juncti Syris et Ammonitis, Tradant

(1) Plin. l. 6, c. 28: « In universum gentes ditissimæ, et apud quas maxime opes Romanorum Partiorumque subsident. »

Rabbini Davidem è subactâ Mesopotamiâ auri argenteoque vim ingentem traxisse, quod et argobsecrè indicat Scriptura 2 Reg. 10, 18, 19, ferens hunc regem prælio vicisse ac subegisse Syros de Robob et Soba. Quoad opinionem illam Rabbidorum vide Siple fol. 38; Malmonidem, *Illico Thecomi* Th. cap. 1, Halac III.

Profecto, si omnia hæc cumulerentur, tributa nempe subjectarum gentium, spolia regum, regni sui jura, et Israelitarum vectigalia, rei familiaris parcimonia, cui per eam ætatem non privati tantum, sed principes ipsi studebant; si, inquam, hæc omnia simul spectentur, monstri loco facile non habebitur, si immanes hæc thesauros comparasse David asseratur. Si quis, conferat inter se tributa in Scriptura descripta, tum et illa quæ à devictis gentibus rex exegisse creditur, is facile intellegit, eâ solâ ratione divites in immensum crescere potuisse. Manabem rex Israelis auri talenta mille Phil. regi Assyriorum pendebat, 4 Reg. 15, 16. Arabes, ex nempe Arabiæ portio, quas ad oram meridionalem maris Mortui portinet, tributum solvebant Josaphato 700,500 arietes, et hircos totidem, 2 Paral. 17, 14; Ammonites Joatham regi Juda centum talenta argenti, et decies mille mensuras frumenti, et hordei totidem, ibid. 23, 5. Rex Assyrie tributum imperavit Ezechie trecenta talenta argenti, et triginta auri, 4 Reg. 16, 7, 14. Rex Moab tributum dabat regi Israelis centies mille agnos, et totidem lanigeros arietes, ibid. c. 5, v. 3. Quid autem Ammonitarum, Moabitaram, Israelis etiam et Juda scelestum spectata ditioses cum latissimo Davidis regno? Sub eo etenim principe, promissis Abrahamo à Deo ditiosis fide soluti, 4 Gen. 15, 18, totus fuit tractus inter Mediterraneum et Nilum, ut ipsâ hostium Judæici nominis confessione post plura secula adhuc fama Davidis et Salomonis, tanquam potentissimum regum, qui fines regni sui usque ad Euphratem prorogaverat, maneret (1). Scimus etiam ex lib. 2 Reg. 16, 19, et psalmo 49, Mesopotamiam ipsam habuisse; quæ etiam de re conveniunt Rabbini supra citati.

Recitantur in Scriptura nomina prælectorum Davidis, quibus regiæ græcæ oconomia commissa erat; unde non futillis conjectura ducitur de immanibus ditissimis illius regis re-

(1) 1 Esdr. 4, 20: Nam et reges fortissimi fuerunt in Jerusalem, qui et dominati sunt omni regioni, quæ trans fluvium est; tributum quoque, et vectigal, et redditus accipiebant.

ditibus. Erant enim præfecti qui agriculturam curabant; erant et super greges bovm, caprarum, ovium, camelorum, asinorum, super vineas etiam, oliveta et ficus. Studebant autem illi, ut agrorum cultura procederet, stata nempe servarentur tempora, et naturi fructus colligerentur; vinum et oleum probè servarentur, ac tandem suo venderentur tempore. Diutinis operis colebantur à subtilis agri; quod animum erat ex juribus regum à prophetâ Samuele diductis, 1 Reg. 8, 12. Præter hæc diurna subditorum servitia, pendebantur regi decimæ fructuum et frumentum. Eupolemi etiam auctore jam memorato sci-mus, Davidem instructas classes misisse *Orphen* in mari Rubro, unde aurum referebat. Tandem ille nunquam thesauros suos aliâ distraxit; frangi enim erat et modestus; *Magnam vectigal parcimonia*.

Quo autem accuratius aliquid de redditibus Davidis intelligamus, thesauros Salomonis, de quibus in Scriptura non nihil, mentè versare oportet. Porrò ille neque potentia erat majori, neque parcimonia; regnum, quale à patre acceperat, servabat; singulis autem triennis classum mittebat in Ophir, quæ dives revertebatur 450 talentis ex auro, lignis, avibus et rarissimis animalibus. Sed hæc Salomonis præfecti non gratis comparabant, à pretio auri, sive mercium permutatone.

Si autem fides sit Eupolemo, paria saltem David præstabat, cum et ipse classes suas mitteret in Ophir, aurum solummodo referentes, neque enim ipse curiosis aliis mercibus studebat. Si verò hinc auctori, ex Scripturæ silentio, fides denegetur, æquum est tamen lateatur, Davidem eas res in suâ regione vendidisse, quas Salomon in alienas regiones mittebat. Si quis immanem illam frumentum, vinum et olei copiam, quam Salomon Tyriis exterisque optinebus templi solvebat, venditum exposuisset, quos sanè non retulisset thesauros? Patebat Davidi Mediterraneum, ubi tutum commodumque detineret commercium cum Phœnicibus, Ægyptis, Syris et Philistæis, ex quo facilis erat via vendendi non infuso pretio camelos, asinos, boves, oves, vinum, frumentum, oleum, fructus, non è suo fundo tantum, sed etiam ex tributis collecto.

Irrefragabil Scripturæ testimonio comper-tum est, tantum opes Israelitarum sub Salomone crevisse, ut argentum in diebus illis pro nihilo reputaretur, 2 Paral. 9, 20, et tanta esset abundantia argenti in Jerusalem, quanta et la-

pidam, ibid. v. 27. Sint autem hæc per exaggerationem et hyperbolicè dicta; re tamen immanem regni opulentiam produnt, satisque demonstrant, satis fuisse tunc temporis vulgare in eadem regione argentum. Sed nec obscure sunt hæc indicio, Davidem tantam comparasse opum vim, quæ regni miram illam opulentiam faceret. Qui enim fieri potuisset unquam, ut Salomoni omnia suppetere, quæ nempe profunderet in ædificia, exercitus, currus, domesticos, utensilia, hortos, equos, mensam item regiam, uxorum copiam, quas totidem reginas dixisses, Cant. 6, v. 7, et erga quas adeo ferebatur; qui, inquam, fieri potuisset, ut post ingentes adeo sumptus, adhuc tamen tot tantique superessent thesauro, nisi immensi penè ex patria hereditate filio provenissent? Neque enim filio major erat quam Davidi ditio, amplores suadi et proventus. Quanta quanta autem esset regis opulentia, adhuc tamen vastissimo operi imparia fuerunt regis ædificia, cum in ipso ædificandi ardore centum et viginti talenta ab Hiram rege Tyri mutuò acceperit, 3 Reg. 9, 14, et post obitum Salomonis immo dicis vectigalibus oppressos se ab illo Israelitæ conquererentur, ibid. 12, 4.

Sed etia ad proventus Salomonis explorandos propius accedamus. In 5 Regum 10, 14, hæc legimus: *Erant autem pondus auri, quod offerebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri, excepto eo quod afferbant viri qui super vectigalia erant, et negotiatores, universique scrata vendentes, et omnes reges Arabiæ: ducesque terræ. Hæc sexcenta sexaginta sex auri talenta reddunt 46,297,802 libras. Putat autem Villalpandus, de Templo, tantum auri ex tribulibus devictarum gentium collectum esse; quare, inquit, præter hæc, in ædificia regia inferebantur singulis annis ex vectigalibus duodecim tribuum 1411 auri talenta; insuper singulis triennis ex classe Ophireticæ accedebant 450, sive 420 talenta auri. Quid verò portoria Israeliticæ cæterorumque subjectorum regnorum, argenti ærisque fodinæ, mercium decimæ, proventus ex Arabiâ, atque ex præfectis provinciarum, qui sanè multum hæc omnia superabant? Quæ cum hæc se haberent, non plane inviti credimus, Davidem solido quadraginta annorum regni spatio potuisse centum millia auri talenta et decies centena millia argenti in regio thesauros inferre, cum et parcos haberet redditus his quos Salomon, et minores planè sumptus. Conferat ad eam rem testimonium Eupo-*

lemi tradentes apud Euseb. præp. 1, 9, c. 34, impensa à Salomone in opus durarum ænearum columnarum et templi 4,600,000 talentorum auri, in clavos verò alioque opera 1332 talenta argenti, quæ planè summa relicta à Davide thesauros magnoperè superat. Sed Villalpandus de Pond. disp. 4, l. 2, c. 33, utraque, et Scripturæ et Eupolemi, auctoritatem conciliat, annotans Eupolemi Græcum scripturæ talentum quidem argenti probè nosse, necesse verò quid esset aureum talentum, cujus nulla est apud historicos Græcos mentio. Quare cum de auro talento agit, præ oculis habet talentum argenteum Atticum, ad auri pretium erogatum totum id quod in ædificium templi credendum est. Talentum Atticum duplò minus erat Hebraico; atque duodecim argentea talenta aureum unum reddebant. Ita 4,600,000 talenta argentea Hebraica reddunt Attica 2,000,000, et 100,000 talenta auri, per duodecim multiplicata, quod summa talentorum argenti reddatur; deinde tota summa duplicata, ut talentis Atticis respondeat, refert 2,400,000, quod cum Eupolemi talentis congruit. Si quis accuratius aliquid voluerit, auctorem adest.

Ut ultima dissertationi manus imponatur, reliquum est, ut exempla similia, quin et majorum duntaxat afferantur. Quidni enim poterit David, quod alios, nihilò majori censu, potuisse constat? Sardanapalus rex Assyriæ, auctore Ctesia, in urbe metropoli obsidione arctissima clausus, cum ad ultimas angustias reductum se intelligeret, ingentem pyram incendit, qui quidquam divitiarum haberet, totum igne absumendum tradidit, ne quidquam in manus hostium veniret; deinde se in pretiosissimum regum coniecit. Absumpta sunt eo igne 150 lecti auri, totidem aureæ mensæ, 1,000,000 talentorum auri, et decies totidem argenti, cum vestibus pretiosissimis, purpureis pannis, allisque id generis. Præter hæc, inempte obsidione, filios suos è Ninive subduxerat, dato illis commentu 5,000 talentorum auri. Exaggeret quis modò pro arbitrio ditiosus hujus regis, et imperii Assyrii amplitudinem; contendimus enim, nihilò angustiorè fuisse Davidem ditiosum, quis lasuper exquisitori culturi soli, et incolarum numero, Assyriam superabat. Fatetur Josephus lib. Antiq. 7, c. 12, neminem unquam orbis principem, sive apud Hebræos, sive apud exteros, Davidicis locupletiores thesauros reliquisse. Insuper ibid. et l. 16, c. 2, et



lib. 4 de Bello, c. 4, testatur illatas in sepulchrum ipsius divitibus planè ingentes, quae deinde effossas narrat.

Thesauri, quos inventos narrat in novo orbe, fidem sanè adstruunt his quae de thesauris Davidicis in Scripturâ narrantur. In urbe Peruanâ parietes templi aureis laminis obducti nitebant, quibus fulgor accedebat ex insertis smaragdus et cyanis. Solis simulacrum fulgore pretiosi metalli oculos perstringebat; fons prope templum spectabatur, cuius tubi et urnae solido auro confabatae erant, Hortus templi in urbe Casco, auro totus et argento distinctus; isidomphae nitebant metallis horri regiae domus in eadem regione. Innumerae enim propemodum arbores, plantae, flores, ex solido auro argenteoque dispositi erant, nec viliori metallo expressa reptilia, aves, et euscianque generis animantia. Patebant campi auris seminibus saturi, totam verò ambiens messes aëreæ species, ex virgibus ejusdem metalli intextae. Spectabantur statuae procerae hominum utriusque sexus et puerorum, horrea etiam autrum triticum condentia; omnia ex solido auro. Vasa templi caetero culini respondebant; neque villiora instrumenta in usum agriculturarum. Caeterum sana omnia urbis Peruanæ nihil huic concedebant, uti et peritiam abierat regio lucessorum aedes; ubi illud singulare spectabatur, quod continendis lapidibus, pro cemento, aurum, argentum et plumbum simul fusa fuerint.

Atalapa, Peruanus rex, obtulit Pizarro Hispanorum militum imperatori, in suae redemptionis pretium, tot auri argenteique vasa, quot continere posset ea aula quò venerant collocantur, vel, juxta alios, quot caperet atrium quadratum palatii *Cuzamalca*, ad eum usque multiplicem cumulata, quae manus extenu perlingeret. Oblationem accepit Pizarrus, nec promissis defuit Atalapa, quamquam nec his contentus Hispanus, urbe Casco diripuit, tantam auri praedam lassus ut magnopere ipsam regis oblationem superaret.

Aetas magni Mogolis, teste Mandesto, quatuor circiter leucarum circuitum habebat, nec regis aëria minoris, quam 1,300,000,000 numerorum sententorum assimabantur: proventus autem, juxta Herberetum, ad 250,000,000 pertingant. Sinarum regi annua census tribuunt 150,000,000 sententorum; ac memoratis proventus casu P. Græbero, in obitu ejus principis in eodem illius regio crenari thesauris ipsius omnes, quos in obitu ejusdem à novis

simis regibus pervenisse ait ad 40,000,000,000 igitur consumpta. Quae si vera sint, apertissime planè demonstrant potuisse Davidem quadrangula annorum spatio centum millia auri talenta, et decies centena talentorum argenti cumulasse, in amplissimo planè regno, coeque ditissimo, tum incolis frequentissimo, post relatas maxime tam multas de hostibus vietas, et opima spolia, adjectis tributis, tanquam regis parcimoniam.

Nihil moror divitibus totâ antiquitate celebratas, Midae et Croesi; facile enim fabulosas vastas adjectis aliquid veritati. Narrant nihilominus, et Cyrum, devictâ Asiâ, pondus (auri) equatur et triginta millia invenisse, praeter vastam auream aurumque factam, et in eo folia, et ae platannum, viemque. Quâ victoriâ, argenti equingenta millia talentorum asportavit, et caeteram Semicamiliis, cuius pondus quinquaginta talenta colligebat. Plin. lib. 35, cap. 5. Apud eundem auctorem legimus laquearia, fornices aureas, argenteas trabes, columnas, pilas in aedibus Salaneis regis Colechidis.

Quod ferendum sit iudicium de thesauris quod ferendum sit iudicium de thesauris regni Persarum, ex Athenæo, lib. 12, discimus. Accurabat in regis aedibus aurea vitis et platannus, et in cubiculo ad regis cubilis capiti, servabantur quinque millia talentorum auri, et in alio conclavi ad cubilis pedes, tria millia ex argento continebantur. Quotidie in aula regis impensa ac mensa aiebantur quiddecim hominum millia, erogatis in eam rem quadringentis talentis in singulos dies, nempe 357,781,950 libris in singulos annos, et 923,450 in singulos dies. (Vide Athen. lib. 5, cap. 40, et Herodot. lib. 7, cap. 417, 418, 419.) Rex Artaxerxes, apud Plutarchum, vota nuncupans pro incoluntate Atossae uxoris suae coram Junone, solemniter fidem suam, factâ huic, quae iuramentum sollemnè est formula, obtulit, tantum se auri, argenti, purpurae et equorum per manus amicorum et satraparum in sacra templi aëria illaturum, quantum interjectum inter templum et regis aedes spatium caperet. Porrigebatur autem spatium illud ad 16 stadia, nempe 375 passus.

Minor est haec distillarum narratio eâ quam de Alexandri Magni thesauris ferunt scriptores. Invictus ille rex, teste Q. Curtio, lib. 5, ex Damascenâ regione retulit his mille ac sexcenta talenta argenti signati, et pondus 500 talentorum rubis argenti; cum 7000 equis, sive mulis onustis. Cum autem Susas venisset, oblata regi narrat Arrianus 1800 talenta ar-

genti eusi; addit Q. Curtius par argenti gravis pondus; sed Diadorus Siculus pervenisse hanc summam tradit argenti gravis ad 40,000 amplius talentorum, et auri in Baricos eusi ad 9000; Plutarchus verò habet 5000 talentorum argenti, et purpurae ad 10,000 talentorum.

Occupatâ Persopoli, in regnum aëriam illata sunt 120 millia talentorum, teste Diodoro et Curtio lib. 5, cap. 15. Ex Perside et Sosis revulsisse illum 40,000 talenta, auctor est Strabo lib. 16, vel, juxta alios, 30,000. Sunt etiam qui scriptum reliquerint, totam argenti summam Eclatana redactam, ascendisse ad 180,000 talenta, praeter id, quod Babyloisem delatum est, et 8000 talenta à Darii interfectoriis solvata.

Post praellium ad Arbēlam, oblata sunt Alexandro 3000 talenta argenti, teste Arriano, vel 6000, juxta Curtium, in castris Darii inventa. Diadorus, lib. 47, testatur, in aëriis Eclatanorum non minus quam 120,000 talenta auri fuisse, cum Alexander urbem invasit. Plura etiam invenisse in thesauris Babyloisem fides colligimus, quod ex occupato ibi thesauro, singulis equitibus exercitus sui rex sex minas, externis verò equitibus quinas, pedibus duas virgum distuluerit (1). His omnibus thesauris inspicendis triginta, vel quadraginta dies insumptos narrat. Accesserunt his sex millia talentorum argenti ex Pasergade reco-

(1) Minae valor 97 erat lib., 6 sol., 10 den. et dim. minuta nostratis.

pta. Erant Darii praeterea septem vel octo millia talentorum ab interfectoriis ipsius regis sublata. Quaequum verò ea summa fuerit immota, adhuc tamen aëria victori reservaverunt 15,000 talenta, ab Alexandro inter copias suas distributa. Praefectus Aegypti opima haec spolia 800 talentis et omnibus suppellectilibus Darii cumulavit. Haec omnia in unum collecta summam excedunt 185,000 talentorum argenti, relictis thesauris Babyloisem inventis et inter milites distributis, et 120,000 talentorum auri. Stylus defuit Polybio, lib. 10, magnificentiam pariter et superbiam regum Eclatanorum descripturo. Cedro omnia et expresso induebantur; puro etiam vel argento obductae erant trabes, laquearia, fornices, columnae porticum, et peristylia; aurea et tegulae columnis. Harum laminarum plerisque aetate Alexandri Magni avulsis, plures etiam sub aliis post ipsam regibus manserunt; et Antiochus Epiphanes in templo deae Anae, sive Anaidis, columnas adhuc spectavit auro obductas, tegulas argenteas, lateres aureos et argenteos longe plures, quae omnia in praemium, summa 4000 talentorum, excedit.

Talenta illa Attica erant, nempe 2400 librarum monetae Gallicae. Porro omnia haec exempla, adjecti et insuper amplitudine ditioris Davidicae, et aliis quae regi spectebant, cogendarum distillarum commodis, lectores revocant ad fidem Davidicæ opulentiae, omnemque renovent à sacris libris susceptionem corruptionis et exaggerationis. (CALMET.)

## DE TEMPLIS VETERUM

### Dissertatio.

Nulla apud homines religio subsistere unquam potest sine cultu aliquo sensibili, exter-narumque caeremoniarum ritu, cuius exercitio, veluti lessera quiddam, verae religionis cultores inter se convenientes ab exteris discernantur (1). Quare non immeritò credimus templa et loca religiosi, quò simul homines ejusdem religionis coeant, ipsi mundo æquava, pares

(1) Augustinus, lib. 49 contra Faust. : « In nullum nomen religionis seu verum, seu falsum, cogulari possunt homines, nisi aliquo signaculorum, seu sacramentorum visibili consuetudine colligantur. »

cum illo natalis sortita fuisse; quippe quo portio sunt religionis naturalis, atque supremi et absolutissimi hominum officii necessariae quaedam consecutiones.

Templorum tamen necessitas non quidem ex Dei natura, sive inopia aliqua, neque ex ipsius aliquo præcepto consequitur. Nam ea licet loca Numinis majestas insideat maxime, et elementaria atque presentia suae majora ibi exhibeat documenta, detrahant caeteroquid quicquid majestati et gloriae, quae simul omnia Numine suo implet, cum nullis ex se limitibus

clausum ad certos quosdam limites redigere, eumque, qui omnia simul unio intuitu istrans ubique prestò est, intra certi loci angustias continere videatur. Quare construendum templum erunt, et nominis illa imponendi, domorum Dei, primus auctor non satis auguste Numinis majestati consuluisse non modò à nobis, sed à profanis ipsis creditur. Sic Zeno apud Clem. Strom. lib. 5: « Non opus est sana edificare. Fanum enim quod non sit magni pretii et sanctum, nihil est existimandum. Nihilum autem magni pretii et sanctum est edificatorum opus, et liberalium opificum. » O stupidi profecto mortales, inquit Hieracitus, dicite quid nomen illud fuerit, quod vos intra murorum angustias clauditis? Latet vos, Deum neque corpore constare, neque opus esse manuum hominis, sed totum sibi mundum templi loco dedicasse? Privata illa templa omnia interdixit Plato lib. 12 de Legibus; nam, ait, totus mundus diis omnibus commune est templum. Si quæ autem ille edificanda diis templa permitteret, ab eis volebat aurum, argentum, ebur, ferrum, res omne abesse. Veteres PP., quibus villo vertebant pagani nulla habuisse dei templa, respondebant, se peculiaribus carere, quòd unicum haberent verum Dei templum mundum universum; sicut et delicias Numinis non loca muris clausa esse, sed hominum animos. (Nome, ad lib. Arnobii, lib. 6 contra gent., prima et maxima, contumelia est habitationibus deos habere distinctos?) Salomon post exaltatum Numinis templum multo quàm cetera quæcumque augustissimum, ultro fatetur 3 Reg. 8, 27: *Caelum et caeli colorum te capere non possunt; quanto magis domus hæc, quam edificari? Deus ipse quid de templis sentendum nobis sit, docet Isai. 66, 12: Caelum sedes mea, terra autem cubile meum pedum meorum; quæ est ista domus quam edificabitis? Similis et quis est iste locus quietis mea? David consilium inivit augusti Domino templa construendi; Salomon pium illud opus perfecit: Sed non Excelsus in manufactis habitat, Act. 7, 47.*

Natura igitur indulgentia tenuitati Deus, nostris que commolis serviens, orationis loca sibi consecrari passus est, ubi à mortalibus oblata sacrificia accipiens et vota, dum nostrorum nos memores sumus officiorum, beneficia ille impertiri non cesset. Non idcirco nos templa excitamus, ut à temporum injuriis, pluvii, ventis, procellis Deum timeamus (1); neque

(1) Non idcirco attribuimus diis templa,

eum ministrorum atque sacerdotum indigens, eos à nobis reposit. Nos eà ratione debitis consiliis nostræ religionis officii; mentes ibi nostras ad illum erigimus, insitamque erga Numen reverentiam et obsequium altius imbihimus. Denique totus circemularum apparatus, et extrinseca religionis gloria interne religioni servit; atque visibile istud templum adificationem oculi in animis nostris templi juvat; ubi sanè in spiritu et veritate Deus, qui hoc unico delectatur obsequio colitur.

Primi illi mortales in religionis exercitiis, minus externam pompam fastumque curabant; cultus erat illis simplex et purus, sincerior religio, atque in arcano mentis recessu se continent, minus exterius sese prodens. Pii illi et religiosi viri paucis externæ religionis summam complexi, intimis animi obsequiis se totos adixerunt. Rara tum temporis loca religiosa, ubi Altissimi litaretur, neque usu adhuc probata templa, successu temporis dedicata. (Euseb. Præp. lib. 1, cap. 5.) Externorum rituum copia nondum intimos, pli animi sensus, et quod est in religione præcipuum obmerat; neque monstrum illud adhuc apparerat, ut quod inferius est, potissimum locum obtineret. Ante diluvium aris tantum erectis totum condebatur; nec major fuit religionis apparatus diu post ea tempora. Abel, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, viri illi profecto religiosissimi, nulla tamen adhuc templa norant. Altare simplex, in loco puro et seorsum posito erectum, absque simulacris, ornamentis, opibus Deo statuebatur; circum habebat vel lucum, vel horrorem aliquem religiosum, vel saltem in edito colle eminebat; eo fideles colligebantur, ut officia sua Domino præstarent.

Nec magis constat, utrùm victimarum usus ante diluvium obtinuerit; facile enim res esse que post permissam Noë escam ex animantibus dilata est. Tum ille concessam sibi etiam facultatem offerendi sanguinem et carnem victimarum reputavit. Ante hæc tempora ex annis proventibus aliquid Domino dedicabatur, primitiæ fructuum, lac, adipis et armentorum lana. Hæc docet Scriptura de religione ejus ætatis. Hæc veteres tradunt, primævam illam religionem celebrantes, veluti ejus san-

tanquam humidus ab his imbres, ventos, pluviasque arceamus, aut soles, sed ut eos possimus coram et comitis intueri, affari de proximo, et cum præsentibus quodammodo venerationum colloquia miscere. (Arnob. lib. 2 contra gent.)

citati, simplicitati et innocentie nihil esset reliquum. Altaria olim, canit vetus poeta, nullo taurorum sanguine cruentabantur. Pecus aliquod de grege neci tradere, ut carnes in escam pararentur, nefas habebatur; aberant thura; procul victimæ trerunt; oleribus litabatur, prius in altum elevatis, veluti ut essent in oblationem Auctori natura, deinde igitur impositis. Religio hæc adeò frugi facile sine templorum et ingentium molium fastu ministrorumque satellitio agebatur. Ara ipse simplices, et soli religione ornata. Quam Jacob, visione recreatus in Bethel, cum iret in Mesopotamiam, erexit, rudi constabat lapide, quem ille capiti suo supposuerat. Ex lapide in altare statim transivit, simplici oleo dedicatum, Gen. 28, 18. E Mesopotamia verò rediens locum reperit, voti antea nuncupati reus, ibique decimas omnium bonorum persolvit. E rudi pariter lapide altaria Domini fabricanda Moyses edixit. Exod. 20, 25, Deut. 27, 5.

Abraham venerationem conciliaturus altari à se excitato in Bersabee, lucum circa illud sevit, Gen. 21, 33, quod ejus ætatis more veluti templi quoddam genus habebatur; eumque locum, religionis atque sacrificiorum causâ, unò cum totâ familiâ frequenter adibat. An hæc ille è Chanæeorum, quibuscum habitabat, religione derivarit, vel potius intimum animi ductum, Deique intime monentis imperium in eo loco serendo secutus fuerit, incertum. Sed planè constat, nihil post aras vetustius occurrere, quàm lucos religiosos. Nihil apertum in Moysæ de templis; frequenter verò de lucis, idolis consecratis. Imperat Israelitis, ut aras omnes subvertant, vastent lucos, destruunt monumenta sacra, sive Chanæeorum statuas; nihil tamen usquam habet de templis; habuisset autem, si frequentia in regione fuissent. Et quidem nunquam legimus, in devictis citra Jordanem regionibus templa illa ab ipso eversa, quàmvis totus ille tractus cultui numinum Phegor, Moloch et Chamos addicissimus esset.

Profecto numinibus illis nulla fuisse templa videntur præter lucos, sive adcolas vel tabernacula, quibus eorum statuae circumferebantur, uti Amos describit vers. 26: *Portuisti tabernaculum Moloch vestro, et imaginem idolorum vestrorum, sidus Dei vestri, quæ fecistis vobis.* Sunt etiam, qui in dubium revocaverint, an statuae ipse moribus earum gentium receptæ fuissent. Veteres, agentes de primis illis idolis Arabum, inter quos Moabitæ et Ammonitæ

ceiebantur, illa pingunt tanquam rudes lapides essent, sive ferro expositi, sed non in simulaerum humanum efflicti. Vestustissima Phœnicum numina virgæ erant, vel haste et columnæ in honorem deorum erectæ; ait Sanchoniaton, seu Porphy. apud Euseb. Præp. lib. 1, cap. ult. Idcirco, ait Trogus, nostrâ ætate obliet, ut haste sive sceptræ manibus numinum imponantur: (Nam ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas habuere; ait Justinus, lib. 48. Apud Josephum, cont. Apion. lib. 2, mentio inducitur de columnis pretiosis, in veteri templo Tyri consecratis. Septuaginta plerumque reddunt vocem Hebræam *Mazaba*, quam alii *statuas* interpretantur, reddunt, inquam, *columnas*, quod sanè meliùs vim originalis nominis exprime videtur.

Satis etiam constat de vetustate cultus sacris lucis, non minus quàm idolis in fideis locis erectis, exhibiti. Gedeon lucum Baalis vastavit, Judic. 6, 27, et reges Israelis et Juda vicissim plures numinibus consecraverunt, quos tandem ab aliis regibus successis, eque simul aris et idolis, scimus. Non aliunde sanè oriuntur scelera illa et abominaciones quæ non rarò prophete Judæis exprobrant. De lucis circa templa Ægyptiorum positus sermo est apud S. Clementem Alexandrinum. Templum Jovis Ammonis circum ambiebat lucus, uti et templum Carthagini, de quo Virgilius:

*Lucus in urbe fuit medii....*

Quidam etiam luci sacri in Arabiâ à geographis describuntur, inter quos celebratur lucus palmarum, qui ipsissimus esse vulgò creditur lucus Elim, ubi Israelitæ castrametati sunt post transfretum Erythreum. Locum euidem numini sacrum custodiebat sacerdos duplex, mas nempe et femina, teste Strabone, lib. 16. Celebratur apud eundem lucus Daphnæ in suburbis Antiochiæ, ubi oraculum Apollinis et Dianæ. Apud Indos religiosæ erant arbores, quarum sanctitatem nemo non maxime impius violasset. Apud Græcos par erat cultus in quercus, et in oraculo Dodonæ. In monte Vaticano, ait Plinius, lib. 16, cap. 11, vetustior erat urbe illex, ante conditam urbem sacra. Erant et vetustissimæ arbores, vitis redimita, quibus ipse de se Arnobius, lib. 1, testatur, sese ante ejurata idololatriæ sacra cultum impendisse. Præcis Gallis, quod scimus, pro templis luci tantummodo erant, in quibus erectæ rudi opere statuae super arborum truncos, pro basibus constitutos stabant. Lucan. :

... Simulacraque mastia decorum

*Arte carere, caecisque exstant informia truncis.*  
 Germani, rudis olim gens, sapienter tamen fas non esse colere partibus deos, neque in ullam humani oris speciem assimilare, ex magnitudine caelestium arbitrabantur, ait Tacit. de Moribus German. Nec tamen deorant genti numina et statue, sed ex stipitibus rudibus et imposito lapide. Hæc autem signa detracta hinc in prælium ferebant; templis carebant, defectum supplementibus lucis, quorum horror et silentium pro Deo ab eâ gente habebatur. Quot insuper florantissimi populi in sine templis, aris et statuâ manserunt? Cùm Celsus in Christianos scriberet, seculo nempe Christi secundo, unale Scythorum et Nonadum Africanorum, ac Serum religio veterem hanc disciplinam referebat. Eodem jure censentur olim Persæ, qui sub dio in edibus colibant, non statuis, sed cæcis, aut luncæ, aut soli, quia et venis, aquæ, igni, telluri habebant, ratique Deum animæ et vitâ animantia tantum delectari, reliquum victimæ inter se dividebant. Xerxes et Cambyses, reparando numinum honori, quibus irrogatam injuriam dicebant, cùm temerarij religione in templo clausa detinerentur, omnia subruunt. In Actis 19, 24, mentio inducitur de ædificiis argenteis Dianæ Ephesinæ, quarum ingens instituta erat Ephesi negotio. De ædificiis Plinius frequentissimè l. 36, c. 5; de theis aureis ab Osiride dedicatis Jovi, aliisque numinibus adeas Didorum Siculum Bibl. l. 4. Apud Herodotum, ibid. l. 10, sermo de statuâ Solis plausro deveciâ in tæbe Papremide, jumentorum officio viris fungentibus. Vetus Jani templum ædificia erat ænea, quadrata, biis instructa foribus æreis, quæ cùm pacatum esset imperium, clauderentur. Porro æneî hujus sacelli tam sublime erat fastigium, ut numinis simulacrum stans, ad quinque pedes tantummodo assurgens, contineret. Julio Cæsari, aurata ædes ad simulacrum templi Veneris genitricis collocata est, ait Suetonius in Jul. c. 84. Memoriam etiam proditum est de æneâ Jovis ædificiâ Sparte, teste Pausan. in Lacon., et de aliâ Delphis dedicatâ; ac tandem de Minervæ Romæ, ejusdem operis et materiæ.

Frustâ verò quis certam ædificatorum primitivis templorum epocham querat. Jam inde à vetustissimâ ætate cæpisse morem constat: sed ea est antiquissimarum consuetudinum indoles, ut originem habere obscuram, cujus inductæ honorem varia sibi gentes vindicent. Planè, si eo nomine designatum voluerimus locum quemcumque Deo sacrum (1), vel ille

Post arbores et lucos nihil, quod sciam, in profanâ religione vetustis ædificiis gestatorius et laribus. Ex his laribus creduntur Teroplium Labani. Ad ædificia referenda censeo tabernacula Mocho, quas Israelitæ per desertum secum in itinere detulerunt, et Ephod Gedeonis et Miche. Frequens illarum erat in Ægypto usus. Quotannis ædificiâ Jovis trans Nilum directa in Libyam deferrebat, tum post aliquod tempus in Ægyptum re-transportatur, teste Diod. Sicil. apud Euseb. Præpar. lib. 40, c. 8. Narrat Q. Curtius libro 4, sacerdotes Jovis Ammonis nomen aureæ navi, ad utrumque latus plurimis laticibus argenteis appensis ornate, imponere consuevise. Istis simulacrum gestabant humeris sacerdotes, umbellâ sericâ super caput pendente, nec aliter quam

super humerum ministri vehebatur vacca illa sacra; ministri, inquam, gravi interim passu, quasi numinis majestatem æmularetur, procedentis. Apud Baruch, 6, 3, sermo est de numinibus quibusdam Babylonis, quæ velo tecta purpureo, solenni apparatu circumferrebantur. Eustathius in Iliados 1 tradit consuevise apud veteres templa plaustris imposita deferri. Hæcne ad imitationem arceæ et tabernaculi Domini, profanorum moribus usurpabantur? an Deus genio, idoli, et habitudini Judeorum indulgens, consecrari sibi veterem hanc Ægyptiorum superstitionem voluit, cujus superstitionis in Ægypto accepta illi memoriam altè retinebant?

Ex more deferendi numina in plaustris, equis, sive humeris imposita, tum et ex domesticis illis sacellis, sensim obtinuit ingens ille templorum numerus, seu potius ædificiarum, thecarum, vel sellarum gestatoriarum, quas in totâ antiquitate frequentes legimus. In Actis 19, 24, mentio inducitur de ædificiis argenteis Dianæ Ephesinæ, quarum ingens instituta erat Ephesi negotio. De ædificiis Plinius frequentissimè l. 36, c. 5; de theis aureis ab Osiride dedicatis Jovi, aliisque numinibus adeas Didorum Siculum Bibl. l. 4. Apud Herodotum, ibid. l. 10, sermo de statuâ Solis plausro deveciâ in tæbe Papremide, jumentorum officio viris fungentibus. Vetus Jani templum ædificia erat ænea, quadrata, biis instructa foribus æreis, quæ cùm pacatum esset imperium, clauderentur. Porro æneî hujus sacelli tam sublime erat fastigium, ut numinis simulacrum stans, ad quinque pedes tantummodo assurgens, contineret. Julio Cæsari, aurata ædes ad simulacrum templi Veneris genitricis collocata est, ait Suetonius in Jul. c. 84. Memoriam etiam proditum est de æneâ Jovis ædificiâ Sparte, teste Pausan. in Lacon., et de aliâ Delphis dedicatâ; ac tandem de Minervæ Romæ, ejusdem operis et materiæ.

Frustâ verò quis certam ædificatorum primitivis templorum epocham querat. Jam inde à vetustissimâ ætate cæpisse morem constat: sed ea est antiquissimarum consuetudinum indoles, ut originem habere obscuram, cujus inductæ honorem varia sibi gentes vindicent. Planè, si eo nomine designatum voluerimus locum quemcumque Deo sacrum (1), vel ille

(1) Servius in 4. Æneid. : « Templum non est solum quod potest claudi, verum etiam quod et palis, hastis, aut aliâ tali re, et lineis, aut loris, aut simili re septum est. »

cancelis sepioret, vel muris, vel coriaceis ligulis, vel sub dio expositus pateret, vel culmine tegeretur; si, inquam, ea omnia nomine templi usurpentur, ipsi cœva religioni templa credi par est. Lucè circum altare sati; loca cœli injuriis patentia et circumseptâ; ubi in honorem Solis perpetuis ignis detinebatur; septa sadium, ut de templo Gaditano Herculis memoriæ proditum est, apud Sil. Ital. l. 5, et Junonis in insulâ Samo ad amnem Imbrasum, auctore Strab., l. 3, templi nomine jure censentur; non secus ac tabernaculum Dei Israelis, juæctis simul asseribus constans, atque velamentis opertum. S. Clemens Alexandrinus Strom. l. 5, obtinuisse refert apud sacerdotes Ægyptios, ut Minervæ ædes ædificarent ante tecto patentia, et absque simulacris. Hæc omnia sub æneam templi nomen veniant. Sed nobis in præsentiarum origo templorum exquirenda est, quæ ad modum ædium ædificata suo teguntur culmine, ut ab injuriis numina tuerentur, quo populi in religionis cœtus coirent.

Templa sanè ita usurpata suam facillè debent originem simulacris et idolis, quibus spirituales nuncæ caducis velatum exvis, in sensibilibus rerum censum ita redactum est, ut culmine templis imposito laborandum esset mortalibus, ut injuriis æris et temporis ab eo propulsarent. Porro rudes illi homines aspectu tantillorum materialium numinum recreabantur; quare visum est, certo aliquo in loco Deum detinere, ut semper hominum indigentia præsto esset, et obsequiis pervius. Quamdiu aliter de Numine senserò, quòd nempe immensum, infinitum, omnia replens loca, et nullibi non præsto haberetur, tunc neque templa, neque religiosæ ædes condere homines laborarunt. Ubique Dei majestas et sentiebatur et colebatur.

Cautiorem eâ de re populum suum fieri Deus Israelis voluit, cùm sibi templum ædificari postulantis permitteret. Professus est enim, se eorum et terram suo Numine implere, longèque proinde abesse ut in constructis humana industriâ ædificiis contineretur; indigere se tamen voluisse instabili imperitæ gentis ingenio, ut scilicet fluxum aliquid haberet certumque templum, neque pro arbitrio per alia finitimarum gentium numina vagaretur. Unicum tamen sibi erigi statuit, quo Numinis singularitas magis magisque ostenderetur. Eò venire jussit populum semel, iterùm ac tertio singulis annis, tanquam præstantis vero et legitimo Domino obsequiis. Cavet tandem, ne alibi

quàm in templo sacrificia offerrentur, etiam atque etiam contra deorum pluralitatem atque idololatriam populum suum præmonens. Quare templum illud voluit aula regis et summi totius Israelis moderatoris habendum erant, quòd convenire populi in obsequium regis jubebantur.

Antequàm tamen condendi templi vero Deo consilium caperetur, plura jam sibi construi damon curaverat, in Ægypto maxime, constituta primum idololatriæ sede. Sunt etiam qui ante diluvium ædificata quædam astris crederent, quem sanè cultum ab Enos inventum ferunt. Templi dexæ Syriæ originem ad Deucalionem, cujus ætate diluvium contigit, referri à nonnullis, Lucianus est auctor. Porro Deucalion non raro pro Noëno usurpatur; quare vir plus templorum primus auctor credendus esset. Sed quid Noëno tribuendum sit, ex Genesi 8, 20, intelligimus: *Ædificavit Noë altare Domino*, post diluvium; nihil hinc profectò de templo. Constantiorum in Ægypto templorum honor Osiridi tribui à Diodoro, libro 1, videtur; narrat enim, Osiridem, deinde inter primores regionis deos habitum, templum ædificasse Augustum et magnificum utrique parenti, Jovi nempe et Junoni; geminis insuper ædificiis aureis Jovi consecrâsse: ampliorè Jovi cœlesti, minorè alteram Jovi Ammoni; adjectis insuper aliis aureis aliis numinibus, Anubius advers. gentes lib. 6, movit à Phoroëno, sive Merope templa Ægypti repetentis. Porro Phoroëus Abrahamo coævus creditur ab Eusebio, qui Apim ejus successorem circa Isaac tempora consignat. Artapanus, apud Euseb. lib. 9 Præpar. c. 25 et 26, Lysimachus, Josephus et Bahiri, templa jam inde à Moysi ætate familiaria in Ægypto fuisse credunt, ex quibus templa Athos et Heliopolis ab Hebræis, cogentibus Ægyptiis, ædificata, Artapanus est auctor. Addi insuper, in ipso articulo accessionis Israelitarum ab Ægypto, omnia simul regionis templa cœruisse, et in obsequium virgæ Mosaicæ, de qua mira ferebantur, plures similes virgæ Ægyptiis in templis omnibus consecrâsse, Lysimachus, apud Joseph. cont. Apion. l. 4, narrat, Moysen unâ cum Hebræorum exercitum templa omnia, quæcumque obvia haberent in itinere, subruisse. Illud Exodi 12, 12: *In cœcis diebus Ægypti factam judicia*, ita interpretatur Judæi, quasi omnia Ægyptiorum templa Israelitæ ab Ægypto secedentes subverterint. Josephus Antiq. l. 4, c. 8,



Ita Deum Israelitis alloquentem inducit: Ju-  
heo vos igne et ferro vastare lucos, aras et  
templa Chanaanorum, ut ne vestigium quidem  
superst. De templo, vel aede Phegor sermo  
est in Deuteron. 34. 6, et in Josue 13, 41.  
Ibidem tantum mentio incidit *Bethames*, quae  
facile nomen à templo Solis accivit. Plura sub  
judicibus occurrunt in Chanaanitide templa,  
ut Baal-Berith, Dagonis, et alterum à Sam-  
sonic in urbe Gazā subversum, Judic. 16. 27.

Quoniam haec ita se habeant, illud tamen  
constat, nunquam apertam templorum men-  
tionem apud Moysen legi; vocem enim *Beth-  
phegor*, seu templum Phegor, in Deuterono-  
mio adjectam esse constat, cum opus post  
obitum legislatoris recensereur. Sermo apud  
ipsum tantum occurrat de lucis, aris, collibus,  
monumentis et Chamanita, nempe claustris  
Soli dicatis, ubi ignis perpetuus designatur,  
quemadmodum in Leviticum 26, 39, animad-  
vertimus. Facile etiam credimus, nulla fuisse  
in Aegypto eā aetate templa, exceptis aedificiis,  
vel gestatoris thecis, plurimam quidem et  
formā et usu ad tabernaculum Domini acce-  
dentibus. Neque inviti suspicamur eos qui  
vetustissimam templi originem asseruerunt,  
vulgatum secutos esse errorem, quo religioni,  
regno, urbi, templo totam vetustatem concen-  
trant: is rebus debitam, quibus ipsi substituta  
sunt. Exemplum suppedit in templo deae Sy-  
riae, quod teste Luciano alii à Dentatione re-  
petebant, alii à Semiramide, vel Atte, vel  
Baccho; quoniam affirmat, templum illud,  
quale ipse spectavit, vetustius non fuisse Com-  
babo, viro sanè illis omnibus recentiore. Id  
tamen, inquit ipse, nihil vetustatem hujus  
templi praeter ceteris omnibus totius Orientis  
minuebat, cum super alterius rudera construc-  
tum diceretur, vel saltem juxta vetus aliud  
templum fortasse gestatoris aedificiis deae  
Syriae successerat. Quidquid tamen sit, facile  
concedimus Aegyptiis primum aedificatorum  
templorum diis honorem, quem ipsi sibi apud  
Herodotum 1. 2. c. 4, vendicant; quā de re  
nos contentiosum cum illis funem trahere  
recusamus.

Fateamur tamen oportet, Chaldaeorum,  
Phoenicium et Syrorum templa antiquitatis  
gloriā nihil Aegyptiis concessisse, quemadmo-  
dum de templo deae Syriae nuper observavi-  
mus. Patem cum priori illo facti antiquitatem  
templum Astartes in Phoenicia, seu Ascalone,  
quod vetustissimum esse omnium hujus deae,  
et famā in eā regione constanti asserit Hero-

dotus 1. 4, c. 105. Templum Herculis Senioris  
in urbe Tyro inter celeberrima ejusdem re-  
gionis celebratur apud eundem, 1. 2, c. 44.  
Huic junge Jovis templum in monte Casio à  
nepotibus Castoris et Pollucis, uti ferunt, de-  
dicatum, ut tradit Luciano. Pseudo-Sanehe-  
naton agit etiam de aedificiis gestatoris dei  
Agrota, cui maximi omnium Numinis titulum  
vetera Phoenicium monumenta tribuunt. (Vid.  
Euseb. loc. cit.) Circumferebatur ejus singu-  
lacrum aureum in planstro, quod plura bona  
juga trahabant. Alterum occurrit apud Lucianum  
templum Veneris, à Cynira in monte  
Libano constructum. Templum Beli Babylone  
pari cum reliquis antiquitatis gloriā certabat.  
Ex his omnibus pleraque eodem antiquitatis  
gradu cum templis Aegyptiis incedere poterant.

Frequenta erant apud Graecos templa, belli  
Trojani aetate, cum jam inde et duodecim  
nugni dii, et plures heroes inter deos relati,  
ejus gentis religionem omnibus numeris ab-  
solvisent. Porro inventorum templorum glo-  
riam inter Graecos tribuendam credit Arno-  
bius, cont. gent. 1. 6, Aeaco, filio Jovis; alii  
duce Laert. 1. 7, malunt Epimenidi inter pri-  
mos Graecae philosophos. Hic tamen philoso-  
phus multo est Aeaco et Trojano bello recentior.  
Sanè Pythagoras, Epimenideo vetustior,  
sepe de templis agit (vide Jamblic.); atque  
per manus traditum narrat, Alarum philoso-  
phum hyperboreum noctem in his locis religio-  
sum ducere consuevisse. Narrant etiam alii  
apud Euseb. Chron., Cretem, primum insulae  
ejus nominis regem, templum in sua insula  
Cybellae deorum matri dedicasse; quem sanè  
virum Epimenide multo antiquiorem fateri  
cogimur, si Epimenides circa olympiadem 47  
floruisse credatur. Memoriae etiam proditum  
legimus templi Apollinis in insula Delo au-  
ctorem fuisse Erichthonem, filium Cecropis,  
regis Athenarum; Cecrops autem mille ferme  
annis Epimenideo vetustior est. Hae de ve-  
tustate templorum apud Graecos, quos sanè  
plurima, ut in ceteris rebus, ita et in religio-  
ne potissimum ex Aegyptiis derivasse, He-  
rodotus animadvertit, 1. 2, capp. 45, 50 et  
seq. Ex eo fonte deductum est in Graeciam  
oraculum Dodonaeum, vetustissimum omnium  
in eā regione; ex eo nomina duodecim deo-  
rum: an ex illis etiam consuetudo altarium  
et templorum?

Macrobius Satur. 1. 4, c. 9, ex Zenone  
narrat, et Janum in Italia primum diis templa  
fecisse, et ritus instituisse sacrorum. » He-

runt, Romanos vacuam habitasse simulacris  
religionem, non modico temporis spatio, donec  
sub Tarquinio Prisco circa annum 470 ab  
Urbe condita in vacuis templis simulacra con-  
stitui primò coeperunt (4). Romulus templum  
statuerat Jovi Feretrio; Numa religionem Ro-  
manam formaverat, sed religionem frugi et  
simpliciter, nudis scilicet templis contentam,  
et simplicibus sacrificiis, sine fastu, impietate  
et libidine.

Cum numina paganorum ferè omnia ex  
mortalibus consecrata fuissent, quos mortales  
in census deorum supersilio transtulerat,  
ita potior templorum pars mausolea veritas  
erant, supra eorum sepulcra erecta, quàm  
templa, quod sanè documentum erat apertissi-  
mum cultus recenter inveci, simulque ejus-  
dem cultus temeritatem probebat, cum sapè  
divinis honoribus colerentur homines corru-  
ptissimi, quorum ne memoriam quidem su-  
peresse par erat. Quam enim in supersitiis  
habebant observantiam, hanc ne post mortem  
quidem relinquentes, transferebant in cineres  
et exutas corpore animas; quare, cum agrè  
ferrent errore illas animas sine laribus et se-  
dibus vagantes, quas animas, subtili quodam  
corpore praeditas, arctoque amicitiae federe  
exuviis corporeis conjunctas, pristinarum se-  
dium amore detineri arbitrabantur, consulend-  
um illis censuerunt, aedibus quibusdam aedi-  
ficatis, quas illic incolerent, ibique sacrificiis  
atque aromatatum odoribus tedium levare. mor-  
tasque dulces trahere possent.

Quae jam innoctis de monumentis viro-  
rum clarissimorum, praepostèra religione in tem-  
pla consecratis, redditisque in loco sepulturae  
divinis honoribus, auctoritate veterum Patrum  
Ecclesiae fulciantur, uti S. Clementis Alexan-  
drini Protrept. p. 29, Eusebii Praep. 1. 2, c. 5,  
Arnobii adv. gent. 1. 6, et S. Cyrilli Alexandi,  
cont. Julian., quibus assentitur recentiorum  
auctorum plerique, longèquè templorum  
hujus generis serie. Templum Minervae Laris-  
saum, monumentum erat Acrisii; alterum in  
arce Athenarum, monumentum Cecropis.  
Templum Pelopis, Erichthonii, et templum  
Eleusinae, Ismari sepulchrum habebantur. Duae  
illae mulieres hyperboreae, scilicet Hyporoche  
et Laodiceae, suae habebant mausolea in aede  
Dianae, intra templum Apollinis Delphici.  
Hae ex Clemente Alexandrino delibavimus.

(4) Vide Plat. in Numā; Dion. Halicarnass.;  
Tertull. Apolog. c. 25; Aug. de Civit. lib. 1,  
c. 51.

Arnobius etiam asserit, horum templorum par-  
tem non modicam, quorum superarent auro  
laquearia, et torcoses adeo erigerentur, non-  
nisi humiles condidisse cineres et ossa, nec  
nobilitati excitata esse officio, quàm ut essent  
cadaverum sepulcra, quemadmodum, ait idem  
ad paganos conversus, ex vestris ipsorum scrip-  
tis convincere possimus. Argumentum inde tra-  
hit apertissimum contra paganorum cultum,  
quippe qui inexplabilis sceleris rei essent,  
mortales homines divinis honoribus colentes  
atque crimen in deos inferrent, quorum tem-  
pla super tumulos mortalium construxissent,  
ita firmè et Eusebius philosophatur, contende-  
ns, si ipsi repentantur idololatricae fontis,  
atque superstitioni ad suam revocet originem,  
facile demonstrari posse, vestris invecta reli-  
gionis paganorum auctores fuisse homines  
perditissimos, qui metu, seu avaritiā, vel  
etiam praepostèra in patronos suos observan-  
tiā, eorum memoriam perennatam voluerunt;  
quā in re, inquit ipse, excusatione digni fuis-  
sent, si eò usque furoris non processissent,  
ut è mortalium conditione translatis, homi-  
nes sibi vel patriae beneficos, in ipsas deorum  
immortalium sedes invecturi ausi non essent.  
Acceptae à patribus sui religionis, sequitur  
idem Eusebius, cum filios prodidisset, ut se  
omni crimine purgarent, novam invexerant  
theologiam, quā omnia ad figuras et mysteria  
pertraherent, obtendentes, sub eminentio deo-  
rum nomine nihil quidem mortale designatum  
fuisse, sed naturales maximorum in totā na-  
turae effectuum evasas, uti solem, terram, ae-  
rem, ventos, etc. Celebris illa turris à Belo  
Babylone constructa, inter orbis portenta olim  
habita, ejusdem Beli monumentum erat, au-  
ctore Strabone libro 16. De templis verò Ro-  
manorum communiter haec Prudentius lib. 1  
contra Symmachum:

*Et tota templa deum Roma, quod in urbe sepulcra  
Heroum numerare licet.*

Nec alia erat Aegypti disciplina, apud quos  
nulla facile templa creabant sepulcra, sive  
dem, sive animalium quorundam sacrorum.  
De his templis sermo est apud Herodotum et  
Dioscorum; quamquam suboleat Herodotus  
loquitur 1. 5, c. 470, quippe qui mysterium  
silentio premendum sibi in eā re existimave-  
rit.

Ex his omnibus, fusiō à nobis hucusque  
digestis, facile intelligimus, omnium tem-  
plorum, quorum ad nos cognitio certa devenit,  
vetustatem Moyses minorem fuisse, quamquam

ambigendi locus de templis Ægypti manet, cum nec de Phoroeco tanquam primo conditorum in Ægypto templorum auctore constet, neque, si constaret, de ætate ejusdem principis quidquam certi habemus. Reliqua omnia templa Chaldaica, Syriaca, Phœnicia, Græca, insularum Italianæ, et populorum quos Barbaros appellant, vetustate Moysi concedant. Quævis enim ædificati templi dea Syria auctor Deucalion habetur, non tamen Moyses vetustior esset, cum diluvii Deucalionæ epocham circa secessum Israelitarum ex Ægypto constituit. Celebratissimum illud Babylonis templum, Belo sacrum, de quo nos infra, ante Nabuchodonosorem quidem, incertum tamen quo auctore, conditum erat: sunt qui à Semiramide credant, nempe multo post Moysen tempore. Jupiter ceterique dii cævi, sicut et ejus filii, ut Æacus auctor templorum in Græciâ, octuaginta annis à Moysæ superantur. Janus cognus erat Saturno patri Jovis. Templum Herculis Tyri non sanè majorem jactare poterat vetustatem, quam urbs, post obitum Moysæ condita. De reliquis templis Phœnicia et Phœniciorum, in eâ quæ sanas, obscuritate, nihil certi asserimus. Apud Strabonem, lib. 11, celebratur templum Lencothæe in Colchide, à Phryxo dedicatum; scitum est autem, Phryxum paulo ante Argonautas in regionem venisse, et Argonautarum expeditio ad ætatem Gædonis circiter refertur. Apud Ovidium, de Ponto l. 5, eleg. 2, celebre est templum Diane in Taurica, in quod cælitus delapsus est, ut ferebatur, simulacrum: quo tempore Pylades, et ejus amicus Orestes eò adoratori venerunt, Iphigenia Orestis soror sacris præerat. Porro hi omnes viri bello Trojano posteriores sunt; quare, etiamsi ante ducentos annos templum illud conditum habeatur, adhuc tamen Moysis ætate inferius esset, si que id tutum haberi potest et firmum, nullum nobis templum Moysæ vetustius innovisse.

Non abs re dicimus modò aliquid de formâ et situ veterum templorum, ut Salomonico comparentur, asserre. Hæc de templis Ægyptiis apud Strabonem, l. 17, leguntur. Omnium primum occurrunt quadrata, et strata lapidibus aëra, jugera circiter patens, et quadruplo vel saltem triplo longior; quam amplè tria vestibula, alterum post alterum excipiunt. Ex his aditus in atrium, amplum satis et magnificentem, in cujus fronte templum assurgebat, mediocre illud mole, atque simulacris omnibus

vacuum, nisi fortè figuras quorundam sacrorum apud Ægyptios animalium exhibuisset. Omnia itaque religionem et magnificentiam spirabant, luci sacri, atria, porticus, aëra, cæremonie mysticæ. Ministri religiosi quædam gravitate rebas sacris operabantur.

In tanto religionis apparatu templum demum ingressis offerretur felis, canis, simia, hircus, crocodilus, vel quid simile. Similem templorum structuram describens S. Clemens Alexandrinus Pedag. l. 3, c. 25, magnificentiam Ineorum, atriorum et porticum celebrat; atria et vestibula ornari testatur magnificentibus columnis, parietes lapidibus raris et pretiosis incrustari, interiora templi oculos præstringere fulgore auri, argenti, et pretiosi illius metalli, quod *electron* appellant. Penetrata verò, aut, à reliquo ædificio separata anthea infesta. Sed cum locum ingressi Deum querunt, tunc sacerdos compositâ ad majestatem gravitate, velum redocens, felen, vel crocodilum, vel elecurium aliquem anquem super ditissimo purpureo tapete reptantem exhibet.

Sinandus rex Ægypti, rerum à se gestarum perpetuum monumentum posteris relicturus, templum constraxit, sive magnificentem ad prodigium usque sepulcrum, ita à Diodoro l. 2, c. 4, descriptum: Totum ædificium in quadro positum, spatium decem stadiorum habebat. Primum ad illum aditus lapide versicolore ornatus duobus jugeris porrigebatur, et 25 cubitis assurgebat. Succedebat atrium quatuor jugerum in quadro, quod fastigiâ porticum ambiebatur; ejus porticus columnæ, singulæ alta decem et sex cubitis, et prisco opere in animalium figuram insculptæ, unice lapide constabant. Excipiebatur deinde aliud atrium ejusdem amplitudinis, sed ditius sculpturis, et pretiosiore columnarum lapide ac artificio. Ibi erectis ad magnitudinem colossi simulacris bellum Sinandii in Bactrianos exhibebatur. Succedebat templum, ubi expressâ in ligno sculpturâ cætes judicium spectabatur, inter quos medius assidebat preses, imaginem veritatis è collo suspensam gerens. Inde egressus occurrit ejusdem structuræ ingens ædificium, tumidius vasto atrio, columnis porticibusque ornato. Longius aliquantò surgit bibliotheca, hæc habens in fronte inscriptam epigraphem: *Atrium medicum*. Succedit bibliothecæ templum, ubi viginti enumerantur pulvinaria Jovis et Junonis, spectandumque regis conditoris simulacrum exhibetur. Non unum etiam

templorum Ægypti descriptionem habet Herodotus lib. 2, passim, uti Latona, Vulcani, Minervæ et Dianæ, sed nihil ab eâ quam supra ex Diodoro retulimus, differunt. Unicum Serapium Alexandrinum asserimus, quod cum ad ætatem usque Theodosii Magni staret, ejusdem principis jussu in Christianorum templum consecratum est. Hæc de illo Rufinus Hist. l. 2, c. 22: « Non naturâ, sed manu et constructione, per centum aut amplius gradus in sublimem suspensus, quadratis et ingentibus spatii omni ex parte distentis. Cuncta verò et quo ad summum pavimentorum evadatur, opere formiceo constructa, quæ immensis et desuper liminaribus, et oculis aditus clavicem distinctis, usum diversis ministeriis et et clandestinis officiis exhibebant. Jam verò in superioribus extrema totius ambitus spatia occupant exhedræ et pastophora, domusque in excelsum porrectæ, in quibus vel editi, vel hi quos appellabant *agenontas*, id est, qui se castificant, commanere soliti erant. Porticus quoque post hæc omnem ambitum, quadratis ordinibus distinctæ, intrinsecus circumstant. In medio totius spatii ædes erat, et pretiosissimæ columnis, et marmoris saxo extrinsecus amplè magnificentique constructa. Interioribus telubri parietes laminis primò aureis vestiti. Super has argenteas, ad postremum aëreas habebant, quæ munimento pretiosioribus metallis forent. » Hujus templi pretium angebat insignis Ptolemæorum bibliotheca. Sacro quodam horrore, quemadmodum ferè omnia veterum templa, locus tenebatur; tenuis enim lux ex rimâ ad orientem patente ita admittebatur, ut orientis solis radii ipsam nunquam os, è regione in capite templi positi, ferirent. Ex hæc descriptione intelligimus, hujus ædificii structuram Græci fuisse ingenii alteriusque à prisca Ægyptiorum ædificiis architecturæ. Hoc planè fuit Ptolemæorum opus.

Ægyptiis templis alterum non absimile, et in vicinis positum, Jovis nempe Ammonis, jungimus. Erigebatur illud, teste Q. Curt. l. 4, in medio sacri fove, templum simul et arx pro finitibus circum populis. Tribus totum ædificium ambiebatur parietibus, quorum prior ambitus claudiebat veteres regum ejus regionis ædes, alter gymnasium feminarum, ubi et sedes sitorum ejus principis. Ibi etiam assurgebat templum, et oraculum Dei Ammonis. Intra tertium tandem ambitum confinebantur ædes militum et aliorum aulæ custodum.

Templa Syriæ et Arabiæ ejusdem erant cum Ægyptiis architecturæ. Prisci Arabes, quemadmodum plerique orbis gentes, templis carebant. Maximus Tyrius, disert. 38, vidisse se tradit ejusdem generis simulacrum nullo exquisitori artificio, quàm lapidis quadrati, elaboratum. Sed grandis prorsus de majesticate templorum Arabiæ et numinum ejusdem gentis Diodorus narrat, l. 6, c. 10. Hæc ille de templo Jovis Triphiti in insulâ Panclia: « Ædificium est, inquit, in medio agri læti et fertili, quem fruteta et arbores ornant. Templum nihil est antiquitate minùs quam opibus, magnificentia et loco præstat. Duobus jugeris in quadrum patet. Aëreis lapidibus constat structura, quam fulcunt immanes quædam columnæ sculpturâ insignes. Singularis decorum nihil est reliquum, sive statua spectetur, sive sculpturæ artificium. Sacerdotibus servitio ejusdem templi destinatis ædes circa templum posita sunt. Templo succedit circus quatuor stadiis longus, et jugero later: duo circuli latera ornant quæ gigantum simulacra supra quadratas bases constituta. Hoc magnifici templi ædificium. Ejusdem architecturæ speciem aliquam servat templum Mechaæ hodiè usque manens. Templum, quod *Beitallah*, Domus Dei, dicitur, ædificium est quinquedecim circuitu passibus in longitudine, 11 vel 12 latitudine, et quinque brachiis circiter altitudine. Regnat circum turris in quadro, quam ambiunt parietes cum triplici columnarum ordine, fastigiatisque internè patentibus porticibus: ubi quatuor Mahometanorum sectæ ad orationem seorsim colliguntur. Scitum est, Abrahamum ædificii hujus auctorem à Mahometanis reputari. Ejusdem structuræ aliquid referunt splendidissima illa templi Palmireni rudera. Vide Thévenot, *Voyage du Levant*, seconde partie, c. 21.

Apud veteres celebrantur templa Ascalonis, et Herculis Tyri, quorum aulæ sapientiæ satis accurata descriptio. Sermo in Scripturâ occurrit de templo Dagonis in urbe Philistina Azoto; sed altum de ejus structurâ silentium, nisi quid in historiâ Samsonis legatur, quod conjecturam præbet, ejusdem fuisse cum Ægyptiis architecturæ; amplum etenim atrium porticibus ornatum ante se habebat; eum populus ad spectaculum Samsonis accitus, et porticus omnes occuparet, ac tecta templi et porticum, quæ omnia ille virum miraculo subvertit, Judæ. 24, 26, 27.

Neque silentio nobis premeendum templum

Hierapolis dea Syra, inter præcipua totius Orientis habitum. In colle modicè quidem assurgente, ait Lucianus de deâ Syra, medium totius urbis tenet. Duplici muro totum ædificium ambitur. Templi vestibula ad boream porriguntur centum ulnarum longitudine. Templum ad orientalem plagam, quemadmodum Ionæ templa omnia, vergit. In solo duobus passibus prominente, unde per gradus ascensus, ades collocatur. Vestibulum statim intentum rapidam admirationem detinent etiam accedentem aurea fores, et templum eodem metallo coruscans. Inimè templi spatium conclave nonnulli prominens semper clausum, et nunquam patens, tenet. Intima templi pars nonnullis sacerdotibus servit, neque sacerdotibus intratim omnibus. In loco sacro genina aurea statua, Junonis hæc, altera Jovis, cui varia nomina tribuantur; Juno exhibetur leonibus assidens, Jupiter tauris; tertius alter deus, nulli similis numini, sed ex omnibus aliquid præ se ferens, geminis illis accedit. Hinc numini Assyrii nullum aliud nomen assignant quàm *Assur*, quod statuum, sive figuram exprimit. Templum ingrediens ad levam ostendunt solium vacuum, solis esse aiunt, vacuum autem, quod astrum illud per se notissimum nullo indigeat, quo exprimitur, simulacro. Succedebat solium Apollinis, cuius aliud erat apud illos quàm apud Græcos, simulacrum; barbatum enim, et vestitum nomen præferebat. Cùm apud Græcos et nomen esset undam, et imberbe. Hæc Lucianus de templo deæ Syra celebratissimo.

Ab his omnibus recedebat structura templi Belli Babylone. Quadratum enim erat ædificium, teste Herodoto lib. 4, c. 181, 182, spatium tenens ex omni latere duorum stadiorum, seu 250 passuum. In medio hujus spatii surgebat turris, basim habens stadio patentem in quadro. Porro turris illi septem aliis turribus majoribus, altera super alteram imposita, constabat. In supremâ et eminentissimâ turri templum erat, in quo magnificentè pulvinar cum tabula aureâ, nullum autem simulacrum, in imâ turri, ad peritæas arcem, aurea Jovis assidentis figura duodecim cubitis procerâ spectabatur; accedebat et amplior aurea mensa cum sedili et scabello ejusdem metalli; accedebat et aureum altare, uti et augustius aliud perfectis sacrificiis, sive majoribus victimis offerendis. Persæ, qui nec templa viderant, nec simulacra, eum sibi armorum jure Baby-

lonem subegissent, everso templo, thesauros omnes abriperunt. Id factum Xerxi tribuunt Herodotus et Arrianus. Alexander Magnus eversum jam ædificium restitutum suscepit, sed morte intercedente ab opere desistere coactus est. Arrian. l. 5 et 7, Strab. l. 16.

Aliter idem templum describit Diodorus, l. 3, c. 10; à Semiramide enim ædificatum putat; ejusdem altitudinem neminem eò usque satis accurate definisse contendit. Sed, inquit, tam altè porrigitur ædificium, ut in ejus culmen ascendentes Chaldaei observationes suas astronomicas ad orientem et occidentem perficiant, la veritæ ejusdem templi tria surgunt aurea simulacra, Jovis, Junonis, Opis, quorum prius et postremum mille talentorum Babylonicorum pondus æquant. Supererat adhuc Diodori ætate Jovis simulacrum quadraginta pedibus procerum. Ops throno aureo assidebat, habens ad genua duos leones, penes quos sequebantur immanes totidem angues argentei. Junonis simulacrum 800 talentorum pondere, anguis caput dextrâ tenebat, laevâ sceptrum lapideum. Ante numina, aurea mensa 40 pedibus in longum, et 12 in latum, 500 talentorum pondere stabat. Communis erat tribus; quemadmodum et geminè ampli crateres, navicula figuram exhibentes, ac duo vasa adoleendis aromatibus destinata. Præter hæc, tres positi erant crateres, quorum unus Jovi dicatus pondere erat 1200 talentorum.

Templum Dianæ Ephesinæ inter celebratissima totius antiquitatis jure meritoque habetur. Hujus ædificii structura neque ad Ægypticam, neque ad Syriacam accedens, quatuor ad latera exteriora alis geminis utrinque distinguebatur, nempe duobus columnarum ordinibus circum regnantibus, octo ad geminas frontes ante et retrò replicatis, teste Vitruv. l. 5, c. 10. Porrigebatur totum opus ad 445 pedes, in latitudinem verò excurrebat ad 310. Centum ac septem et viginti reges singuli singulas columnas dono dederant 66 pedibus altas, inter quas 36 anagyphice erant insculptas.

Fores habebat euphrasinas, cuius arboris lignum neque corrupti nequam, neque à prisalino nitore decedere consigit. Ea ligna per viginti annos glutine infusa prius mansisse narrat Plinius. Quæ fabri lignarii opera constabant, omnia è cedro erant; atque ad superiora ascensus patebat per gradus è stirpe quiddam vitis, è Cypro advectâ. Longum esse

rara et pretiosa singula ornamenta celebratissimi hujus templi recensere. Sumptus universâ Asiâ conferente, 220 annorum spatio denique totum opus absolutum est.

Græcorum templa, quod ad figuram pertinet, satis ad Ephesium accedebant. Plerumque fastigiatis porticibus, vel saltem peristyllis ambiabantur; alia simplex peristyllium, vel porticum, alia duplex peristyllium habebant.

Quamvis templorum structura varia fuerit apud varias gentes, communes quædam regulæ reque ab omnibus in eâ re servabantur. Scimus enim plurimum historicorum testimonio, Ægyptiorum templa plerumque fores habuisse ad orientem, adeoque et templum et sanctuarium ad occidentem. Porticus ædium Vulcani ab Asychi, regæ Ægypti, constructa, orientem respiciebat, refertate Herod. l. 2, c. 156; ad eandem eadè plagam patebat templum Memphis, opus Psammetichi, apud Diod. l. 1. Idem servatum et in cæteris veterum templis, Porphyrius cum aliis nonnullis est auctor (1); utpote quia singulorum aditus ad orientem patebat, orantes verò in templo spectabant occidentem. Nec templum deæ Syra ab aliis eâ in re distinguebatur.

Scimus tamen morem illum obsolevisse, ex Virgino Augusti liberto intelligimus (2); ille enim ad occidentem templi ingressum statuit, ut numinis simulacrum in caput templi erectum ad orientalem plagam spectet, et eandem plagam numen in templo adoraturi respiciant. Ex quo Vitruvius de Archit. l. 4, c. 5: « Si quum quod erit in cellâ collocatum, spectet ad vespertinam cœli regionem, ut qui adierint ad aram immolantes, aut sacrificia facientes, spectent ad partem cœli orientis; et simulacrum, quod erit in ade... ipsaque simulacra videantur ex oriente contueri et supplicantes. » Hanc structuræ habitudinem in prisicis Christianorum templis spectatam esse constat; semper enim fores habebant ad occidentem patentes, ut ara et sanctuarium adversum partem respicerent. Hujus autem moris vetustas in altero paris antiquitatis more eluceat, cum apud veteres Christianos obtine-

(1) Porphyrius de Antro Nympharum. Item Dionys. Thrax, lib. 5 de Pharis, apud Spencer. de Legib. ritual. lib. 5, cap. 2, dissert. 6, sect. 4.

(2) De agrorum limitibus, constitutend. l. 1: « Antiqui architecti in occidentem templa spectare rectè scripserunt; postea plerumque omnem religionem eò convertere, ex qua parte cœli terra illuminatur. »

rit, ut Deum adoraturi orientem spectarent: ex quo vetus paganorum calumnia de cultu soli à Christianis præstito.

Nihil eâ traditione vetustius in Ecclesiâ Occidentali; unde facilis conjectura trahitur, morem illum ex gentibus ad Christianos transisse, cùm prisici illi fideles, ejuratis paganorum sacris, ad fidem accedentes, ritum hunc è paganis acceptum ad meliorem usum retinere maluerint. Faret huic opinioni, quòd contraria placè disciplina apud Judæos servatur, quorum morem facilius adoptassent Apostoli, nisi fideles alteri assuevisse animadvertentes, noluisse in re minimè malâ consuetudini adversari.

Nihil planè simile in Ecclesiâ Orientalibus, apud quas Judæorum mores invalerunt, et veteres servatæ sunt regulæ templorum Ægypti et Syriæ. Aditum illæ statuiebant templum ad orientem, aras ad occidentem. Exstat hujus moris vestigium in templo Tyri consecrato, latè ab Eusebio Casariensi descripto l. 10, c. 4; exstat et in aliis recentioris ævi in eadem regione templis. Nulla enim à constitutâ illâ regulâ recedunt, quam ex aliori fonte repetitisse eorumdem templorum auctores facile credimus. Amplo muros claustrum locus sanctus ambiatur; ad orientem patebat amplior et fastigiata porta, cuius longè, lateque prospectus erat. Dabatur hiæ aditus in atrium ingens, et quadratum, perpetuò quadruplici porticum columnis fultarum ambitu ornatum. Medium ejus atrii è regione templi tenebant uberibus aquis fontes, ut purgatè fideles templum subirent. Tres amplæ fores ad orientem, quarum media amplior, laterales duæ inferiores; singule repagulis œneis, ferreis manicis obstrictis, anagyphice opere ornabantur. Ex majori portâ altus dabatur in navim basilicæ, ex duabus aliis in latera. In capite erigebatur episcopi solium, aliaque pro sacerdotibus, qui hemicyclo unâ cum episcopo circum altare in medio hujus spatii positum assidebant. Sanctuarium à reliquis ecclesiâ separabant transeptæ quædam sive lignæ clistri, sculpturis exquisitissimis ornati. Hæc ecclesiæ Tyri et Orientalium omnium structura.

Sed non ita constitutum est, ut certe quædam regulæ in templis omnibus condendis servandæ statuereatur. Equidem plerumque, non verò necessariò his obtemperabant, tunc maxime, cum nullam haberent mutandæ architecturæ occasionem; testatur enim Vitru-

vius l. 4, c. 5: « Sin loci natura interpellârit, et tunc convertenda sunt earum ædium constitutiones, ut quamplurima pars mensium et templis deorum conspiciatur. Item si secundum flumina ædes sacræ fiant, ita uti in Ægypto circa Nilum, ad fluminis ripas spectare debere videntur. » Quare quæ in ripâ essent orientali templa, orientem vestibulo, occidentem adyto spectabant, et quæ in adversâ ripâ edificata essent, occidentem habebant ad vestibulum, orientem à tergo. Si tandem vis imminerent, vestibulum patebat in viâ, ut scilicet facilis daretur transitibus aditus, et numina per transitum saluarentur. Hæc Vitruvius. Scholastes Plinarii hanc regulam in universum constituit de eâ quam orantes servant, sitis habitudine: « Numina adorantur, inquit, ad orientem convertuntur, heros vero, ad occidentem. »

Pro deorum etiam varietate varia servabatur templorum architectura. Sacræ Jovi pedes in longum magis quam in latum prorogabantur; sæpè erant sub dio (1), et editis parietibus sublimis, ut scilicet magis magisque minims amplitudo et super cæteros prostantia eliceret. Tempa etiam Cæli, Solis, Lunæ, Fulguris, sine culmine plerumque patebant, quod scilicet luci hæc omnia pateant. Idem forte significatum volebant Israeliti, cum solem, lunam, et astra super tecta adorarent (2). Ceres, Vesta, Sol, Bacchus, cæterique dii, quarum nomen ad terram refertur, terra rotunditate in templis affectabant, quippe quæ sive rotunda essent, sive sex, vel septem, vel octo lateribus angulata, Janus quadrato edificio gæmbebat; Pluto cæterique dii inferni subterraneis foratibus et aris humi defossis. Diî urbis patroni in editissimis ejusdem locis erecto templo presidebant, quemadmodum ex templis Trojæ, Minervæ Athenarum, et Capitolio Romano intelligimus. Diî artium, virtutis, pacis præsidés, in locis frequentissimis urbis erecto templo colebantur. Mercurio, Iulii, Serapii templum stabat in foro. Voluptatum, numina, ex græc. Venus; belli, ni Mars et Bellona; ignis et incendii, ut Vulcanus; extra urbem sedes habebant. Neptuni templum mari imminabat; Esculapii, in loco

(1) Vitruv. l. 4, c. 2: « Jovi, Fulgori, et Cælo, et Soli, et Lunæ ædificia sub dio et parietibus constituntur; horum enim deorum et species et effectus in aperto mundo stant inæcanti præsentés videmus. »  
(2) Sophon. l. 5: « Eos qui adorant super tecta militum cæli. »

urbis vel ruris amonissimo; Apollinis et Bacchi, theatro continuabantur; Herculis, à circo non remota; Cæteris, in agro, quod scilicet hujus religio locum purissimum exigeret. (Vid. Vitruv. l. 4, c. 2, l. 2, c. 7.)

Præseribit etiam idem Vitruvius eodem loco sum variis numinibus architecturam: « Minervæ, ait, Marti, Herculi ædes Doricæ sicut; his enim diis propter virtutem sine delictis ædificia constitui decet. Veneri, Floræ, Proserpinæ, fontium nymphæ, Corinthio genere constituta, aptas videntur tur habere proprietates, quod his diis propter terentiam graciliora et florida, fælixque et volutis ornata opera facta augere videbantur justum decorem, » Ionico delectabantur Juno, Diana et Liber, quicquid ordo medius sit inter austeritatem Doricam, et luxum Corinthium. Plerumque unicus tantum portâ instructa erant, ante quam erectum stabat altare, et cum templa culmine tegebantur, altare sub dio manebat, quemadmodum et in templo Domini Jerosolyma advertimus.

Apud scriptores Græcos sermo est de alio templorum genere, quæ non nisi atrium seu claustrum erant, quod perpetuo peristylli ambitu ita cingebatur, ut undique subnatis aditus in templum pateret. Templum Janonis ejusdem structuræ occurrit ædificium, euntibus Phæro Athenas, teste Pausan. in Atticæ. Alterum nullis septem parietibus foram urbis Eliæ occupabat, eodem auctore in Eliæ. Legimus etiam Palæstræ Græc. l. 2, c. 4, de templo quodam nostræ ætatis Athenis, non parietibus, sed tantum peristyllo septum; templum est Jesu Christo crucifixio sacrum. Quibusdam templis apud Vitruvium l. 7, c. 4, duplex est aditus in utraq; fronte, cujus structoræ nullam, inquit ille, sunt Romæ exemplum; Africanus vero in templo Jovis Olympi occurrit; occurrit etiam nostræ ætatis in elegantissimo templo, quod vocant Invalidorum, Parisiis.

Si quis modo structuram templorum Ægyptiorum, Syriacorumque cum Jerosolymitano à Salomone constructo comparare voluerit, plura sanè ejusdem nature utroque deprehendet. Paucis hic totam hujus templi economiam dabimus, qualem nobis Ezechiel in libro Regum et Paralipomenon servavit. Variat Josephus, qui non Salomonium, sed ab Herode restitutum templum describit, quod sanè alterius erat à Salomonico, et à

templo post captivitatem restituto, ingenii et structuræ magnificentioris, quamquam Salomonium divitiis longè præstabat. Immanes in mari totum ambiens montem cui templum insidebat, ad eundem cum monte altitudinem porrecti, ut tumum continerent, opus erant Salomone multò recentius. De atrio gentium nihil satis exploratum habemus ante captivitatem. Quæ apud Rabbinos legimus de assignatis ad certos quosdam usus variis templi partibus, deque aularum structura, aliisque, et apud Ezechielem et apud Scripturam reliquam prorsus desiderantur: quare cum solum habeam auctorem servatam apud eas gentes traditionem, possunt eodem apud nos loco haberi, quo multa planè ab eodem fonte derivata. Tandem quam exhibet Villalpandus ejusdem edificii economiam paulò exaggeratam judicamus. Vir enim ille in eâ quæ tenebatur persuasionem, nihil Salomonico edificio quoad magnificentiam et artificium reliqui fuisse, imaginem subiecit adis ad omnes veteris architecturæ regulas conformatæ, ut exquisitissimum sit opus, et totius architecturæ prodigium. Ex censuram Ludovici Capelli in templum Villalpandi, in præfatione versionis suæ operis Maimonidis de Templo.

« Equat in aream 500 cubitorum in quadro Moria clivus, aptum excipiendo templo spatium exhibuit. Non ita tamen ad libellam locus æquatus, quin aliquantulum mollior ascendens, aditum in atrium per gradus exigeret. Patet aut quatuor latera, orientem, occidentem, septentrionem et meridiem fores. Atrium Sacerdotum anas habebat ad orientem, septentrionem et meridiem portas, è regione aditus in atrium populi, relictæque omnes deducebant ad vestibulum loci sancti, ferè altari holocaustorum obversa. »

« Edificii hujus pars, quæ templi nomine potissimum distinguebatur, tanquam sedes Dei peculiaris habita, interiorem edificii partem, et Sacerdotum atrio occidentalem, tenebat. Patet ab oriente vestibulum, ut adoratori, occidentem spectare cogentur. Tres distribuebatur in partes: Sanctuarium, Sanctum et Vestibulum. Sanctuarium viginti cubitos dimitebatur in quadrum; Sanctum viginti in latum, triginta in longum, et quadraginta in altum; Vestibulum oblongum erat, decem cubitis in latum, viginti tam in longum quam in altum. Totius hujus edificii mensura septuaginta cubitorum in longum,

lâstudo intra eadem viginti cubitorum, et altitudo triginta. Lateralibus parietibus adhaerebat conclavia quinque cubitorum altitudinis, triplici contiguationum ordine disposita. Trabes, quibus eæ contiguationes fulciebantur, hinc lateralibus templi parietibus, inde parieti extimo conclavium incurvebant. Primus ordo quinque cubitos quadraversum dimitebatur; secundus uno cubito latior, quod tantumdem spatii parietis templi sensim recedentes permitterent, quâ pariter ratione septem latitudinis cubiti tertio ordini relinquebantur.

Porro conclavia circa templum ad meridiem, occidentem et septentrionem regnabant. Quare totum hoc ædificium, unâ simul cum aliis adhaerebant, aream tenebat septuaginta pedum ab oriente in occidentem; in latitudinem verò, unâ simul comprehensâ murorum crassitie, quadraginta cubitorum circiter, altitudo medietatis ædis, triginta cubitorum; quindecim verò, lateralem ordinem. Reliqua edificii altitudo, media scilicet, quæ supra laterum altitudinem erigebatur, fenestras, luci demittebant in Sanctum et Sanctuarium, dabat. Sæpe in cochleæ modum structa ad extremas contiguationum oras, aditum dabant è vestibulo in conclavia. Porro laterali illa ædificia alatis Græcorum templis non temere comparaveris, quamquam Græca templa porticibus fastigiatis et columnis instructis, hanc æquantibus templi altitudinem, triplici aliquando, modo dupli, vel etiam simplici columnarum geminatione constabant; hæc verò Salomonis, licet triplices essent in altitudine, simplices tamen erant in latitudine. Ex his templo, nudis aliqui lateribus minis angusto, majestas conciliabatur.

« Sanctum locus erat clausus, et à reliquo templo distinctus, quem sacerdos destinatus bis singulis diebus, mane et vespere, adiretum offerendo thymiamati, tum incendendis extinguendisque lampadibus, tenebatur. Sanctuarium alius, cæteris præclusus sacerdotibus, unâ tantum pontifici die Expiationis solemnis semel per annum patebat. Atrium ex anteriori parte patens, duas habebat ante se positas ingentes et magnificentissimas aneas columnas, quarum habetur descriptio in Scripturâ. »

Templum ambiens duo vasta atria, quarum intimum et angustius, in exteriori ambitu habens 200 cubitos ad singula quatuor

latera, sacerdotibus destinatum erat. Ceterum, eo uno excepto, quod, juxta Josephum, de Bello l. 6, c. 10, neque peristylum, neque conclavia in latere occidentali, sed parietem haberet, quod ad ornamenta et structuram pertinet, nihil eodebat extimo et ampliori atrio, ad ceteros populi reserrato. Erant autem hæc atria-lapidibus elegantissime strata, magnificis porticibus, quas columnæ non infimo pretii fulcebant, ornata. Cellule pro sacerdotibus, servandisque rebus in usum templi, uti vino, oleo, frumento et vestibus, aliâ occupabant ædificia circum atria vel portiones disposita. Tandem si quid erat vel ad ornamentum, vel ad usum, vel ad splendorem et magnificentiam domus Dei, horum

sane nihil in eo ædificio desiderabatur. Vestes ipsæ, cellæ, cibi ministrorum, pro Numinis maiestate sufficiebantur.

Næque illud nobis propositum, ut singula hæc in presentiarum prosequeremur: satis sit demonstrasse quantum fuerit ædificiis inter templa gentium Judæis finitimarum, et templum Domini. Nihil ferè inter utraque hæc discriminis, nisi quod multum religione Numinis simul et structuræ magnificentiæ Salomonice præstaret. Ceterum utrobique recurrit sanctuarium Inaccessum, inviolabile, in ipsis ædificiis penetrabilibus abditum, atris uno vel pluribus, non sine ambitu columnarum, cinctum, et ædes in usum sacerdotum, (CALMET.)

## DE ORIGINE ET NUMINIBUS PHILISTHÆORUM

### Dissertatio.

Philisthæorum origo in variis criticis distractit sententias. Convenit inter omnes, populos illos alienigenas Palestinæ fuisse, quos prophète ex insula Caphtor deducunt, Amos 9, 7. Jerem. 47, 4. Sed quænam hæc insula apud veteres novosque geographos æquæ incognita? In nostro Commentario in Genesisim 10, 14, conjecturas pro insula Cypri congestimus. Sed ut ingenue fateamur, adductæ alias conjecturæ modo displicent, quippe qui originem numinum Philisthæorum scrutantes, veram simul ejusdem gentis patriam in insula Creta offendisse nobis blandimur. Quæ nos in eam opinionem adducunt rationes in medium proferebant, eruditorum censura et iudicio relinquimus.

Philisthæorum nomen alienigenas sonat: quod Septuaginta reddere consueverunt *Allophylis*, gens quæ ex aliâ in aliam regionem transmigravit. Genium illius populi nomen erat *Cerethim*, quemadmodum ex testimoniis Ezechielis, Sophonias aliisque colligimus. In 1 Reg. 39, 11, legimus Amalecitas irrupisse in plagam meridionalem regionis *Cerethim*, nempe Philisthæorum, uti ex historis constat; cepisse insuper, et vastasse Siceleg, urbem in plagâ meridionali Philisthæorum, Davidi sedem ab Achis concessam. David, cæterique post ipsum reges Juda, corporis custodes habuerunt mil-

lites alienigenas *Cerethim* et *Phelethim*, qui è numero erant Philisthæorum (1). Davidis partes secuti, cum persequerentur Saulem in regionem Philisthæam declinavit. Ezechiel 25, 16, ita Philisthæos alloquitur: *Ece ego extendam manum meam super Philisthæos, et interficiam interfectores*, Hebr. *Cerethim*, et perdam reliquias maritimæ regionis. Sophonias 2, 5, in eodem populo invehitur: *Vae qui habitatis sanctuam mariæ, gens perditiorum (gens Cerethim)*. Unus igitur idemque populus habendus est Philisthæi et *Cerethim*; aliud populum alienigenam designans, hoc patriam. Primum per contemptum nomen genti mansit; alterum avitum est et genuinum.

Septuaginta, Ezech. 25, 16. Sophon. 2, 5, 6, reddunt nomen *Cerethim*, *Cretenses*, et *Cerath*, *Crete*. Theodoretus in Sophoniam, partem Philisthæorum ex insula Crete non invitum accessurum se significat. Sed plerique interpretum derivare gentem ex Cappadocia volunt, ubi insula Caphtor statuitur, è qua Moyses, Amos, et Jeremias Philisthæos deducunt. Moyses enim liquidò prodit, Genes. 10, 14, Myraim inter cæteros filios etiam Caphtorim ha-

(1) 1 Reg. 15, 18: Legiones Cerethi et Phelethi et omnes Geithei, qui secuti eum fuerant de Geih. (Vide Hebræum, et nostrum Commentarium in hunc locum.)

buisse, de quibus, inquit, *egressi sunt Philisthim*. Jerem. 47, 4: *Depopulatus est Dominus Palestinas reliquias insule Cappadocie (Hebraicè Caphtor): Amos 9, 7: Nunquid non Israel ascendere fecit de terra Egypti, et Palestinas de Cappadocia, et Syros de Cyrene?* (Hebraicè *Philisthæos de Caphtor, et Aramios de Kir*). Sed qui Cappadocia, quæ regio est continentis, insula vocaretur? Idèd fortè, inquit illi, quòd ex uno latere mari Nigro sive Ponto Euxino abluatur; positum est autem in moribus apud Hebræos, ut regiones omnes maritimæ indiscriminatim insule appellerentur. Sed hæc quàm facile dicuntur, non ita facile adductis rationibus probantur; hoc enim sensu etiam Palestina, Phœnicia, Arabia, Ægyptus insule dicerentur. Ne autem in hæc incidamus absurdas, dicamus oportet dissitas quidem à Palestinâ regiones, unde non facile nisi mari transvetit iter est, insulas ab Hebræis rerum geometricarum imperitis haberi simul et vocari. Sed hæc nulli minus quàm Cappadocia conveniunt: querenda est insula Caphtor in Mediterraneo, non in Oceano, ubi infrequenter erat navigatio, quo tempore Philisthæi in Palestinam transmigrarunt. Inter cæteras saltem Mediterræne insulas nulli magis quàm insula Crete, ea que dicta sunt omnia quadrant.

Querenda est nempe insula Palestinis pervia, ampla, populorum numero florens, incolis autem habens vetustissimos, atque emittendis aliò non infrequentibus colonis aptos, sermone verò parum à Phœnicio abhincende, sicut et consonis cum illis moribus, legibus et religione, cuius tandem nomen ad *Cerethim*, *Ceret*, *Caphtor* reducatur. Hæc autem omnia in insula Crete vitro se offerunt. Urbs est ibi vetustissima et in clyta Apheria (Strab. l. 20, pag. 350; Plin. Apheron, Ptolom. Apheria), cuius portus Sisanus. Note sunt etiam in eadem insula urbes Terapline, Tharra, mons Tyritus, et Satyri, Caphtor in Hebræo sonat pomum, sive malum granatum; atque malum colonium Græcè *cydonium* appellatur. Porrò populi *Cydonis*, et urbs cognominis, in eadem insula celebres. Amplam ejus regionis tractam occupabant; facile Græci Cydones seu Cydonios appellarunt, quos Hebræi Caphtorim. Cupressus arbor est frequens in insula, et tanquam ejus soli avitam arborem describunt veteres (1); hæc Græci appellant *kaparion*, quod satis

(1) Plin. l. 16, cap. 55: Cupressus... hinc patria insula Crete.

accedit ad Caphtor. Sed melius nomen *Cerethim* vestigia in ipso Crete nomine servantur: quæ sanè insula nomen sub eo nomine Græcis innotuit. Primum tamen ejus nomen fuisse *Aerium* Plinius lib. 4, cap. 12, refert. Deinde *Curetim*. Populi Curetes totâ profanâ antiquitate celebrantur, quòd Jovem in specu montis Idæ innutriverint. Ex eodem fonte derivantur urbs Gortina, et amnis Kerath (Callimach. Hymn. in Dian.), in quibus planè omnibus vestigia deprehendunt nominis *Cereth*, *Cereth*, *Cerethim*.

Insula Crete florentissima olim et numero urbium et populorum habebatur (Mela lib. 2, c. 7): *Ingens et centum quondam urbibus habitata Crete*. Et Virgil. *Æneid.* lib. 3, v. 104: *Centum urbes habitavit magnas, uberrima regna*. Homerus in catalogo navigatorum eam appellat insulam centum urbium, quantum aliis 90 tantummodo agnoscat *Odyss.* T. 174. Primi omnium maris imperium habuisse creduntur (Diod. l. 5, p. 238, seu 345. Vide et Strab. l. 10, p. 351), omniumque ferè numinum matrem fuisse regionem historia veteres habent, uti Cereris, Veneris, Dianæ, Apollinis, Jovis, Bacchi, Herulis, Cretenses sub rege Minos, et deinde sub Rhadamantho longè latèque dominationem suam ad insulas Archipelagi, et ad continentem prorogarunt (vide Diod. ibidem et Herod. l. 4, c. 157); sicut et plures in varia loca miserunt colonias. Inter has non immeritò *Cerethim* et *Phelethim* recensentur. Sanè nominis *Cerethim* in eadem insula vestigia deprehendimus non obscura; sicut et clara apparent nominis *Phelethim* in *Pleto* sive *Phlo*, quem virum historia Tripoli in Crete (Diod. ibid. p. 256, 257) ortum ferunt, quod etiam nomen sonat in urbe Phalastrate.

Urbem Gazam in Palestinâ *Minaom* olim appellatam tradit Stephanus, quòd scilicet Minos rex Crete unâ cum fratribus Eaco et Rhadamantho in Palestinam veniens nomen urbi suam reliquisset *Minaom*, ac si diceretur urbs Minois. Hæc in remotissimâ ætate vestigia supersunt deductæ: ex Cretensibus Philisthæorum originis. Apheria urbs in Crete vestigia adhuc quædam nominis *Caphtor* retinet. Ex rege quodam cognomine appellationem hæc urbi datam Eusebius testatur. Haud propè ab eâ urbe Sirena ad musicum quoddam certamen provocatæ victæ atque aliis expulsiatè suis abierunt. (Vide Suidam, Stephanum, Etymolog. magn.) Quam in rem animadvertione di-

latera, sacerdotibus destinatum erat. Ceterum, eo uno excepto, quod, juxta Josephum, de Bello l. 6, c. 10, neque peristylum, neque conclavia in latere occidentali, sed parietem haberet, quod ad ornamenta et structuram pertinet, nihil eodebat extimo et ampliori atrio, ad ceteros populi reserrato. Erant autem hæc atria-lapidibus elegantissime strata, magnificis porticibus, quas columnæ non infimo pretii fulcebant, ornata. Cellule pro sacerdotibus, servandisque rebus in usum templi, uti vino, oleo, frumento et vestibus, aliâ occupabant ædificia circum atria vel portiones disposita. Tandem si quid erat vel ad ornamentum, vel ad usum, vel ad splendorem et magnificentiam domus Dei, horum

sane nihil in eo ædificio desiderabatur. Vestes ipsæ, cellæ, cibi ministrorum, pro Numinis maiestate sufficiebantur.

Næque illud nobis propositum, ut singula hæc in presentiarum prosequeremur: satis sit demonstrasse quantum fuerit ædificiis inter templa gentium Judæis finitimarum, et templum Domini. Nihil ferè inter utraque hæc discriminis, nisi quod multum religione Numinis simul et structuræ magnificentiæ Salomoniceam præstaret. Ceterum utrobique recurrit sanctuarium Inaccessum, inviolabile, in ipsis ædificiis penetrabilibus abditum, atris uno vel pluribus, non sine ambitu columnarum, cinctum, et ædes in usum sacerdotum, (CALMET.)

## DE ORIGINE ET NUMINIBUS PHILISTHÆORUM

## Dissertatio.

Philisthæorum origo in variis criticis distractit sententias. Convenit inter omnes, populos illos alienigenas Palestinæ fuisse, quos prophète ex insula Caphtor deducunt, Amos 9, 7. Jerem. 47, 4. Sed quænam hæc insula apud veteres novosque geographos æquè incognita? In nostro Commentario in Genesisim 10, 14, conjecturas pro insula Cypri congestimus. Sed ut ingenuè fateamur, adductæ alias conjecturæ modo displicent, quippe qui originem numinum Philisthæorum scrutantes, veram simul ejusdem gentis patriam in insula Creta offendisse nobis blandimur. Quæ nos in eam opinionem adducunt rationes in medium proferebant, eruditorum censura et iudicio relinquimus.

Philisthæorum nomen alienigenas sonat: quod Septuaginta reddere consueverunt *Allophylis*, gens quæ ex aliâ in aliam regionem transmigravit. Genium illius populi nomen erat *Cerethim*, quemadmodum ex testimoniis Ezechielis, Sophonias aliisque colligimus. In 1 Reg. 39, 11, legimus Amalecitas irrupisse in plagam meridionalem regionis *Cerethim*, nempe Philisthæorum, uti ex historis constat; cepisse insuper, et vastasse Siceleg, urbem in plagâ meridionali Philisthæorum, Davidi sedem ab Achis concessam. David, cæterique post ipsum reges Juda, corporis custodes habuerunt mil-

lites alienigenas *Cerethim* et *Phelethim*, qui è numero erant Philisthæorum (1). Davidis partes secuti, cum persequerentur Saulem in regionem Philisthæam declinavit. Ezechiel 25, 16, ita Philisthæos alloquitur: *Ece ego extendam manum meam super Philisthæos, et interficiam interfectores*, Hebr. *Cerethim*, et perdam reliquias maritimæ regionis. Sophonias 2, 5, in eodem populo invehitur: *Vae qui habitatis sanctuam mariæ, gens perditiorum (gens Cerethim)*. Unus igitur idemque populus habendus est Philisthæi et *Cerethim*; aliud populum alienigenam designans, hoc patriam. Primum per contemptum nomen genti mansit; alterum avitum est et genuinum.

Septuaginta, Ezech. 25, 16. Sophon. 2, 5, 6, reddunt nomen *Cerethim*, *Cretenses*, et *Cerath*, *Creta*. Theodoretus in Sophoniam, partem Philisthæorum ex insula Cretâ non invitum accessurum se significat. Sed plerique interpretum derivare gentem ex Cappadocia volunt, ubi insula Caphtor statuitur, è qua Moyses, Amos, et Jeremias Philisthæos deducunt. Moyses enim liquidò prodit, Genes. 10, 14, Myraim inter cæteros filios etiam Caphtorim ha-

(1) 1 Reg. 15, 18: Legiones Cerethi et Phelethi et omnes Gethi, qui secuti eum fuerant de Geth. (Vide Hebræum, et nostrum Commentarium in hunc locum.)

buisse, de quibus, inquit, *egressi sunt Philisthim*. Jerem. 47, 4: *Depopulatus est Dominus Palestinas reliquias insule Cappadocie (Hebraicè Caphtor): Amos 9, 7: Numquid non Israel ascendere feci de terra Egypti, et Palestinas de Cappadocia, et Syros de Cyrene? (Hebraicè Philisthæos de Caphtor, et Aramæos de Kir)*. Sed qui Cappadocia, quæ regio est continentis, insula vocaretur? Idèd fortè, inquit illi, quòd ex uno latere mari Nigro sive Ponto Euxino abluatur; positum est autem in moribus apud Hebræos, ut regiones omnes maritimæ indiscriminatim insule appellerentur. Sed hæc quàm facile dicuntur, non ita facile adductis rationibus probantur; hoc enim sensu etiam Palestina, Phœnicia, Arabia, Ægyptus insule dicerentur. Ne autem in hæc incidamus absurdas, dicamus oportet dissitas quidem à Palestinâ regiones, unde non facile nisi mari transvectis iter est, insulas ab Hebræis rerum geometricarum imperitiis haberi simul et vocari. Sed hæc nulli minus quàm Cappadocie conveniunt: querenda est insula Caphtor in Mediterraneo, non in Oceano, ubi infrequenter erat navigatio, quo tempore Philisthæi in Palestinam transmigrarunt. Inter cæteras saltem Mediterræne insulas nulli magis quàm insula Creta, ea que dicta sunt omnia quadrant.

Querenda est nempe insula Palestinis parva, ampla, populorum numero florens, incolis autem habens vetustissimos, atque emittendis aliò non infrequentibus colonis aptos, sermone verò parum à Phœnicio abhincende, sicut et consonis cum illis moribus, legibus et religione, cuius tandem nomen ad *Cerethim*, *Ceret*, *Caphtor* reducatur. Hæc autem omnia in insula Creta vitro se offerunt. Urbs est ibi vetustissima et in clyta Apheria (Strab. l. 20, pag. 350; Plin. Apheron, Ptolom. Apheria), cuius portus Sisanus. Note sunt etiam in eadem insula urbes Terapline, Tharra, mons Tyrtus, et Satyri, Caphtor in Hebræo sonat pomum, sive malum granatum; atque malum colonium Græcè *cydonium* appellatur. Porrò populi *Cydonis*, et urbs cognominis, in eadem insula celebres, amplam ejus regionis tractam occupabant; facile Græci Cydones seu Cydonios appellarunt, quos Hebræi Caphtorim. Cupressus arbor est frægens in insula, et tanquam ejus soli avitam arborem describunt veteres (1); hæc Græci appellant *kaparion*, quod satis

(1) Plin. l. 16, cap. 33: Cupressus... hinc patria insula Creta.

accedit ad Caphtor. Sed melius nomen *Cerethim* vestigia in ipso Creta nomine servantur: quæ sanè insula nomen sub eo nomine Græcis innotuit. Primum tamen ejus nomen fuisse *Aerium* Plinius lib. 4, cap. 12, refert. Deinde *Curetim*. Populi Curetes totâ profanâ antiquitate celebrantur, quòd Jovem in specu montis Idæ innutriverint. Ex eodem fonte derivantur urbs Gortina, et amnis Kerath (Callimach. Hymn. in Dian.), in quibus planè omnibus vestigia deprehendunt nominis *Cereth*, *Cereth*, *Cerethim*.

Insula Creta florentissima olim et numero urbium et populorum habebatur (Mela lib. 2, c. 7): *Ingens et centum quondam urbibus habitata Creta*. Et Virgil. *Æneid.* lib. 3, v. 104: *Centum urbes habitavit magnas, uberrima regna*. Homerus in catalogo navigatorum eam appellat insulam centum urbium, quantum aliis 90 tantummodo agnoscat *Odyss.* T. 174. Primi omnium maris imperium habuisse creduntur (Diod. l. 5, p. 238, seu 345. Vide et Strab. l. 10, p. 351), omniumque ferè nomenclaturam matrem fuisse regionem historia veteres habent, uti Cereris, Veneris, Dianæ, Apollinis, Jovis, Bacchi, Herulis, Cretenses sub rege Minos, et deinde sub Rhadamantho longè latèque dominationem suam ad insulas Archipelagi, et ad continentem prorogarunt (vide Diod. ibidem et Herod. l. 1, c. 157); sicut et plures in varia loca miserunt colonias. Inter has non immeritò *Cerethim* et *Phelethim* recensentur. Sanè nominis *Cerethim* in eadem insula vestigia deprehendimus non obscura; sicut et clara apparent nominis *Phelethim* in *Pleto* sive *Phlo*, quem virum historia Tripoli in Cretâ (Diod. ibid. p. 256, 257) ortum ferunt, quod etiam nomen sonat in urbe Phalastrate.

Urbem Gazam in Palestinâ *Minoam* olim appellatam tradit Stephanus, quòd scilicet Minos rex Creta unâ cum fratribus Eaco et Rhadamantho in Palestinam veniens nomen urbi suam reliquisset *Minoam*, ac si diceretur urbs Minois. Hæc in remotissimâ ætate vestigia supersunt deductæ: ex Cretensibus Philisthæorum originis. Apheria urbs in Cretâ vestigia adhuc quædam nominis *Caphtor* retinet. Ex rege quodam cognomine appellationem hæc urbi datam Eusebius testatur. Haud propè ab eâ urbe Sirena ad musicum quoddam certamen provocatæ victæ atque aliis expulsiatè suis abierunt. (Vide Suidam, Stephanum, Etymolog. magn.) Quam in rem animadvertione di-

gnum est Philistæorum satrapas *Saren* vel *Sarenimos* olim appellatos fuisse. Certam insulam crebro habitatorum frequentari, urbesque ad nonaginta continere, et ex varii generis incolis varia ibi variarum gentium idiomata insonare, Homero auctore *Odys.* 19, v. 172, discimus. Sunt ibi *Achæi*, *Cretenses* indigenæ, *Cydonii*, *Dorii*, qui tres urbes implent, et *Pelagii*. Incolæ *Cretenses* facile utebantur lingua ad *Hebræam* proximè accedente. *Pelagos* ipse esse *Philistæos* sonat eadem nominis significatio. *Cernere* licet *Pelagos*, non per insulam tantum diffusos, sed per *Asiam*, *Græciam* et *Italiam*. In exercitu *Græcorum Trojam* obsidentium *Pelagii* arma ferebant.

*Jupiter* in *Casio* monte in finibus *Ægypti* et *Palestine* entus, malum punicum (quem *Hebræi caphtor*, *Græci tholan* appellant) genus exprimebatur, ait *Achilles Tattus* l. 3.

Porrò *Cretenses* gens sunt omnium, quæ quidem nomen, vetustissima (*Diod. Sic.* l. 5, p. 250); primitivè eam regionem tenuerunt *Eteocretes*, dièti etiã *Aztochtones*, i. e., è terrâ natî, quippe quorum origo lateret. Successerunt *Pelagii*, deinde *Dorii*, quos exceperunt *barbaræ gentes* variæ (ibid. p. 251). Númerò incolarum et potentia ferebantur per omnem tempore belli *Trojan*, ut in superioribus observavimus. Facile etiã conjicimus veterem gentis linguam *Phœniciam* fuisse, vel saltem ad illam secessisse plurimum, quemadmodum ex nomine usum et locorum intelligi potest; in his enim *Phœnicia* origo facile deprehenditur, quæ de re *Bochartus*. Porrò *Philisteorum* lingua *Hebræa* erat, sive *Phœnicia*, et caeterarum gentium ejus tractat et insularum *Mediterranæi* ferè omnium. *Herodotus* l. 1, c. 175, consensit *Cretenses* omnes origine *barbaros* esse, non *Græcos*. De *Cretâ* hæc *Homerus Odys.* 1, vers. 175: et in ipsâ quidam *Achivi*, in eâ autem *Eteocretes*, *Cydones*, *Dorensesque*. *Tricaies* divinique *Pelagii*. *Pelagorum* nomine designari *Philistæos* idcirco suspicatur, quòd duorum ejusmodi nominum sonus non absimilis, eadem ferè significatio habeatur; sonant enim advenas, erabundos. Porrò nec in *Græciâ*, *Italiâ*, *Asiâ*, *Cretâ*, obsidione *Trojæ* deerant *Pelagii*. Vernacula *Eteocretum*, seu *Cretensium* genitorum, sicut et *Pelagorum* lingua non multum ab *Hebræâ* abindebat, et consueto *Hebræorum* sermone, qui *Philistæi*, ipsi pariter *Ceretim*, *Cretenses* et *Phelæhim* appellabantur.

Quoniam autem de *Philistæorum* moribus et religione pauca memorie commissa supersunt, quæ tamen restant satis superque consensus produnt cum legibus et cultu *Cretensium*. De *Cretensibus* memorie produnt et, viros fuisse bellicosos, laborum bellum inde ab ineunte ætate patientes (*Strab.* l. 10, pag. 631, etc.). *Arca* et *jaculis* pro armis utebantur. *Republicam* administrabant sex principes, et in rebus majoris momenti sententiæ eis de re collectam consultabant. In omnibus *Lacedæmonum* leges servatæ, adolescentes in classes divisi vietum habebant et vitam communem; quod sanè cum historia *Samsonis* quæstrat, ad ejus pompam convitit *Philistæi* 40 adolescentes assignarunt. Principes *Cretenses* populi suffragio electi *Philistæorum* satrapas sibi referunt, abellicosos hujus populi indolet in libris sacris ultrò se prodit. *Cretensium* pronum ad vitia, mendacia potissimum et ignaviam ingenium quis nesciat? *Paria* *Philistæis* exprobraremus, suis consultis historia sanctæ libris. Celebrantur apud profanos *Cretenses* et *Dactili* montis *hæc*, tanquam viri corporis robore et strenuitate præstantes, nec deerant in insula *Cretæ* gigantes, quibuscum *Jupiter* manus conseruit (*Diod.* l. 5, p. 251). Scitum est autem è *Philistæis* plures prolixis gigantes; et plerique milites è turmâ *Ceretâ* et *Phelæthi*, *Davidis* partes secuti, viri erant rerum strenuè gestarum famâ præstantes. Ex prælio autem *Gethos* intelligimus, arcu et sagittis certasse *Philistæos* (1).

Quinque *Philistæorum* numina occurrunt: 1° *Dagon*, deus in *Gazâ*, *Judic.* 16, 12, 23, *Azotho* et alibi entus, 1 Reg. 3, 1, etc. est enim apud *Josep.* 15, 41, et 19, 27, mentio duarum urbium *Beth-Dagon*, i. e., templum *Dagonis*. 2° *Beel-sebub*, deus muscarum, in *Accaron* venerationi expositus, 1 Reg. 1, 2, etc. 3° *Astaroth*, facile confundendus cum *Venere* coelesti, templo *Ascalone* erecto, teste *Herodoto* l. 1, c. 105, celebrî. 4° *Marnas* idolum quidem in *Scripturâ* ignotum, sed apud alios tanquam peculiare *Gazæ* nomen celebratum (*Hieron.* ad *Laet.*) 5° *Berith*, sive *Bith-Berith*. Porrò hæc omnia numina, si veteribus scriptoribus fides, originem referunt ex insula *Cretæ*. *Dagon* *Philistæorum* ipsa est dea *Dictynna* *Cretensium*, quæ sanè *Dictinna*, confundenda est cum *Dig-tin*, sive *Dagtan*; *Dag* et *Dagon* in *Hebræo* sonant, piscis; itaque (2) 1 Reg. 31, 5: Consecuti sunt enim viri sagittari.

sive thannim, magnus piscis cetaceus. Tradunt *Cretenses* nomine illo *Dianam* appellatam fuisse (*Dicæarch.* in *Cret.*), quippe quæ insequentem *Minocem* fugitans, cum in pelagum se projectisset, subjectis piscantium relibus excepta fuit (vide *Diod.* l. 5, p. 256, 257). *Beel-sebub* facile sub muscæ simulacro effingebatur, in memoriam innutritii *Jovis* in monte *Ida* inter medias apes; cum autem apes illæ atram haberent muscarum formam, deus in prænitium accepti ab illis officii pullum colorem in aureum humavit; officii, inquam, accepti, cum illæ in nutriendo puero mella nymphi sufficerent. Cum autem mons *Ida* celatissimo sit vertice, ventisque validioribus concussus, tum et sævissimo frigori subiectus, alterum accessit à *Jovo* inæctis beneficium; neque ut resistendi ventis haberent vim, tum et frigoris omnem sensum abstulit, quò scilicet daleem in montem trahere moram possent. Si *Astaroth* cum *Venere* confundenda est, et *Cretenses* avium esse nomen illud rati, summa semper religione domesticam deam colebant, non est cur rationes investigemus culti à *Philistæis*, quæ colonia est *Cretensium*, numinis. Tandem *Stephanus Geographus* testatur *Marnas* *Gazæ* ipsum esse *Jovem* *Cretensium*.

Ex his omnibus faciliè colligimus, *Philistæorum* originem à *Cretâ* repetendam esse, quemadmodum ex nomine, moribus, armis, legibus, politâ, lingua, religione utriusque gentis probatur. *Nostram* hanc de origine *Philistæorum* sententiam criticorum nonnulli improbandam susceperunt (*Journal de Trévoux*, mensis Augusti 1723, p. 1576, etc.), quibuscum contentiosum trahere funem in re atq; obscurâ et problematicâ in utramque partem agendam recessimus. Quæ tamen afferunt adversus nostram rationum pondera, non ea planè censenda sunt, quæ in aliam nos sententiam pertrahant.

Observant igitur 1° *Sesostridem*, *Ægypti* regem, ut insignium expeditionum gloria clarum, persecutionem omnium primum in *Hebræos* movisse non diè ante natum *Moysem* (vide *P. Tourneville*, *Dissert.* in *Marslatum* aprilis 1702). Obit ille post 59 regni annos, quem *Rameses* ejus filius excepit 66 annis regnavit. Sub *Amenophi*, qui post *Ramessem* *Ægypto* præfuit, *Hebræi* regionem illam deseruerunt. *Chronologem* hoc systema placet is quibus nostra displicent; neque nos retulandum suscipimus, quamdâ illi non ut

certam chronologicè hypothèsim, sed ut probabilem tantummodo invenerint.

2° Auctoritate *Herodoti* statuit *Ægyptiorum* coloniam à *Sesostride* in *Colchide* relictam (*Herodot.* lib. 2, c. 105, 104), ipsamque coloniam à *Moyse* nomine *Casulim* designatam. Ex his deducti *Caphtorim* in vicinam *Colchidi* *Cappadociam*, ac maxime in *Siden*, vel *Sidenam* *Cappadociæ* parvam quidem regionem transmigrarunt. Probât hæc nomen *Siden*, quòd *Græcis* est malum punicum, sicut *Caphtor* *Hebræis*.

3° Quæ deinde regio, inquit illi, *Chanaan* et *Judæa* dicta est, appellabatur olim *Palestina*, quòd in primâ terrarum orbis divisione *Asiam* ab *Africâ*, portionem *Chani* à portione *Seni*, disterneret. Post *Ghananzæorum* invasionem vetus *Palestina* nomen fortissimè regionis mansit: quam sanè regionem ætate *Abraham* et *Isac* tenebant principes *Hebræi* sub *Philistæorum* nomine in capp. 20 et 26 *Genesis* designat.

4° Addunt, quæ ducti ratione ignoro, *Caphtorim*, relictâ *Cappadociâ*, irruptionem fecisse in *Hebræos*, quibus pulsâ ejectione, totam illam sibi regionem, neque regionem tantum, sed et nomen *Philistæorum* (*Hebræis* peculiare) usurpasse, et planè ratione, inquit illi, quemadmodò *Gothî*, domitâ *Hispaniâ*, nomen sibi à devictâ regione assererunt.

5° Ad *Ceretim*, vel *Cretim*, à *Scripturâ* interdum *Philistæos* appellatos, quòd sitinet, nomen illi deducunt sive ex colonia *Cretensium* in *Palestinam* transiitâ, sive ex singulari *Philistæorum* in jaculando peritâ, sive tandem ex *Philistæorum* colonia in *Cretam* deductâ, unde facile morum illa et nimirum utriusque gentis admittas.

Antequam in hunc sententiam quidquam noveamus, animadvertere juvat omnia hæc necesse esse parumque hypothèsim, non historiam rei, cuius nulla suppetunt monumenta. Nec quidquam movet *Herodoti* auctoritate de *Ægyptiorum* coloniam à *Sesostride* in *Colchide* relictâ, post ea maxime quæ nos ad *Gen.* 10, 14, observavimus, et quæ pariter afferens hæc *Herodoti* historiam congestit *Bochartus*. Cum enim *Sesostris* prælio victus esset à *Colchis*, coloniam in eâ regione statuisse suam quis credat? Fæc autem reliquerit, an illa ex *Casulim* constabat? an illi nomen *Colchidi* suum commoderat? Scitum est, *Colchidis* nomen ante *Sesostridem* regionem fuisse. Quod insuper argumenta evincunt *Caphtorim*, feli-

etâ Colechide, in Sidanam, inde in Palestinam, brevi 100 annorum spatio migrasse? Neque enim post ortum Moysen, quem sub Sesostride natum statuunt, usque ad Hebræorum ex Ægypto secessionem, nisi 80 annorum spatium intercedit, et post 40 annos Philisthæi ex Capthorim deducti, in Palestinâ florabant.

Tandem Jeremias, 47, 4, et Amos 9, 7, Philisthæos ex insula Capthor accersunt. Quis, rogo, unquam Cappadociam insulam nomine appellavit? Solemne est quidem Hebræis, insule nomen regionibus transmarinis, locis quæ mari abstant, pœninsulis et regionibus nonnisi maritimis tribere à Judæa petendis tribuere. Ita de Ionia, Macedonia, Græciâ et Asiâ minori constat; nemo tamen assereret omnibus maritimis regionibus commune insularum nomen ab illis inditum. Alioqui enim Judæa, Ægyptus, Arabia insabæ dicebantur, quod nemini adhuc venit in mentem. Nemo unquam, qui linguam et stylium Hebræorum calaverit, affirmandum suscepit regiones omnes maritimas à Judæis communi insularum nomine appellari.

Tentis est prorsus conjectura, quæ ex Græcâ significatione nominis *Side* deducitur, ad probandum Capthorim à Palestinis originem. Potuit enim urbi nomen indidisse sive malis omnibus ferax solum, sive urbis forma; etymon quoniam etiam illud aliunde forte quàm ex Græco derivatur. Res enim dubitatione non vacat, an Moysis vel Sesostridis et Ramessis ætate Græcos vernaculus sermo in eâ regione obtineret. Corruit autem illic tota adversariorum fabrica, si nomen *Side* aliunde quàm ex Capthorim deductum est.

At enim Septuaginta et post illos interpretum turba, Capthorim reddunt Cappadoces, quos sanè viros de origine Capthorim instructos probe credere par est.

Hæc ego repono, 1<sup>o</sup> Septuaginta inter se committens, nempe interpretes Græcos Pentateuchi, cum interpretibus Ezechielis 25, 16, et Sophonie 2, 5, 6, qui sanè posteriores nomen Cerechim (Philisthæi-synonymum) reddunt Cretenses. 2<sup>o</sup> Josephus, Antiquit. l. 4, c. 5, Cappadoces dedit ex *Maach* filio Japheti, eum interim Capthorim et Casluchim solo nomine sibi innotescere testetur. 3<sup>o</sup> Aquila, origine Judæus, et clarissimus Scripturam interpretes, nomen Capthor et Capthorim in textu servavit. 4<sup>o</sup> Tandem Bochartus, Chanaan l. 4, c. 58, scriptores Judæos inter se non conve-

nire demonstrat, ut Cappadoces pro Capthorim constanter usurpent (1).

Quæ verò est adversariorum persuasio, Philisthæos constituens primos Palestinæ incolas ante Chananæos, tanquam Scripturæ repugnans prorsus abjicitur. Accersit enim Scripturæ, Gen 10, 14, Philisthæos ex Capthorim insulæ Capthor incolis, Amos 9, 7, Jerem. 47, 4, sicut et polysi sedibus Hevæ à Philisthæis produntur, Deut. 1, v. 25. Legimus etiam non semel et iterum, sed pluries Hevæos populos esse Chananæos. Ex quibus omnibus tria deducuntur: 1<sup>o</sup> Vetustissimos omnium Palestinæ incolas haberi Chananæos; 2<sup>o</sup> priores illos terræ cultores excepisse Philisthæorum coloniam; 3<sup>o</sup> hanc ex insula Capthor et à populis Capthorim ducendam esse.

Nunquam evicerunt, neque evincunt adversarii, primigenium Chananæum nomen *Palestinam* fuisse. Nihil enim tale produnt Herodotus, Plinius, Mela, Ptolemæus in hanc sententiam laudati, et si quid proderent, eos testes rerum quas minime norant, abjicimus. Nunquam non insistant Scripturæ Chananæos vetustissimos esse regionis incolas. Docet Moyses Deut. 2, 40, Moabitæ à sedibus suis *Emmim* expulisse; Ammonitæ *Zozanum*, Deut. 2, 20, Idumæos regionem sibi *Horreorum* usurpasse, Deut. 2, 22, se tandem Capthorim totam occupasse Hevæorum regionem, Deut. 2, 25. Quæ omnia opera prestant sacro scriptori visum est animadvertisse, ut Hebræis ad occupandam Chananam idem promissam illis à Deo regionem, animos adderet. Res ergo possebat ut simul et semel demonstraret, Chananæos ipsos veteres Philisthæos à sedibus suis depulisse, nec tamen eâ de re quidquam prodit.

Accuratissimus chronologicæ calculi nomenclam aliam gentem Chananæis vetustiorum in Palestinâ constitui patitur. Chanaan; quo auctore gens prodit, non diu post diluvium natus est, quippe qui ætate esset jam grandior, ut maledictionem in se avi auscultaret, eum

(1) Plinei (Concorde de la géographie, page 254) existimat, voce *Capthor* designari mediam Ægyptum ex qua Philisthæi (Hebræi, *Capthorim*) egressi in eam regionem quæ à Gæzâ, Gerarâ et Geth ad Joppem usque extenditur, invaserunt, ne ulterius progredierentur à Chananæis prohibiti. Facile autem mediam Ægyptum pntat insulam dictam, cum à septentrione canal Babostico, ab oriente sicut Arabico, et ab occidente Nilo fluvio includitur, quemadmodum *Insulam Franciæ* appellamus provinciam inter Scythiam, Hystronam, Æsiam et Entem, sive Ithanem, interjectam. (Editores.)

avus ipse Noe vineam implantavit, Gen. 9, 25, 26. Ex Chanaan undecim filii nati sunt, Gen. 10, 15, etc. Quæ in constructione turris Babelicæ divisio accidit, ad 250 sive 500 post diluvium annum consignatur. Ex tunc autem florentissimam totius orbis gentem Chananæam credi par est, quam alias habuisse sedes præter Palestinam nullibi legimus. Abrahami ætate, 250 annis circiter post turrim Babelicam, Chananæi jam diu à pluribus annis quietam habebant regionis illius possessionem. Indicent ergo adversarii quando venerint, et quos regionis incolas depulerint.

Philisthæi jam inde ab ætate Abrahami potentissima erant populorum natio, quibus nec innumera decrant urbes, nec reges, veteresque regionis incolas Hevæos jam omnes depulerant. Erant ergo Hevæi gens ex Chananæis referens originem, primigenii Palestinæ incolæ; quare vetustate superant illam, ab adversariis inventam, Casluchim à Sesostride in Colechidem missam coloniam adeoque et multo præcedunt tempore Capthorim et Cappadociâ deductos. At enim Philisthæi illi Abrahamo et Isaac coevi, ipsissimi sunt Hevæi posteri Chanaan, qui pariter *Philisthæi*, nempe segregatores, idè appellabantur, quod portiones Cham et Sem medi distinguerent segregantque. Bella ratiocinatio! 1<sup>o</sup> Cur inter se confundantur, quos Moyses non incuriosè distinguit? Cur Philisthæi simul cum Chananæis admisceantur, cum Scripturæ solerter admoneat, Philisthæos secundos ab Hevæis incolas in regionem venisse? 2<sup>o</sup> Philisthæorum nomen, quo sensu ab adversariis usurpatur, frustra in vetustis quæ sacris, quæ profanis monumentis queras. Gratis invelont adversarii, quæ et contra omnem veri speciem, custodiam illam finium regionis Cham et Sem, tum et nomen *Philisthæi* datam populis regionem tenentibus in Africâ et Asiâ inter Cham et Sem, quicumque tandem populi illi essent, sive Chananæi, sive Capthorim origine.

Nihil moror si quis cum Theodoro in Sophron. 2, suspiciet Cretensium coloniam latera Mediætræni et Palestinam frequentasse, sive fortè Philisthæos quosdam in Cretam transmigrasse, ac tandem Cerechim, sive Cretim, designare viros jacubandi peritissimos. Ille enim nobis militat potius quàm contra nos, eum in eandem deducant sententiam, Philisthæos Cretenses esse origine, et insulam Capthor cum insula Cretæ confundendam, quod totâ hæc dissertatione nostrâ probavi-

mus. Neque meorum esse partium duco, ut quatuor adversariorum asserta falsi convincam, videlicet insulam Capthor in Cappadociâ sitam esse; Philisthæos ex Capthoribus *Side* in Cappadociâ deducendos; coloniam Ægyptiorum à Sesostride in Colechide relictam monumentum esse historicam satis assertum, ac tandem Palestinam ante tenuisse Philisthæos, quàm à Capthorim et Chananæis occuparetur, Hevæosque Abrahamo coevos ipsissimos esse Philisthæos, vetustissimos regionis incolas. Quatuor hæc simul mera esse commenta cum veritate nunquam componenda contendo.

Asseruerunt etiam contra meam sententiam cultum Beelzebub vel muscarum ex Colechide in Sueciam devenisse, quod probandum tibi assumunt ex historiâ muscarum, unde superstitiones suas deducebant Succorum magi, teste Rudbeckio. Ingentem magi illi captivum dæmonum turbam, muscas quosdam alis instructas referentem, super humeros gestabant, quas illi muscas prodigium aliquod operari, jussuorum suorum ministras missabant. Affirmabant dæmonem, quem sub nomine Thor colebant, summum habere in dæmones omnes muscas imperium. Porro hunc muscam dæmonem à Sueciâ in Palestinam cum Succorum coloniâ deducit Rudbeckius. Malent tamen nostræ sententiæ impugnatores superstitionem ex Colechide in Sueciam per virum quemdam Odinum nomine, paulo Jesu Christi adventu antiquiorem transmittere.

Quid inde illi? An demonstrasse sibi persuadent, muscarum cultum à Sueciâ in Palestinam, vel potius à Colechide in Sueciam migrasse? Mihi sanè ad intentum convincendum luculentiora desiderantur argumenta, et otiosi esse hominis reputo ditiis in hypothesis hæc subvertendâ immorari. Quæ, rogo, argumentum probatur, muscarum superstitionem sive in Sueciâ, sive in Colechide unquam obtinuisse? Venerificorum Succorum historia cultum à Sueciâ dæmoni impositum demonstrat? dæmonem, inquam, quem ita tenebant captivum, ut ad suum tantum arbitrium, suisque commodis dimitterent? Quid insuper hæc ad Philisthæos, Babylonicâ captivitate, ipsosque adeo Jesu Christi adventu vetustiores, et cultui Beelzebub addictos? Nihil igitur hæc in contrarium adductis argumentis à veteri sententiâ retrahimur, ratumque manet apud nos, Philisthæos ex insula Cretâ in Palestinam transmigrasse.



Accuratius modò de numinibus Philisthæorum discernendum.

### PHILISTHÆORUM NOMINA.

Instita quædam religio Philisthæos culti suorum numinum vehementer addictos fuisse ex ipso Scripturæ testimonio intelligimus. In expeditionibus suscipiendis nihil habebant antiquius quam ut secum idola referrent, vanâ spe ducti, non parùm sibi momenti ex iporum opè in hostes futurum. Capta omnia à Davide nonnulla ex his idolis igni aruita sunt, 2 Reg. 5, 21, et 1 Paralip. 18, 18. Post devictum in prælio Gethse extinctumque Saisleu, victores Philisthæi miserunt in terram Philistinorum per circuitum ut amittantur in templo idolorum et in populi, 1 Reg. 5, 9. Cum Samsion in eorum manus incidisset, in carcere detentus aliquandiu, deinde in templo Dagon in actionem gratiarum diis ejusdem gentis productus fuit; eo simul aspectu volentes presentem in templo turbam delectare adversariorum longe terribilissimum interuentum, à quo nihil sibi ultra timendum haberet. Arca Domini in prælio sub Heli summo sacerdote capta, in templo Dagon deposita est, 1 Reg. 5, 2; sicut et ibi suspensum Saislis caput, arma verò ipsius regia in templo Astaroth, 1 Reg. 31, 10, et 1 Par. 9, 10, tropæum exhibuerunt. Hæc de superstitione et religione Philisthæorum monumenta sunt apertissima.

### DAGON.

Celebratissimum Philisthæorum numen, cuius angustissimum erat Samsionis viate Gazæ templum; namque vir ille strenuus eo quo præstabat corporis robore dejecta à diffici mole, ultra 5000 hostes partim super totum, partim in templo stans oppressit, Judic. 16, 27. Huic non secundum alterum fanum Azoth excitatum erat, ubi arca Domini deposita tantam prodigiorum procelam in idolum excussit, ut constructa simulacrum oram illi conciderit, et numinis caput manusque in limine templi projecta fuerint; quod deinde ad hinc accedentes Philisthæi, ne contumeliant tangèrent, sed saltu transilirent, religiosè ceperunt, 1 Reg. 5, 5. Diu superstilio illa mansit, cum Philisthæos hæc characterioribus designet Sophonias, 1, 9: *Vistabo super civitatem quæ arroganter ingreditur super limen*. Extabat adhuc templum Dagonis Azothi sub Machobis; namque dirupit ibi combustumque templum à Jonathâ legimus, 1 Mach. 10, 85, 86.

Quæ potissimum formâ idolum exhiberet id diu multumque interpretes torsit. Philistorum doctores de hoc argumento scribentes ad id inter se variant, ut temerè et ad arbitrium scripsisse statim intelligantur. Sunt qui superiora hominis, inferiora piscis habuisse dicant (Kimeh); alii ordine inverso piscem statuunt in superioribus, infra verò à femore hominem (Abarbanel). Alii homine excluso piscem per omnia (Rab. Salomon); sicut alii vicissim nihil non humanum constituunt (Rab. Levi. Vide, si lubet, Andr. Beyer addit. ad Seld. de Diis Syr.). Id constat, nec manus nec caput homini defuisse; Scriptura enim narrat 1 Reg. 5, 4: *Capite Dagon et domo palmis ejus abscessa erant super limen*. Porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Septuaginta, pedes quoque unâ cum manibus et capite projectos habent. Nos igitur non inviti suspicamur, deum hunc, sive deam (carent enim Hebræi feminino nomine deabus designandis) ipsissimum esse Ægyptiorum numen, quod D. Vallant, Append. Hist. Ptolemæorum, ex nummo urbis Menclai exhibuit. Refert autem femininam mediâ corporis parte expressam, cornucopiâ tenentem, inferiora habere piscis, caudâ in dorsum reptatâ, pedibusque à piscis non abjudentibus, veluti crocodili, seu vitulinârii. Veneris numen sub piscis formâ coluerunt Ægyptii, quod in prælio Typhoeos cum diis, Ovid. Metam. 5, fab. 5.

### Pisce Venus latuit.

Porro nomen Dagon, sive Dag, Hebræicè sonat piscem; quod sanè animalium genus Syri, Phœnicæ, Persæ, Ægyptii, Græcenses, summi veneratione colentes, deos deæque suas in piscem non rarò transformabant. Hunc igitur finitimarum gentium ritum tenuisse etiam Philisthæos facile credimus. Uiquid aliqui piscis nomen deo suo tribuissent, si cæteris circa illos populis numinum suorum sub piscem formâ exhibentibus simulacra, soli piscem non adorarent? Diodorus Siculus, lib. 2, pag. 65, sive 92, tradit, Acalone, quæ urbs erat florentissima Philisthæorum, deam coli *Derceto* sive *Atergatis*, cujus simulacrum vultum habens femine in piscem desinebat; addit insuper non longè ab urbe altam esse locum piscibus referatissimum, quos sacros habent incolæ, intactosque servant, rati Venerem in lacum se projicientem quondam in piscem transisse. Nomen Derceto, sive Atergatis ex Dag et Ater derivatum, sonat *piscis magnificus*, addant dii et regibus; ita deus Sôpharvaim appellatus est

*Adramotelech, seu Adarmotelech, rex magnificus*, 4 Reg. 17, 31. Philisthæi, audito nuntio deductæ in castra Hebræorum arca Domini, exclamârunt, 1 Reg. 4, 8: *Quis nos salvabit de manu regum abstinim itorum?* Verum Deum sæpè hoc eodem titulo insigniunt Hebræi (vide Exod. 15, 11; Ps. 7, 2, 10, et 73, 5, etc.). Lucianus, qui deam Syriam oculatus testis insperxit, simulacrum pingit mulieris in piscem desinentis, quemadmodum et Neretides apud poetas describi consueverunt. Deam Euryome filiam Oceani colebant Areades in templo in urbe Phygæ erecto, quod semel tantum in anno recitandi consuevisse ferunt. Numinis simulacrum aures desinetum catenis in templo venit in carcere delinabatur. A capite ad imum usque pectus venustam referebat puellam, inferiora desinebant in piscem. Porro numen illud è Cretâ in Peloponnesum facilè transitit.

Abstulisse Syros à piscibus quibusdam, satis ex veterum testimonio constat, sive indignum ratos ea in cibum adhibere, quæ in altariis numina colebant, ut Diodorus Siculus, S. Clemens Alexandrinus, alique nonnulli antumant; sive Gadis, vel Atergatis reginæ edicto absterrius, quippe quæ piscium avidissima, omnes sibi reservari, vitio cæteris illorum usu constituit, quod maluit Antipater Tharsensis et Mæseas ab Athenis laudati, Dipsosopli. l. 8, c. 8. Mos inde obtinuit, de quo Athenæus ipse, aureos et argenteos pisces in ejus templa inserendi, ut perpetua essent religionis monumenta; sicut et ex piscibus assatis elixatisque mensas in ejus aris instruendi, quæ postea sibi omnia respiebat sacerdotes. Maluit alii sacros fuisse Derceto pisces, quod deam in aquas prolapsam à presentissimo periculo liberârent. Similemque habuisse de Dietyanâ deâ suo opinionem Græcenses ex testimonio Diodori supra laudato videntur; namque extractam illam è mari piscatoris retibus narrabant. Alii tamen (Menand. apud Porphy. l. 4, de Abst. Vide et Plut. de Superst.) contendunt, abstinenti à piscibus in causâ Syris fuisse, quod tormina sibi quædam viscerum et jecoris, sicut et ulcera crurium, totiusque corporis morboerent à Derceto intelligenda in puam, quod sacros deos pisces violassent. Ovid. Fast. l. 2:

..... *Gemma hoc imponere mensis  
Ne violent timidi piscium ora Syri.*  
Manilius, Astronom. 4, alique plures antumant injuriam Veneri irrogari, si pisces in eodem adhibeantur;

*Scilicet in piscem sese Cytheræa novavit,  
Cum Babyloniacæ submersa profugis in undas,  
Læruaticæ usus æquavit piscibus ignes.*  
Sed quæcumque demum fuerit Syriacæ superstitionis causa, extra controversiam est consecrâsse illos in altariis pisces, sicut et deam Derceto feminam quidem in superioribus, inferiora verò piscis exhibuisse; ipsam autem esse credimus Dagonem illam in illis sacris celebratissimum. Porro numen illud, quod mulierem effingebant Syri et Cretenses, masculino Dei nomine Persæ venerabantur. De Ganne, numine Babylonis, Derceto non abstimili, sermo est apud Berosum (apud Euseb.). Namque capite erat et pedibus humanis; infra verò humanam altera assurgebat pisca cervix; pedes autem hamis profibant ex amplexibus piscis caudâ, quæ in dorsum revolvebatur. Mira factabant de monstro: manè de mari Rubro vel sinu Persico emergere, et post actam Babylone totam diem, sub vesperas iterum in aquis delatit. Amphibium erat humanoque sermone instructum. Plurimum, nec inutili quidem ad vitam rerum primus auctor ferebatur, uti scribendi, edificandi, agrosque colendi, etc. Quatuor ejusdem figuræ et nominis Apollodoros recensens, omnes è mari Rubro emergentes (vide Selden. de Diis Syris syntagma 2, c. 5); addit insuper nonnullis ante diluvium seculis novum aliud monstrum cæteris non dissimile ex eodem loco proditisse, nomine *Odacou*. Quis, rogo, nominis Dagonis vestigia non agnoscat? Neque Septuaginta numen illud ignorasse visi sunt, quippe qui Nebo deum Babyloniorum Dagonem reddiderunt, Isai. 46, 1. Quod autem vix fidem extorquet, atque religionis et theologie pagana absurdum omne relevat, illud est, nimirum eandem Dianam, quam Græcenses *Dicitina* nomine colebant, cultum apud Persas, cæterisque barbaros gentes obtinuisse sub nomine *Diane Persicæ* (Diod. l. 5, pag. 257). Manilius ubi supra, Venerem in piscem transmutatam testatur: *Cum Babyloniacæ submersa profugis in undas, Messam in Euphrate, Palestinæ, ut ipse quidem autumasse creditur, unne, habet Ovidius Fast. l. 2, vers 469: Venit ad Euphratem comitata Cupidine parvo, Inque Palestinæ margine sedit aque.* Et Metam. l. 4, fab. 5, repetit versum illum in piscem, vel saltem ita ferri apud Babylonios, et persuasum esse Palestinis: *De re, Babylonis, narrant Derceto, quam verè æquavit cælitibus artus*

*Stagna Palaestinae credunt columbas figurâ.*

Fieri utique potuit ut apud Babylonios cultus Derecto, Dianæ, sive Dagoni sub piscis simularum impenderetur.

A vero pariter non oblitit deam Hierapolis in Syria, de qua plura Lucianus, eandem esse quæ Diana Persiæ, ipsam demum Derecto, seu Dagon, seu Dictynnam, aut Dionam. Lucianus (de Deâ Syria) narrat non desuisse, qui ædificati templi deæ Syriae honorem tribuerent reginæ Semiramidi, quæ scilicet parenti suæ Derecto faunum illud erexerit: populos verò urbis à columbis abstulisse, quod aves sint Semiramidi sacras, et à piscibus, quod Derecto dicantur habentur. Strabo. l. 16, non obscure tradit, colli Hierapoli deam Atergatim, Plinius paria refert l. 5, c. 25: et prodigiosa Atergatim, Græcis autem Derecto dicta, colitur. Et quod maxime ad rem facit, Ascalonitæ cultui Derecto addictissimi, columbas summo perè observabant, eas aves sanctas, eas sacras habentes, quas si quis forte in cibum adhibuisset, à deos suos vorandi discrimen subibat. Tibullus:

*Quid referam ut solitas crebras intacta per urbes  
Alba Palaestino sancta columba Syro?*

Valde etiam se testatur Plinius apud Euseb. Præpar. ad Ascalone esset, infinium propemodum harum avium numerum, quem summa diligentia et otsequio alebant.

#### ASTAROTH.

Alterum erat Philistheorum numen, cui regis Sautis arma in tropæum suspendenda: *Posuerunt arma ejus in templo Astaroth, corpus vero ejus suspendendum in muro Bethan, 1 Reg. 54, 10.* Incertum tamen quâ potissimum in urbe coleretur, nisi forte Ascalone credamus, ubi Veneris Coelestis templum, omnium ejusdem deæ vetustissimum habitum juxta Herodotum lib. 1, cap. 105, spectabatur, Cyri et Cypheræ Incolæ Veneri devota gens, religionem suam Ascalonitæ debent. Sed quænam hæc dea Astaroth? Nos confundendam credimus cum Derecto, Atergatâ, Venere Coelesti, uno verbo, cum Dagonè, Dianâ, Atharâ, deâ nemorum, de qua sæpè in Scripturâ, *Asero Ascherah*. Vide 1 Reg. 24, 7, et 25, 4, 6, et 2 Paralip. 53, 5. Fusius nobis de hoc argumento actum est in dissertatione de Numinibus Phœnicum; hic tamen duas vel tres conjecturas afferendas censemus. Strabo de corruptis nominibus barbaris agens, observat lib. 16, vers. fin., ex Atergatâ factum Athara, quam Ctesias appel-

lat Derecto, Tradit Artemidorus Syros à piscibus non abstinere, exceptis quibusdam paucis deam Astartem colentibus, Oneiroc. c. 9; ex quo confusus intelligimus ab eodem scriptore geminas illas deas, Astartem et Derecto, cum alteri tribuat quod ad priorem tantum referendum est. Tandem 2 Mach. 12, 26, sermo est de Astaroth Carnaim urbe transjordanâ, ubi templum Atergatæ (Atergatæ) fuisse perhibetur.

Quantum autem ea quæ lucusque diessimus de Dagonè et Derecto veri aliquam speciem habere videntur, suis tamen obnoxia sunt difficultatibus, in eo et prorsus repellenda essent, si testimonium Sanchoiatonis, auctoris Phœnicici ante bellum Trojanum, admittatur. Scripserat enim ille, qui patriam religionem nosse debuerat præ Luciano, Diodoro, aliisque planè recentioribus Græcis et Latinis, eo maxime tempore florentibus quo Græci totam Orientalem theologiâ diis Græcorum infectis turbaverant, scripserat, inquam, ille tradit apud Euseb. Præp. l. 1, cap. ult., Cœlum, phœnibus editis filiis, inter cæteros Dagon habuisse, cuius nomen ex Phœnicia *Dagan fragmentum*, derivatur; cum autem, addit, hic aratri et frumenti usum invenisset, nomen obtinuit *Jovis Agricola*, sive *Jovis ad aratrum*, Saturnus utrumque tradidit Dagoni unam ex uxoribus Cœli, quam ipse Saturnus in bello à se in Cœlum illatâ captivam habuerat. Hæc Sanchoiato, omnia hucusque præstituta à nobis auctoritate suis everiens. Singula hæc prolusse Bocharius visus est: ea verò rejicit omnia que de simulacro Dagonis Rabbinis comminiscuntur, de Anim. sacr. p. 1, l. 1, cap. 16.

Sed hæc duo Sanchoiatoni reponenda: 1<sup>o</sup> historice veritas; 2<sup>o</sup> nomen Dagon ex Phœnicia *Dagan, fragmentum*, derivatum negatur. Sanchoiatonis nomine inscriptum opus fabella est ad arbitrium supposita, sive fraude Porphyrii, qui detrahendi sacris libris consilio (ita erat in Christianos animatus) omnia ex theologiâ Phœnicum suffragatos fuisse sacros auctores demonstraturus, libellum facile prodidit. Nemo certe ante Eusebium, nec post illum aliquis, hujus auctoris scriptum vidit unquam. Quin nec ipse Eusebius integrum illius opus legisse videtur; sed quæ apud Porphyrium exstant fragmenta, in suum opus transtulit, cum fortè nec ipse Porphyrius integrum opus supponere ausus, quædam tantum fragmenta in suo libro inseruerit; fraude non planè felici, cum se non semel prodât, omniaque

intereit absurdis adeo pudisque erratis et fabellis, ut vulgò hujus ætatis eruditos præstita olim hæc fragmentis fidei pudeat. Nominis etymologia ex *Dagan* probari utique potest, si alieujus historici vel probati scriptoris auctoritati inniteretur. Sed quis, rogo, deus Jupiter iste Agricola? ubi locorum cultus? quod ejus numinis templum, cultoresque quales? Fragmenta illa procedenti præ oculis erant libri sacri, ex quibus nomina propria colligens ad litteram translata, in certas genealogias, obtrasis fabellis servientes, digerebat. Ita cum inter legendum offendisset *sedai*, deum agrorum veritè, quod scilicet *sade* ad litteram sonet agri. Sed Hebræi, qui planè vocabulorum suorum vim norant, vocem illam reddunt: *Deus, qui sibi sufficit*. Sed fusius de theologiâ Sanchoiatonis recurrit sermo, ubi de numinibus Phœnicis, sive Chananæis.

#### BEEL-SEBUB.

*Beel-sebub*, i. e., *deus Muscarum*, sive *deus Musca*, Philistheos habuit cultores, et templum celeberrimum in Accaron, ubi et oracula reddebantur. Ochozias, rex Israel, lapsus è teeto domus in conaculum, gravi vulnere affectus, consultum de valetudine suâ *Beel-sebub* deum Accaron misit. Euntibus regis legatis occurrens jussu Domini Elias, gravius verbis ita est compellatus, 4 Reg. 1, 2, etc.: *Namque non est Deus in Israel; ut quis ad consulendum Beel-sebub deum Accaron? Quam ob rem hæc dicit Dominus: De lectulo super quem ascendisti, non descendes.* In novo Testamento *Beel-sebub* princeps demonum appellatur. Pharisei de Jesu: *In Beel-sebub principe demoniarum eiecit demonia*, Matth. 12, 24; Luc. 11, 15; alii in super de eodem Jesu Marc. 5, 22, dicebant, *quoniam Beel-sebub habet, et quia in principe demoniarum eiecit demonia.*

Sed quale hujus numinis simulacrum? Inter varias variorum tres tantummodo opinionones referemus. Prima nomen *Beel-sebub* inditum numini per contemptum opinatur; cuius genuina esset appellatio: *Beel-samin*, deus Cœli. Secunda autumat nomen fuisse tutelare Philisthæis, cuius potissimum opem in muscas implorarent, quemadmodum et Græci colebant Herculem muscarum venatorem. Tertia contendit consecratas à Philisthæis muscas, quarum erectum in altarihus colerent simulacrum. Quæ pro singulis hæc sententias afferuntur, conjecturas promissimus.

Obtinuisse apud Hebræos mores externorum deorum nomina corrumpendi ex sacris libris

intelligimus. Quo enim horrore numina illa prosequantur, eodem et nomina detestantur, ne proferre quidem illa vel designare sustulerant. Uris *Bethel*, quæ vox *domum Dei* sonat, non raro immutato nomine, *Bethaven*, domus iniquitatis, vanitatis, nihili, appellatur, ex quo aurei vituli à Jeroboamo fabricati sedes effecti est, 1 Reg. 15, 5, et 14, 23; Osee 4, 15, et 5, 8 et 10. Monti Olivarum montis *Offensio* nomen, 4 Reg. 23, 15, accessit, quod erecti ibidem fani sedes effectus est. Valli Heliopolis in Cœle Syria, templo Solis sive Baal infamè nomen vallis iniquitatis ab Amos tributur (1). Ibaal, Miphthoal, filii Sauti, variato nomine in Scripturâ appellatur Iboeth et Miphboeth, i. e., *vir confusio*, os confusio, quò profanum nomen Baal evitaretur. Dominus, Osee 2, 46, 17, proficitur confusissimum se, ne ultra nomen Baal in ore populi sui versaretur, ut nec uxor quidem cum viro suo familiaritè loquens, illud usurpare nosceret; neque *coius*, inquit, *ultra appellabit coius virum suum baali*, i. e., *dominum meum*, sed *ischi*, *virum meum*, *sponsum meum*. Non abs re igitur suspicauerunt, Hebræos recepto more nomen *Beel-samin*, deum Cœli, reddidisse *Beel-sebub*, deum Muscarum, vel, *Beel-sebub*, salacitatis, quemadmodum legitur pleraque Græca exemplaria et veteres interpretes.

Sed cur nomen *Beel-samin* in *Beel-sebub* transferendum valuerunt? Ideo, inquit, quòd victimarum cruore ablatum simulacrum muscas accerseret, quibus etiam ebulliebat templum, invitante odore carniarum et sanguine hostiarum. A templo Salomonis, si Rabbinis fides, omnis exulare musca divino prodigio jussa est. Sed hæc frivola sunt, nec majorem merentur fidem, quæ de templo Salomonis à muscis immuni jactant. Quin et ex textu Regum supra laudato, satis intelligimus nomen illud pecciliare esse, non deridiculis impostum; neque enim alioqui Ochozias numinis opem imploraturus mittens, eo deum illum nomine compellasset.

Alterâ proximè succedens sententiâ, muscarum aucupio occupari deum autumans, nihilo melioris est fidei. Tota enim innititur fatilibus et à longè deductis conjecturis, quæ in speciem quidem aliquali, re tamen nihili probant. Adducunt Jovem muscarum aucupem ab Eleis cultum, sicut et apud Romanos Hercules item aucupis muscarum notus erat, Clem. Alex. in

(1) Amos, 4, 5: *Habitatorem de campo idoli, mibachath aen.*

Protrept. Pliuius narrat (1) in Olympiæ sacris lauro litatum fuisse numini aucupi muscarum, quo sacrificio rix oblati, inquit, statim hæcæ muscæ extra territorium turmatim evolvant. Auctor sacrorum Hercules habetur, qui cum Olympiam venisset, et sacrum Jovi parasset, quò molesto muscarum tedio liberaretur, Jovi muscarum aucupi litavit: nec mora, statim molestorum insectorum examina facessere loco, et trans Alpheum avolare visa sunt. In fano Apollinis ad Actium eidem incummodo occursum, maesto muscis tauro, disque sanguine relicto; statim enim veluti sacrificio contento abiant. Presentissimum etiam habebatur Hercules nomen in entesee; unde tamen inditum deo Compositum.

Cyrenalci, inquit Plin. l. 10, c. 27, «Acho-rem deum invocant, muscarum multitudine pestilentiam afferentem qua profinis intereunt, postquam litatum est illi deo.» Porro deum Achæ, sive Accaron, ipsam esse Beel-sebub non fuit suspicandum, quoniam de re prorsus innotuit (neque enim aliud de illo memorie proditum est) mellis iudicium emane suspenditur. Illud tantummodo attendendum nobis, vix posse in altum nostram induci, solam, que deo tribuitur, muscæ depellendi virtutem, in causâ fuisse cur Beel-sebub appellaretur; scimus enim Jovem et Heroclem, deos ambo in muscæ tutelares, tante virtutis merito nomen sibi promeruisse aucupio muscarum. Ita plene ejus nomen presentissimum sentitur in mures et serpentes, non continuò deus Mus, et deus Anpita nuncupatur. Quæ tandem ratio suadet Beel-sebub nomen fuisse in muscæ prodigiosum? Nihil eâ de re in sacrâ historiâ, et ne verbum quidem in profanâ. Scitum est tantummodo oraculum ejus in Accaron reddendis futurorum oraculis celebratum fuisse: quare Ochozias non impetrandæ à morbo sanitatis, sed de morbi eventu consulitur legatos eò misit.

Tertia tandem sententia ex numine muscæ facit, divinis honoribus ab Accaronitis cultam, vel hominem muscæ habentem sive in manu, sive in capite, sive ad latera. Scitum est enim obtuisse apud gentes, ac maxime Ægyptios, morem, ut vera animalia consecrarentur, ut puta laurus, aves, crocodilus, vel saltem eorum simulacra aurea, argentea, lignea,

(1) Plin. l. 29, c. 6: «Olympiæ sacro certamine, nubes eorum, immolato tauro Deo, quem Myjodæm vocant, extra territorium id abiere.»

ænea imponerentur altaribus. Sæpè tamen numinibus suis bruti aliquid coagmentabant, ut Isidi caput felis aptatum est, Aoubi caninus vertex, Derceto cauda piscis, Ammonii cornua arietis, et sic de singulis. Tandem capiti sive manibus numinum bruta animalia imponebantur, virtutis singulorum hieroglyphicam; ut piscis, accipiter, cervus. Vide hæc de re nummos Ægyptios et tabulam Isiacam. Apes in veteri simulacro Dianæ Ephesiæ insculptas licet spectare in Museo Farnesiano Romæ. (Vide Antiq. Græc. Grav. et Gronov. c. 7, pag. 582 et 583.)

Porro muscis non minus planè erat meritum, quam felibus, lupis, crocodilis, anguibus, libellulis, formicis, muribus, febrî, tempestati, cepis, porris, que omnia vesana gentilitas aris imposita consecraverat. Auctor Sapientiæ, 12, 8, immixta narrans à Deo in Amorricæ et Chananzæo vespas et muscæ, à quibus pestilentiæ o sedibus illi suis repellerentur, addit deinde illa habuisse adversaria, quibus divinos honores impenderent. Colebant ergo muscæ, vel saltem muscarum simulacra. Vide Sap. 12, 25, 24. Testimonium Diodori l. 5, de reponis à Jove beneficiis in muscæ, sive apes infantem suæ in monte Ida beneficæ altricis, supra retulimus. Beneficiorum deus ille non immemor, aureum seneo admixtum colorem largitus est, simulque indulsit ut perniciosissimo cæteris morsu se ipsas defenderent. Genus autem illud muscarum diutius in monte perennatum fuisse Ælianus Hist. Anim. l. 17, c. 33, est auctor. Ad cantharides allusisse creditur. Auctor ille, sicut et Diodorus, ita insecta describunt, ut cantharides pinxisse videantur: illis enim venenatus morsus, illis aureus color quadrant. Pterique tamen scriptores illos interpretantur de apibus. Dignus etiam aliquid munificentiæ suæ donum liberalissimus Juppiter muscæ contulit, ut scilicet haberent liberos, ait Servius in Virg. Georg. l. 4, ante ullo concubitu. Virgilius narrat non defuisse, qui viso ordine atque politâ apum, animâ illas, intelligentiâ et portione divinitatis quodam præditas fuisse suspicerentur. Virg. Georg. 4:

*His quidam signis atque hæc exempla ceant,  
Esse apibus partem divini mentis et hæntus  
Ætherios alitære.*

Symbolum habebantur immortalitatis, quippe que sibi ipsis post interitum vitam redolent, neque gignendis et reparandis apibus

commixtione utriusque sexus opus haberent. Ibidem:

*Illam adeò placuisse apibus intrabere morem,  
Quòd nec concubitu indulgent, etc.  
Verùm ipsæ felis mator, et maribus herbis  
Oræ legant.*

Didymus, apud Lactantium de falsâ Relig. lib. 1, cap. 22, prodiit, Melissa regi Creta geminas fuisse filias Amaltheam et Melissam, quarum illa lacte, altera melle infantem Jovem paverit. Fabula historiæ accedens, ex Amaltheæ capellam, uberibus suis puerum lactentem fecit, ex Melissa apem, mellis sui dulcedine infanti blandientem; illi in premium officii divini honores cesserunt; cur verò eodem præmio et altera fraudaretur?

Scarabæus, sive cervus volans, quem non immeritò in muscarum censu habemus, inter deos etiam ab Ægyptiis agnoscebatur (1). Probrum hoc depulsurus à gente suâ Appio Grammaticus, observat scarabæum solis operâ æmulari, quippe qui stercorem globum vertens, se ipsum reproducit; nam post depositum in globo illo semen omnia sub terrâ recandit, quousque foto jam semine novus exsurgat in auras scarabæus. Tanta erat olim pro insecto illo militum Ægyptiorum veneratio, ut in annuis exsculptum gestarent (Ælian. Hist. Anim. l. 19, c. 15). In tabulis scarabæus et alterius etiam generis muscæ non raro spectantur; varia enim muscarum genera colebant Ægyptii. Non est igitur cur Philisthæi similes honores muscæ ejus generis, vel simili denegerint. Ita planè sententiam de hoc numine suam ferunt Septuaginta, l. Reg. 1, 2, et Patrum Græcorum bene multi inter quos Gregor. Nazianz. orat. 2 contra Julian.; Theodoret. q. 5 in 1 Reg.; Procop., Gazens; et vir quidam eruditus, nempe Joan. Ernest. Gerard. Analect. ad Matth. 12, 24, pag. 621, muscæ in veteri nummo Phœnicia observavit. Quia et muscæ cultum diutius etiam post inventionem christianam Religionem, Accarone mansisse Philaëstrus insinuate videtur, cum de hæreticâ Judæorum muscæ colentium in Accaron agit hæres. 43.

Jesus Christus Matth. 12, 24, Luc. 2, 45, Marc. 5, 22, Beel-sebub principis dæmoniorum titulo notavit, unde conjectura facilis de-

(1) Plin. l. 50, c. 11: «Propter hoc Ægyptii magna pars scarabæos inter numina colit, etc. (Vide et Plutarch. Symposiæ. l. 4, c. 9, et Pierri Hieroglyphica. l. 8, cap. 14.)

queretur, insinuatum eo nomine Jovem, in cætera paganorum numina, tanquam omnium principem, regnantem. Potest autem non incongrue Jovi nomen Beal macarum aptari, cæciliet ratione, quam supra insinuavimus, quippe qui muscæ Idææ et aureo colore et mirâ quidam virginæ fecunditate donârit. Prophætæ titulo idèò gaudere potest Juppiter, quòd oraculum haberet in Accaron. Ita Beel-sebub ipse est Juppiter Idæus, sive Dictæus, muscarum satellitio stipatus, Georg. lib. 4:

..... Apes.....

*Curetum sonitum crotipantique ara secute,  
Dictæo colli teqem patere sub antro.*

Apes peculiari religione Dianæ consecrabantur. Franciscus Ushelinus et Lues Holstenius celebrarunt apes, ætyma famitæ Barbarinæ, quam in rem adnotent apes olim in statuâ Dianæ sive in cippis illi dicatis insculpi; insculptas pariter cerni in nummis urbium Ephesi, Messinæ, Metaponti, Delphi, et Syriæ. Vix tamen in animum inducerem sibi cultu religioso veneratas fuisse præter quam apud Philisthæos, et foris etiam in Ægypto. Apud Ægyptios scarabæus cum solis emblema in Ægypto colebatur, ait Porphyrius de Abstin. lib. 4, art. 9.

Profectò, si in profanorum theologiâ suis fuit cultus corvis, capellis, psittacis, que à deceptoribus doctæ suæ debeant responsa et oracula, cur non idem honor fuerit muscæ, Jovi dicatis?

MARNAS.

Nihil de Marnâ in Scripturâ, quod sanè nomen cultum in Gazâ urbe Philisthorum tradunt S. Hieronymus et profanorum nonnulli. Servantur etiam nummi, in quibus Gaza titulo Marnâ insignitur, apud Spanhem. pag. 669. De numinis illius templo ita S. Hieronymus in Epist. ad Letam: «Marnas Gaza luget in clausis, et everisionem templi pertimescit.» Legitur in vitâ S. Hilariionis, ludos et curriculum agitationes in ejus honorem institutas. Stephanus Geographus, in Gazâ, autumnâ, Marnam eundem esse ac Jovem Cretensem. Marna Syriacè, qui vernaculus erat in Palæstina sermo post captivitatem Babyloniam, vel saltem post Machabæos, sonat Dumonia, quod Jovi optime quadrat. Sed nec immeritò eodem denotari solem, vel Apollinem maximum totius Orientis nomen suspicandumur.

Templum Apollinis in Gazâ senatui cogendo destinatum legitur apud Josephum, Antiq. l. 13, cap. 21. Nec Gretensibus incognitum erat nomen Maran et Marna, cum puella apud eas gentes *Maran* titulo, ac si diceretur, *domina*, decorarentur. Ejusdem vestigia in eadem insulâ deprehendas non obscura, ut in *Marathau*, *Marathi*, etc.

**BERITH, SIVE BAAL-BERITH.**

Deus est ex libro tantum Judicum notus, ubi post relatum Gedeonis obitum (1) legitur, Israelitas relicto Domino coram Baal supplices se ad provocasse: *Et posuerunt sibi Baal-Berith in deum* (ita Hebræus). Templum erat ejus nominis celebre in Sichimis; unde eductum pecuniam Sichimitæ Abimelech filio Gedeonis penderunt, Judic. 9, 4; cõ etiam confugerunt post negatum Abimelech obedientiam, ibid. 14; ibi tandem Abimelech ipse mole macinaria à feminâ deturpata cistis, interit. Notas de illo conjecturas detimus in Commentario Judic. 8, 55, quibus has etiam addendas censemus, probantes nomen illud à Philistinis,

(1) *Judicum* 8, 55: Aversi sunt filii Israel, et fornicati sunt cum Baalim, percusseruntque cum Baal foedus, ut esset eis in deum.

**DE SAMUELE PER VISUM SAULI OBJECTO,**

*Ad 1 Reg. 28, 11, 12,*

**Dissertatio.**

Jam inde à primis Ecclesie seculis questio de Samuele per visum spectato viros doctos in partes distraxit. Inter maximos doctores et sapientissimos Patres non satis eã de re unquam convenit, et Ecclesia, eã quã præstat sapientiã et discretionem, hodie usque tolerat varias in hoc argumento et discrepantes opiniones, quibus aliqui nullum inferatur vitium unitati charitatis, fidei, morumque. Sunt qui contendunt fraude mulieris pythonisse factum esse, ut loqui se cum Samuele Saul opinaretur, ejusque ante se aspectum habere persuaderet, quamquam aliqui nihil ante se haberet, nec respondentem audiret. Alii malant Samuelem verò Sauli spectandum sese præbuisse;

vel Gretensibus deductum, ipsum esse Dagoneum vel Derceto, Diodorus Siculus, l. 5, tradit, Gretenses religioso cultu deam *Britomartem* adorasse, quam sanè natam dicit à Jove et Carme, cognomen autem appellatum Diety-nam, quòd inventrix haberetur venatorii retis, sive quòd Neptunum procacem amatorem fugiens, cum se in pelagum projecisset, subjectis piscatoris retibus excepta est. Diety-næ verum etymon ex Hebræo *Dag-tannina*, magna piscis, deducendum jam à nobis demonstratum est; nec *Britomartis* nomen aliunde repetendum quam ex *Berith* et *Marath*, deã *federis*, Auctor à nobis supra laudatus; et Solinus deam illam confundendam cum Dianã censent, quòd nobis etiam probatur, cum Diety-na, Derceto, et Atergatis nihil sint aliud quam Luna sub Diane nomine à Grecis culta. Sermo est apud Macrobium, Saturn. l. 1, c. 18, de Baccho, sive Libero *Brasæo*, non alio sanè quam Sole, cujus pariter nomen deducitur ex *Berith*, sive *Beris*, juxta Chaldaeam pronuntandi rationem. Ita deus, sive dea *Berith*, cui templum Sichimitæ dedicaverant, ex vicinis Philistinis accitum erat nomen; origie verò à *Cretâ*, quemadmodum et cetera ejusdem gentis, derivatum. (CALMET.)

Quamquam nec inter patronos hujus opinionis satis convenit. Plerique enim contendunt, non vi quidem prestigii, nec magicorum carminum deductum è celo, prophetam stitisse coram rege; sed, inquit, Dei permissione factum est, ut neque voluntate veneficæ mulieris, neque magicorum carminum vi attentæ, propheta in conspectum Saulis veniret, ejusque oraculo impius rex disceret, quantis in caput suum ex denegatâ Deo obedientiã evocasset mala. Alii verò asserere non dubitarunt, quandoquidem sanctorum animæ, quemadmodum et impiorum, nondum obtinent per Jesum Christum libertate, sub principis tenebrarum potestate essent, ejus imperio coactum fuisse

Samuelem, ut magicorum carminum invitationibus pareret.

Tertia de hæc re sententiã docet, dæmonem ipsum, cum sese Sauli et veneficæ videndum obtulisset, utrumque fecelisse. Alii denique aiunt, neque dæmonem fuisse, neque Samuelem, sed Samuelis phantasma et imaginem, quam Deus vel per angelos, vel sub ipsius virtute exhibuerit.

Nec, si Ecclesie Patres dissident, Rabini magis conveniunt inter se. Ludibrium esse et merum pythonisse fallendi artificium tenet R. Samuel Hophni. Cum enim reprobatum à Deo regem, tum et innotum à Samuele in regem eundem Saulem mulier valerrima nosset, nihil se tamen scire, ne vultum quidem regis agnosceret simulavit, et per suppositum callidè virum, antea de omnibus instructum, totum rei eventum, qualem jam conjiciebat futurum, trepidanti regi, ac Samuelem se audire autumanti, nuntiavit.

Saadias Goon et R. Hai docent fieri nunquam potuisse, ut pythonisse virtute, nisi à Deo ipso in vivis revocaretur, Samuel videntem sese præberet. Quis autem credat, addunt illi, Deum in gratiam Saulis prophetam revocasse ad vitam, Deum, inquam, qui consulerent per Urim et Thummim (prescripto nempe consulendi Deum rita), nihil reponere unquam voluit?

Levi Ben Gerson omnia errantis phantasiae ludibrio acta esse in morte regis contendit. Minus enim Samuelis, de removendo scilicet à se regno, in mente versans Saul, earum terrore altè menti impresso factum est ut versari sibi ante oculos Samuelem ipsum et dura minitantem crederet.

Abarhanel persuasum habet, dæmonem sub eminentis prophete spolis hæc omnia Sauli intulisse, quæ ipse eventura conjectando assequeretur. Omnes æquè sententias illas reprobat Manasse Ben Israel, Resurrect. mortuor. lib. 2, cap. 6; sed libri Zohar opinionem adoptans, autumat spiritus esse quosdam, quibus mira vis est super animas mortuorum, ut ad arbitrium illis utantur, cogantque quodcumque jussuerint corpus animare. Hæc tamen eã tantum conditione egere permittuntur, si primus à morte annus nondum exierit, quo scilicet temporis periodo nondum penitus refriguisse animarum in corpora amorem, ita docent Rabini, ut sæpius inviseri illa atque fovere, uno verbo, non penitus deseruisse corpus videantur. Eo igitur temporis spatio permissum

animabus iter sibi in corpus percurrere: quod ut reipsa fieret, coactus à pythonissa diæmon præstitit. Certum igitur tenet Rabinus primùm à morte Samuelis annum nondum exisse: quod nostræ chronologie, penitium ab ejusdem prophete obita stantenti, repugnat.

Tertia tandem opinio tenet, dæmonem sub eminentis prophete spolis et Sauli et pythonisse imposuisse. Sunt tandem qui contendunt, nec Samuelis, nec dæmonis quidquam regi objectum, sed ejus loco spectrum aliquod sive figuram ejusdem prophete, angelorum ministerio, sive ab ipso per se Deo exhibitam.

Agitata jam latissimè hæc questio à viris doctissimis, vix quidquam novi est quod nobis dicendum superis, Singularum igitur opinionum rationes potissimas deduxisse contenti, quæ maxime nobis probatur opinio seligetur, nullâ aliorum sententiam, quam aliquin Ecclesia tolerandam duxerit, notantes censurâ.

Forum qui evocati magicorum carminum vi prophete sententiam asseruerunt, agmen ducit Origenes; quippe qui, licet opinionem non primus invenerit, auctoritate tamen sua valde promovit atque commendavit. Namque antea Origeni laudatur S. Justin Martyr in Dial., qui scriptis tradiderat, dæmonem potestatem suam in animas iustorum et prophetarum exeruisse, quos interdum evocationibus magicis parore jubebat. Vir tamen ille sanctus non asseruisse de industria opinionem, sed tantum per transennam proposuisse videtur, cum Origenes et prudens sciensque illam sæpius inculcans pervicaciter defenderit. Quid sanè nobis insinuat ab Eustathii Antiocheni de Engestrinmytho dissertatione, vitio Origeni opinionem illam veniente, quæ modo ex scriptis ipsius errasse suspicari apparet. Ita hanc sententiam ex Origene præfert Eustathius: « Origenes dixit, dæmonem non animam tantum prophetæ reduxisse, sed eduxisse pariter (ex interis) alias sanctorum prophetarum animas. » Quamquam in loco ubi Origenes eam tractat questionem, hæc tantum hodie nobis leguntur, in 1 Reg. 28: « Si ergo talis tantusque vir erat sub terrâ, et à pythonissa evocatus est, lateamur oportet dæmonem potestatem in prophete animam obtulisse. » Deinde orationem suam promovens, addit, quandoquidem Scriptura seu Spiritus sanctus, Scripturæ auctor, evocatum à pythonissa Samuelem asserit, nullum superesse de rei veritate ambigendi locum. Mirum autem nempi

Templum Apollinis in Gazâ senatui cogendo destinatum legitur apud Josephum, Antiq. l. 13, cap. 21. Nec Gretensibus incognitum erat nomen Maran et Marna, cum puella apud eas gentes *Maran* titulo, ac si diceretur, *domina*, decorarentur. Ejusdem vestigia in eadem insulâ deprehendas non obscura, ut in *Marathau*, *Marathi*, etc.

**BERITH, SIVE BAAL-BERITH.**

Deus est ex libro tantum Judicum notus, ubi post relatum Gedeonis obitum (1) legitur, Israelitas relicto Domino coram Baal supplices se ad provocasse: *Et posuerunt sibi Baal-Berith in deum* (ita Hebræus). Templum erat ejus numinis celebre in Sichimis; unde eductum pecuniam Sichimitæ Abimelech filio Gedeonis penderunt, Judic. 9, 4; cõ etiam confugerunt post negatum Abimelech obedientiam, ibid. 14; ibi tandem Abimelech ipse mole mactantia à feminâ deturpata cistis, interit. Notas de illo conjecturas detimus in Commentario Judic. 8, 55, quibus has etiam addendas censemus, probantes nomen illud à Philistinis,

(1) *Judicum* 8, 55: Aversi sunt filii Israel, et fornicati sunt cum Baalim, percusseruntque cum Baal foedus, ut esset eis in deum.

**DE SAMUELE PER VISUM SAULI OBJECTO,**

*Ad 1 Reg. 28, 11, 12,*

**Dissertatio.**

Jam inde à primis Ecclesie seculis questio de Samuele per visum spectato viros doctos in partes distraxit. Inter maximos doctores et sapientissimos Patres non satis eã de re unquam convenit, et Ecclesia, eã quã præstat sapientiã et discretionem, hodie usque tolerat varias in hoc argumento et discrepantes opiniones, quibus aliqui nullum inferatur vitium unitati charitatis, fidei, morumque. Sunt qui contendunt fraude mulieris pythionisse factum esse, ut loqui se cum Samuele Saul opinaretur, ejusque ante se aspectum habere persuaderet, quantum aliqui nihil ante se haberet, nec respondentem audiret. Alii malant Samuelem verò Sauli spectandum sese præbuisse;

vel Gretensibus deductum, ipsum esse Dagoneum vel Derceto, Diodorus Siculus, l. 5, tradit, Gretenses religioso cultu deam *Britomartem* adorasse, quam sanè natam dicit à Jove et Carme, cognomen autem appellatum Dietynam, quòd inventrix haberetur venatorum retis, sive quòd Neptunum procacem amatorem fugiens, cum se in pelagum projecisset, subjectis piscatoris retibus excepta est. Dietyne verum etymon ex Hebræo *Dag-tannina*, magna piscis, deducendum jam à nobis demonstratum est; nec *Britomartis* nomen aliunde repetendum quam ex *Berith* et *Marath*, deã *federis*, Auctor à nobis supra laudatus; et Solinus deam istam confundendam cum Dianã censent, quòd nobis etiam probatur, cum Dietyna, Derceto, et Atergatis nihil sint aliud quam Luna sub Diane nomine à Grecis culta. Sermo est apud Macrobium, Saturn. l. 1, c. 18, de Baccho, sive Libero *Brasæo*, non alio sanè quam Sole, cujus pariter nomen deducitur ex *Berith*, sive *Beris*, juxta Chaldaeam pronuntiandi rationem. Ita deus, sive dea *Berith*, cui templum Sichimitæ dedicaverant, ex vicinis Philistinis accitum erat nomen; origie verò à *Cretâ*, quemadmodum et cetera ejusdem gentis, derivatum. (CALMET.)

Samuelem, ut magicorum carminum invitationibus pareret.

Tertia de hæc re sententiã docet, dæmonem ipsum, cum sese Sauli et veneficæ videndum obtulisset, utrumque fecelisse. Alii denique aiunt, neque dæmonem fuisse, neque Samuelem, sed Samuelis phantasma et imaginem, quam Deus vel per angelos, vel sui ipsius virtute exhibuerit.

Nec, si Ecclesie Patres dissident, Rabini magis conveniunt inter se. Ludibrium esse et merum pythionisse fallendi artificium tenet R. Samuel Hophni. Cum enim reprobatum à Deo regem, tum et innotum à Samuele in regem eundem Saulem mulier valerrima nosset, nihil se tamen scire, ne vultum quidem regis agnosceret simulavit, et per suppositum callidè virum, antea de omnibus instructum, totum rei eventum, qualem jam conjiciebat futurum, trepidanti regi, ac Samuelem se audire autumanti, nuntiavit.

Saadias Goon et R. Hai docent fieri nunquam potuisse, ut pythionisse virtute, nisi à Deo ipso in vivis revocaretur, Samuel videndum sese præberet. Quis autem credat, addunt illi, Deum in gratiam Saulis prophetam revocasse ad vitam, Deum, inquam, qui consulerent per Urin et Thaumium (præscepto nempe consulendi Deum rita), nihil reponere unquam voluit?

Levi Ben Gerson omnia errantis phantasia ludibrio acta esse in morte regis contendit. Minus enim Samuelis, de removendo scilicet à se regno, in mente versans Saul, earum terrore altè menti impresso factum est ut versari sibi ante oculos Samuelem ipsum et dura minitantem crederet.

Abarhanel persuasum habet, dæmonem sub eminentis prophete spolis hæc omnia Sauli intulisse, quæ ipse eventura conjectando assequeretur. Omnes æquè sententias illas reprobat Manasse Ben Israel, Resurrect. mortuor. lib. 2, cap. 6; sed libri Zohar opinionem adoptans, autumat spiritus esse quosdam, quibus mira vis est super animas mortuorum, ut ad arbitrium illis utantur, cogantque quodcumque jussuerint corpus animare. Hæc tamen eã tantum conditione egere permittuntur, si primus à morte annus nondum exierit, quo scilicet temporis periodo nondum penitus refriguisse animarum in corpora amorem, ita docent Rabini, ut sæpius inviseri illa atque fovere, uno verbo, non penitus deseruisse corpus videantur. Eo igitur temporis spatio permittum

animabus iter sibi in corpus percurrere: quod ut reipsa fieret, coactus à pythionissâ diæmon præstitit. Certum igitur tenet Rabinus primùm à morte Samuelis annum nondum exisse: quod nostræ chronologie, penitium ab ejusdem prophete obita stantenti, repugnat.

Tertia tandem opinio tenet, dæmonem sub eminentis prophete spolis et Sauli et pythionisse imposuisse. Sunt tandem qui contendunt, nec Samuelis, nec dæmonis quidquam regi objectum, sed ejus loco spectrum aliquod sive figuram ejusdem prophete, angelorum ministerio, sive ab ipso per se Deo exhibitam.

Agitata jam latissimè hæc questio à viris doctissimis, vix quidquam novi est quod nobis dicendum superis, Singularum igitur opinionum rationes potissimas deduxisse contenti, quæ maxime nobis probatur opinio seligetur, nullâ aliorum sententiam, quam aliquin Ecclesie tolerandam duxerit, notantes censurâ.

Forum qui evocati magicorum carminum vi prophete sententiam asseruerunt, agmen ducit Origenes; quippe qui, licet opinionem non primus invenerit, auctoritate tamen sua valde promovit atque commendavit. Namque antea Origeni laudatur S. Justin Martyr in Dial., qui scriptis tradiderat, dæmonem potestatem suam in animas iustorum et prophetarum exeruisse, quos interdum evocationibus magicis parore jubebat. Vir tamen ille sanctus non asseruisse de industria opinionem, sed tantum per transennam proposuisse videtur, cum Origenes et prudens sciensque illam sæpius inculcans pervicaciter defenderit. Quod sanè nobis insinuat ab Eustathii Antiocheni de Engestrinmytho dissertatione, vitio Origeni opinionem illam veniente, quæ modo ex scriptis ipsius errasse suspicari apparet. Ita hanc sententiam ex Origene præfert Eustathius: « Origenes dixit, dæmonem non animam tantum prophetarum reduxisse, sed eduxisse pariter (ex interis) alias sanctorum prophetarum animas. » Quamquam in loco ubi Origenes eam tractat questionem, hæc tantum hodie nobis leguntur, in 1 Reg. 28: « Si ergo talis tantusque vir erat sub terrâ, et à pythionissâ evocatus est, lateamur oportet dæmonem potestatem in prophete animam obtulisse. » Deinde orationem suam promovens, addit, quandoquidem Scriptura seu Spiritus sanctus, Scripturæ auctor, evocatum à pythionissâ Samuelem asserit, nullum superesse de rei veritate ambigendi locum. Mirum autem nemini



quod sanè repugnat illi 4 Par. 10, 15, juxta Septuaginta: *Mortuus est Saul in castris inter quatuordecim annos, quibus iniquitatis egit Deo, super verbum Domini, quoniam non observavit, quia interrogavit Saul in ventriquo ad querendum, et respondit ei Samuel propheta.* Leo patriarcha praefatus Caricæ apud Allatum, alique nonnulli eandem sententiam teneant.

At sanè incongruum videtur ea omnia quæ Samuel in Scripturâ tribuuntur, demonis tantum operationi referri, ne præmissis quædam de fraude subtili artificio lectoribus, cum maxime ratum habere videatur ac firmum, eum qui cum Saul sermones miscuit, ac futurorum oracula aperit, vel ipsum fuisse Samuelem, vel saltem spectrum ipsius, ejus spiritu et nomine, non sine Dei jubentis voluntate agens. Ad mendacia et absurda in eo oraculo aliquibus animadversa quod spectat, faciliè demonstraretur, quemadmodum et in Commentario notavimus, nihil contra veritatem, verumque Samuelis characterem, sicut nec contra rerum gestarum eventus, pronuntiatum fuisse.

Duplicis tantum mendacii reus sermo illi arguitur: 1<sup>o</sup> quod committendum præmittaverit prælium mane alterius diei; 2<sup>o</sup> quod Saul, ejusque filii apponendi essent cum Samuele. Primum duplici ratione excusamus: vox illa, *cras*, non semper certum aliquem temporis articulum designat; sed non raro pro futuro incertoque usurpatur; ita Exod. 15, 14, illud: *Cum interrogaverit te filius tuus cras.* Est autem pro certo tempore usurparetur, nihil contra veritatem historiae inde contigisset. Saul exactè cum pythoniâ noctis parte, fortasse castris, non longè ab Endor positus, se restituit; eademque die Philistæi prælium commiserunt. Fuso suorum exercitu, rex ad ultimam desperationem adductus, gladio se confodit. Quil ille non commodissimum? Alterum mendacium in verbis Samuelis versatur: *Cras tu et filii tui mecum eritis*, quæ sanè verba vel reddi possunt: *Cras inter mortuos, sicut et ego sum, referemini*; vel: *Vos mecum eritis in signum Abraham.* Cum autem postrema hæc interpretatio impium aliquid præ se ferat, ut scilicet vir impius et in scelere obfirmatus æquo sit jure cum justis et prophetis; idè præferenda prior sententia, ut verba prophetæ non ad æquilitatem felicitatis, sed ad parem conditionem mortis referantur; ait S. August. ad Simplic. 1, 2, q. 44.

Addè, opinionem illam, quæ diabolicæ præ-

stigio factum deputat, nihil habere soluti in S. Scripturâ. Nec vocula quidem eâ de re in textu animadvertitur; si quid incongruum apparet in historiâ, id faciliè statim è medio subducitur. Nihil nos ad eas angustias cogit, ut evocatum vi magicorum carminum prophetam, atque auctoritatem suam demonem in animas sanctorum exeruisse fateamur. Deus occulto providentiæ et sapientiæ suo consilio poterat eo temporis articulo statuisse coram rege prophetam, nullo habito vel ad demonem, vel ad pythoniâ respectu, quemadmodum et à Balaamo pseudo-prophetâ, vel ipso rege Balac invito, vera futurorum oracula expressit, Num. 25, 7; et Caiphas verba in Christum prolata ad oraculum detorsit, Joan. 11, 51. Ita planè eâ occasione servatum: Deus magicas artes præveniens prophetam suscitavit, antequam pythoniâ excantationes suas omnes expleret, ut ex Scripturâ constat, eâ planè ratione ac Elias propheta, 4 Reg. 1, 5, 4, viros à rege Ochozâ missos ad consulendum Beelzebub dem Accaron præcepens quæ à nomine audirent veniebant exposuit: *Namquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub dem Accaron? Quam ob rem hæc dicit Dominus: De lectulo super quem ascendisti, non descendes.*

Hæc planè omnia in Scripturâ apertissime insinuantur, cum scilicet pythoniâ laborasse legitur ad Samuelis aspectum, 1 Reg. 28, 12: *Cum vidisset mulier Samuelem, exclamavit voce magna, et dixit ad Saul: Quare impo-nisti mihi? Tu es enim Saul. Dixitque ei rex: Noli timere; quid videri? Et ait ad Saul: Deus vidi ascendentes de terrâ. Cur pavet mulier, nisi insueta visionis horrore? Porro demonis Impiorumque tantum animas magicis incantationibus evocatas spectare assueti, novum planè aliquid, nempe augustum et divinum aliquid spirans Samuelis os inuitta, ferre non potuit. Samuel inexpectatus sese obtulit ante peractas mulieris excantationes; undè facilis conjectura ducitur ulterius, non magica virtute factum esse ut Samuel coram rege sterneretur; inde terræ, inde clamores veniunt.*

Rejecerat quidem Saalem Deus, consultatque nihil sive per somnia, sive per prophetas respondit; sed quæ lucisque denegaverat, tunc saltem potuit concedere. Nonne in furore aliquâ interdum permittit, quæ olim indulgens negavit? Post tolerata diu crimina, tandem iram suam in eos exercit qui diutinâ benevolentiam abusione sceleris sui mensuram impleverunt.

run. Queritur cum Saule Samuel: *Quare inquietasti me? Quæ humanis moribus usitata dicendi formula est, rigidè non expendenda.*

Regine verò an pythoniâ spectandum se præberit Samuel, nihil ad rem, cum unicus venisset exprobrandi regis criminibus, atque imminenti à Deo ultioni prænotianda; quæ quidem sive suis, sive aliorum verbis præstaret, perinde fuisset. Imò ad prophetæ dignitatem conduxisset magis, si aliorum ministerio usus, nolle se ne verbo quidem impium regem dignari demonstraret. Quod verò addunt, alienum fuisse ab indole Samuelis, ut misero adeo acerbis insultaret, nec tandem committendum fuisse à prophetâ, ut à rege divinis honoribus coleretur, ad illa reponimus 1<sup>o</sup> profundâ quidem salutatione venientem prophetam salutasse regem, quâ in re non cultum aliquem impendisse; quare adorato illa civilis erat, non religiosa; 2<sup>o</sup> concessio ad ponendum tempore cum Saul abusus fuisset, reliquum erat, ut miseratione depositâ prophetæ severitate et zelo armaretur in virum perveracem, qui veteribus criminibus immane illud addiderat, nempe magos et artoles consulendi.

His reatatis rationibus, cæteræ minoris sanè roboris sive viæ se ultro tradunt, sive ex argumentis infra addendis conficiuntur.

Si autem neque spiritus aliquis nequam, neque spectrum aliquod à demone suppositum in scenam prodit, fateamur oportet ipsam perse Samuelem descendisse: ejus verba pura fuisse oracula, atque textum Scripturæ prono et maxime litterali sensu accipiendum esse. Quod postremo dictum fusiùs jam demonstrandum suscepimus.

Res est omnium confessione exploratissima, in expositione sacrarum Scripturarum simpliciter ac maxime prono litterali sensu temper esse interpretandum, nisi si quid fidei vel pietati absolum ex eo referatur. Nihil est autem fidei et pietati repugnans in hæc historiâ nisi quod demoniatque magicis carminibus vis tribuatur in animas justorum et sanctos. Hoc uno salvo, quidquid ad fidem et pietatem spectat, in totum est. Porro tria esse quæ difficultatem illam tollant, supra insinuavimus. 1<sup>o</sup> Si Deum magicas evocationes prævenisse, prophetam statuendo coram rege ante completum impium à pythoniâ ritum, dixerimus. 2<sup>o</sup> Si eo temporis articulo suscitandum Deum prophetam censerit, suo usus arbitrio, non magicis evocationibus servire coactus. 3<sup>o</sup> Si Deus, vel

angelus ejus jussu, phantasma aliquod pro Samuele exhibuerit. Postrema hæc interpretationem S. Augustini debemus: quæcumque autem ex hisce tribus eligatur, æquè omnia salva, neque à literâ textûs divertere quidquam cogit. Namque et mulier intenti operi nefario, et Samuel, vel ejus umbra cum rege colloquia miscere, omnique illa Dei jussu peragi agnoscentur.

Atqui umbra Samuelis nunquam verus Samuel dici poterit. Vel semel admittâ phantasticâ ejusdem prophetæ visione, actum est de veritate textûs sacri, in quo non semel visus Samuel, ac cum rege colloquia miscuisse legitur. Hæc obsecrationibus reponimus, moribus usurpatum esse, ut viso nummo, sive imagine pietâ, vel phantasmate Caesaris, aut Virgilit, ipse conspectus Caesar Virgiliusque dicitur; quemadmodum viso per quietem homine, conspectus homo dicitur. Ita planè visus phantasmate Samuel à rege, tanquam verus Samuel haberi poterat, ac de prophetâ usurpari, quæ ejus umbra deputabatur.

Est igitur curâ litterâ Scripturæ, apposita quam supra adduximus cautione, non recedatur. Spiritus est enim divinus, qui opus dicitur, ejusque veritatem auctoritate sua confirmat; nunquam autem ille contra veritatem litteralem eantos nos facit. Si ergo reliqua historia ad litteram accipienda est, cur hæc tantummodo portio alio fuerit detorqueunda? Legat quicumque historiam illam, et primo intuitu nunquam legenti succurret, nisi vera prophetæ visio. Non nisi seriâ ejus historie meditatio, metinsque ne quid concedatur necromantie, atque demonis in animas justorum auctoritati auctores quosdam, ad alias meditationes deduxit. Faciliè etiam pruritus contradicendi Origeni, ejusque sententiam, absolum alioqui et erronem, confutandi, in contrarium planè studium pettraxit. Sanè, si fas esset Scripturæ sensum torquere, atque adeo violentum in modum distrahere, si fortè obscuro in illâ aliquid deprehendatur, actum esset de historiâ sanctissimis totius Scripturæ. Ille Samuel in demonem transformatur, propheta in angelum tenebatur, ejus oracula in mendacia, sermoni ipsius absurda quædam et incongrua applicuntur. O miram sanè metamorphosim! Porro ad eas angustias in explicatione Scripturæ non nisi summâ necessitate cogente adducendum oportet: agitur enim de Scripturâ divinitus inspiratâ, cujus veritas cætera hu-

manas veritates longè antecellit. Tandem prophete vices diabolo demandare nunquam citra legeriam prophete permissum est. Ludibrio quin etiam licentiosorum exponitur veritas et auctoritas divinarum Scripturarum, si ad sensum detorqueantur planè literè repugnantes.

Fatemur quidem pluribus inter veteres Patres eam opinione arrisisse, quos tamen ab impijs ejusdem sententia: consecutionibus longè abfuisse ne dubitamus quidem. Videntur illi planè non satis advertisse ad textum Eccli. 46. 25, qui de tota questione sententiam ferre in favorem verè et minime fœciosa: visionis prophete videtur. Potuit scribentibus facile excidisse sententia illa, vel saltem non ea erat ejusdem operis tum temporis auctoritas, qualem nostrà demùm ætate obtinuit. Illud constat, nunquam apud illos in eam rem laudari, juxta ac Allatius observavit in Eustat. de Egnastr. cap. 24. En igitur locus Ecclesiasticus: *Post hoc dormit, et motum fecit regi, et ostendit illi finem vitæ suæ, et exaltavit vocem suam de terrâ in prophetiâ, detere impietatem gentis.*

Nemo sanè dicat, scriptorem de objecto sub specie Samuelis diabolo egisse, neque exprimere illum res ad speciem tantum, non ad veritatem. Committit utinam potuisset, ut recurrens tates in Scripturâ ejusdem historie mentione, nusquam tamen ne verbum quidem occurreret, prestigium demonis insinuans? Estne planè certum demoni ipsi tantam visesse pietatem, ut ipse per se visibilem speciem viri sancti posset exhibere? In 1 Par. 10, 13, ubi eadem historia compendio refertur, nihil æquè ac in Ecclesiastico occurrit, quod non verum Samuelem loquentem et sese exhibentem prodât. *Mertuus est ergo Saul propter iniquitates suas, et quod prævaricatus est mandatum Domini, quod præceperat, et non custodierit illud, sed insuper etiam pythoniâ conculcavit, nec speraverit in Domino.* Septuaginta habent, ut ex Theodoro supra observavimus: *Quia interrogavit in ventriloco ad querendum, et respondit ei Samuel propheta.*

Sola literè inspectio tam altam impressit de veritate prophete visionis ideam in mente veterum ferè omnium, ut aliquos in eas extremitates quondam pertraxerit, quas cavisse nos omninò malamus. Fassi enim Samuelem reipsâ coram rege stetisse, demonis, et magi-  
gicorum carminum vim plus nimio extulerunt.

Laudantur in eam sententiam S. Justinus Martyr, Origenes et Anastasius Antiochenus. Verùm S. Augustinus, post libratas Judæi lance varias de hoc argumento sententias, in eam tandem inclinat, quas prophete visionis veritati favet (1), et S. Ambrosius in Lau, cap. 1: *Samuel, ait, post mortem, secundu-  
rum Scripturæ testimonium, futura non ta-  
ceat.*

*Mirificus Samel cui reges ungerè primùm,  
Talibus in vite spatio laudabilis exit,  
Ut quoque post requiem prophetica jura teneret.*

Zeno, episcopus Veronensis, serm. de Rosâr, ait Samuelem post obitum non tantum coram Saule stetisse, sed colloquia miscuisse cum filio, liberis post obitum carpens, quam vivus fuerat. S. Thomas, 2-2, q. 174, art. 3, ad 4, et 1 p., q. 89, art. 8, ad 2, ab Augustino magistro nunquam recedens, et ab Ecclesiastici textu persuasus, scribit Samuelis animam de belli eventu sibi à Deo revelato, certiore regem fecisse: addit oraculum illud xre propheticum habendum esse, cum Samuel ad statum beatitudinis æternæ nonitum pervenisset. His omnibus Jungimus Severinû Salpitiû, Hist. sac. lib. 4; Rabanum Maurum in Eccli. 1. 10, cap. 42; Theodoretum, q. 63 in 1 Reg., et Beda in 1 Reg. lib. 4; Isidorum Hispalensem, Eucherium, Anselmum monachum, aliosque, qui S. Augustinum exscripserunt. Paria tradunt docti Josepho Hebræo l. 6 Antiq. e. 15, omnes ferè Rabini, et Commentatores catholici plerique, Lyranus, Dionysius Carthusianus, Cajetanus, Sanctius, Steuchus, Bellarminus, Sallianus, Serarius, Estius, Coccius, Castro, Galatinus, Soto, Franciscus Valesius, et alii sexcenti. (Vide si lubet apud Allat. cap. 22 in Eustat. de Egnastr.)

Sola auctoritas sacri lectio de sententia hujus veritate persuasus nos facit. Vix pythoniâ evocandum sibi assumpserat postulatum à rege Samuelem, cum subito et inspirato obivum habens virum gravem, exclamavit, et dixit ad Saul: *Quare imposuisti nihil? In es enim Saul.* Quantum porrò ingenium et verba textûs torquenda sunt, ut sensus exprimat planè verbis contrarius, objectum nempe sub aspectu prophete demonem feminam terruisse? Requisita à rege, quid sibi

(1) Augustinus de Curâ pro mortuis cap. 15: *Nam Samuel propheta defunctus vivo Saul etiam regi futura prædixit.*

monstri occurrisset, respondit: *Deus vidi ascendentes de terrâ, nempe judicem, principem, magistratum: Vir senex amictu pallio, Aclotim rex his iudiciis Samuelem agnos-  
cens, pronus in terram angustias quibus tenelatur exposuit. Cui propheta: Quid interro-  
gaveris, cum Dominus recesserit à te, et transie-  
rit ad amicum tuum? Faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu meâ, et dabit illud proximo tuo David... Et dabit Dominus etiam Israel tecum in manu Philistinum. Cras autem tu et filii tui mecum eritis.* Hæc omnia Scriptura, quæ loquentem Samuelem, non sagam inducit. Si quis reponat, feminam credulo regi imponendo prophetiam vocem ementitam fuisse, quid, rogo, infausta omnia prædicit, quorum alioqui incertus erat eventus? Nonne pronum est ut crederemus subdolum mulierem cum occasione captivam, ut regi assentiretur, eumque despondentem animis factâ prosperi eventus spe releveret? An illa principum indolem ignorabat, qui graves et invi-  
sas veritates minus æquè auribus excipiunt? An forte cum rege impio et furibundo agere se non intelligebat? Caterum vix est ut credamus adeo potuisse feminam vocem suam transformare, ut neque Saul, neque astantium quisquam dolum subodoraretur.

Dicit pro arbitrio quispiam, potuisse demonem prestigis suis et presentibus omnibus, et auri imponere. Nihil ipse moror hanc demonis potestatem: sed quis, rogo, facili crediderit, spiritum hunc nequam tam sæpè atque impudè Domini nomen usurpare potuisse (1); nomen, inquam, illud sanctum et terribile, cujus unica pronuntiatio reverentiam incutit et terrorem? Quis dicat satis

(1) Nomen Jehovæ sexies legitur usurpatum in eo colloquio à Samuele, 1 Reg. 28, 15, 16, 17, 18.

stoduisse perpetuum illum Dei adversarium ac crimina Sauli exprobravisse quæ ipso auctore commiserat, in animam sibi induxerit? Tandem vix committit potuisse credimus, ut pater ille mendacii tam certa atque asserta futuri eventus oracula proderet. Esto, noverit ille et Saulis reprobationem, et Davidis electionem, quarum longè latèque sese fama diffuderat, sed infaustum eventum prælii misè alterius diei committendi, quoniam revelante nôrat? Quid etiam in eâ rerum constitutione magis incertum, quam prælii eventus, atque Saulis totiusque regie familie interitus? Poterat sanè rex castris exui, non vitâ; poterat ipse eodem cum prælio casu obvolvi, familia interim eâ die incolumi. Absolutum etiam videbatur, Saulem de imminenti sibi suisque capis fato præmonitum, nullâ ratione sæpè cæterorumque saluti consulendum curasse. Solus igitur rerum arbiter et moderator poterat certa ratione futuros rerum eventus dignoscere, rata futurorum oracula promens.

Demonem futuros rerum eventus latere, eosque nonnisi per conjecturas augurari tam certum est quam quid aliud. Nunc autem qui Samuelis personam induit, non per conjecturas tantum loquitur, sed ex certâ scientiâ, ut tempus ipsum atque circumstantias implendi oraculi designet. Non est igitur ullus ambigendi locus, vero esse Samueli deputandam colloqui cum Saule historiam. An verò *sive in corpore, sive extra corpus* regi sese obtulerit, necesse nos ingenè fatemur. Quocumque autem habitu adstiterit, nunquam tamen demonis vel pythoniæ prestigis rem esse deputandam, quin potius omnia Deo summo rivorum et mortuorum Domino referenda, certissime constat.

(GALLET.)

QUID NAAMAN CONCEDI SIBI POSTULARIT AB ELISEO,  
UT CORAM REMMON SESE PROSTERNERE LICERET,

## Dissertatio.

Naaman copiarum regis Syriæ imperator, || toto ad nutum Elisei aquis Jordanis corpore, receptâ prodigio ex elephantiasis valetudine, || prophetam ipsum conveniens ditissima obtulit



manera, simulque rogavit concedi sibi, ut duos onustos multos humo ejus regionis reduceret, 4 Reg. 5, 17: *Non enim, ait, faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimam diis alienis, nisi Domino. Hoc autem solum est, de quo depreceris Dominum pro servo tuo: quando ingreditur domus mea templum Remmon, et illo insidente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re. Qui dixit ei: Vade in pace.*

In ipso hujus narrationis limine parvo animo doctores offenduntur. Qui fidei ardor et studium in proselyto! Simul se veri Numinis cultui addictum profiteatur, simulque rogat, ut externo deo cultum impendere permittatur. Quam indigna autem prophetâ assentatio, qui rogatus de permissione idololatriæ à Naamano, veniam facillis et pacem concesserit! Si mali exempli crimen homicidio detestabilius habetur, quid de facto Naamani censendum est, unde malum exemplum inducatur? quid de indulgentiâ Elisei, qui auctoritatē eâ probavit? Si Filius Dei prodatetur rejecturam se hominem, qui hominis Dei confessionem probo duxerit coram hominibus, Math. 10, 33, Luc. 9, 26, quid de proselyto et prophetâ fiet? At enim Naaman solâ externâ cultus significatione intus animi sensus occulit. Sed hæc indigna viro fidelis simulatio, quæ sanè nunquam detestabiliter reputanda est, quam in causâ religionis, si idololatria crimina superat omnia, si hypocresis vitium est Dei oculis execrandam, quidnam de Naamano et Eliseo censens? Et enim vel criminiosam hæc sibi idoli venerationem Naaman arbitratus est, vel opus licitum, seu indifferens judicavit. Si licitum et indifferens, cur ab Eliseo petit ut à Deo sibi impetraret ejus reventam? Si iniquum et idololatriæ duxit, cur rogat, non renuente Eliseo, permitti sibi ejus rei facultatem? Apostolus jubet fideles non modò abstinere ab omni malo, sed etiam ab omni specie malâ, 3 Thess. 23, quod sanè præceptum æquè Judæos spectat atque Christianos, Naaman et Eliseus hoc præceptum neglegunt: alter adorat, vel saltem adorationis specimen præbet; alter prohibet, vel saltem dissimulat, nec prohibet. Num licet duobus dominis servire, Dei cultu cum Bellial admixto? Debit planè Naaman omnia tolerare; præfecturâ spoliari potius quam externâ significatione coram idolo stratum apparere, etiamsi eâ cultus simulatione nihil religioni suæ meture posset; vel eâ solâ ra-

tionem, ut uni imbecillium scandalo constuleret. Quam sanè gloriosum viro, si principi cultum impium jubenti coram illi obstitisset, ut vitam ipsam pro tam bonâ causâ non recusasset impendere! Id, inquam, magis gloriosum viro fuisset, quam indigna ac illiberalis regi assentatio. Hæc nonnulli de Naamani et Elisei consilio comminiscuntur.

Plerique tamen, non inter veteres tantum, sed et recentiores, omnem impendunt operam, ut ab idololatriæ et simulationis suspitione utrumque virum purgent. Varii tamen varias ineunt rationes, quamquam omnium idem est scopus, ut vel utrumque, vel Eliseum saltem absolvant. Qui prophetam defendunt, Naamanum tanquam in verâ religione neophytum negligendum ducunt, rati id crimen indulgendum viro qui recens ab idololatriâ desecens, relatum ex illâ disciplinam de dissimulanda religione, ut olim apud primos homines, non penitus exuerat. Negant illi acquiescere prophetam precibus Naamani, nec quidquam ab illo concessum auti veri religionis dispendio: sed, inquit, roganti viro solum respondit: *Vade in pace*; ac si diceret: *Vade*, neque jam ulterius cogites de Remmon, ejusque cultu, sed curas omnes verte in Deum, quem rogo nunquam committat, ut in idololatriæ scelus prolaberis.

Fateamur quidem oportet, Elisei responsum nihil satis expressum præ se ferre de permissione Numinis adorandi; sed nihilominus alium verbis sensum tribuere vix possumus, nisi apertissimâ vi textus illatâ. Alioquin Eliseus expers omninò non erit criminis, si proselytum non modò non confirmaverit, sed in errore reliquerit. Præpostera sanè dissimulatione usus fuisset, indignâ propterea viro alienæ salutis studioso et prophetâ. Nonne neophytum dissimulationem imitatus, ejusdemque cum illo criminis participes fuisset, si obscuris ambagibus dicta involvens, tenebras incanto homini offudisset? neque enim Naaman prophete verba aliter accepisse creditur, quam quomodò hucusque ferè omnes ex historia lectione accipiunt.

Convenit Rabbinis omnem externi cultus significationem idolis impensam Judæis interdici; cum verò Naaman Judæus non esset genere, sed tantum proselytus domicilii, idcirco, inquit, illi neque palam, neque privatim interdici poterat, quin externam idoli cultus significationem impenderet, utpote qui extra Israëliticam ditionem et Israëlitarum coetum

versaretur. Quare, ex horum doctorum sententiâ, potuit Eliseus externum cultum idoli proselyto suo permittere. Rationibus è Scripturâ petitis hoc Rabbinorum dogma firmari certè non potest, cum idololatria æquè ac hypocresis apertè ubique damnentur, et contrarium habeant jus naturale, ipsumque adeo rationis lumen. Debitum Creatori cultum in creaturam transferre, quæcumque tandem ratione id fiat, nunquam tamen crimine et injustitiâ vacuum est et immune; quin et multo res est detestabilior, cum agnità Numinis veritate et palam assertâ, interdici sibi publicâ professione sacrilicis, quæ idolis impenduntur, admissi verâ religione, invitâ licet ac reluctante conscientiâ externi idoli cultus adoptant. Rabbinorum sententia tenet, Naamanum tanquam proselytum domicilii jure potuisse idola extra Judæam colere.

Vir critices peritissimus æquè ac illustris, nempe Bochart, Dissert. in hunc loc., censet his verbis non veniam deprecari Naamanum pro cultu Numinis in posterum impendendo, sed pro eo qui antea exhibitus fuit. Hunc sensum non male ferre videntur verba textus Hebræici, ita planè ad litteram reddenda: *Ut ignoscat mihi Dominus pro hac re, quando ingrediebatur dominus meus templum Remmon, ut adoraret, et illo insidente super manum meam, et si adoravi in templo Remmon. Consonum etiam magis videtur, si venia rogetur à Domino de crimine commisso, quam de committendo; penitendo enim res præteritas spectat; ac si veniam pro crimine quod jam committere decessimus, deprecemur, nonne ipsi nobis viam veniæ præcludimus? Hæc verò Naamani preces multò etiam magis præpostera: apparent, quod post missum idololatriæ iuramentum, atque unice religionis professione juratâ, adhuc tamen veniam postulât pro idololatriâ iterum recipienda.*

Vulgaris tamen ratio utrumque virum à crimine absolvendi, hæc intulit. Inter omnes convenit, deberi viris principibus, ac in dignitate constitutis reverentiam et obsequium à subditis; deberi autem non in locis modò profanis, verùm etiam in sacris, quantum tamen officium et religio patitur. Quare Naaman potuit euntem regem ad templum comitari; potuit innitentem brachio sustentare; potuit unâ cum illo procedere, stare, prosterni: quippe qui non in cultum idoli hæc faceret, sed in obsequium principis, nec ut religioni suæ, sed ut muneri faceret satis.

Ita occasione parùm dissimili Tertullianus permisit Christianis ad euntes ad templa paganos heros prosequerentur: *« Licet adesse in quibusdam, quæ non homini, non idolo officiosus habent. »* De Idolol. c. 36, 17. *« Si quis autem, addit ille, ad sacerdotium me, aut ad sacrificium invitarit, hinc ego morem nunquam geram, quòd hæc idolo præstantur officia; sed si aliâ ratione sacrificio obstrictus tenear, inter spectatores sacrificio adero. Quid enim de servis, libertis, atque domesticis christianis eveniret, cum heros sive patronos habent sacrificia præstantes? « Fas est igitur viro christiano eadem præstare principibus et magistratibus officia, quæ olim patriarchæ et prophete nonnulli, toto vitæ tempore, servis paganorum addicti, exhibuerunt. Ita Daniel in aediâ Babylonis, Joseph in Ægyptiâ, vitam traxerunt. »*

Profecto, si adoratio intimo animi obsequio, summum Dei dominum agnoscentis, exhibetur, quis post solemnem Naamani promissionem, se respicere omnem idolorum cultum, de fide illius dubitaverit? Prostreretur quidem coram idolo; significationem quamdam cultus præ se fereret, quæ tamen nullam haberet adjunctum erga numen devotissimum obsequium, in quo uno ratio adorationis habetur. Externus corporis habitus nihil est, quippe qui solum adjuncto voluntatis affectu vituperationem meretur aut præmium. Eliseus autem non is erat, qui permittere, sive tolerare, vel dissimulare saltem cultum impium, atque veri Dei cultui repugnantem possat. Quin et Theodoretus putavit, eadem exteriori corporis veneratione, quæ cultum impendere in idolum videbatur Naamanus, illum intimo animi sensu vero Deo prosternere se voluisse (1). Quæ tamen viri docti sententiâ in absurdas planè consecutiones pertrahi posset, quæsi scilicet fas esset thura idolis offerre, externi cultus significationem exhibere, modò interior mentis oculus in Deum intendatur. Apage hæc absurda à patre piissimo æquè ac doctissimo.

Quam hucusque exposuimus sententiam, cave, credas suis carere difficultatibus: 1° Si Naaman post solemnem cultus veri Numinis professionem, unâ cum rege idololatrâ coram Remmon prostratus apparebat, pessimo sanè

(1) Theod. q. 19 in 4 Reg. Vetus quedam versio Græca in Theodoretum sententiam ire videbatur: *Και προσκύνων ἕνα τῶ Κυρίου τῶ Θεοῦ.*

exemplo totius rei non ignaros affecti. 2<sup>o</sup> Cur illud crimine absolvatur, quod ipse Naaman damnandum censens, veniam de eo deprecatur? 3<sup>o</sup> Si sacrificio tanquam ministris adesse nemo potest sine crimine; si, ut ait Tertullianus ubi supra: « Ad sacerdotium et sacrificium vocatus non ibo; proprium enim idoli officium est. Sed neque consilio, neque sumpta aliave operâ in ejusmodi fungar; » quid sane magis idololatris sapit, quam inclinatio et adoratio coram idolo? Nec tamen Naaman id cavet: inclinatum se regem et sustinet brachio, et simul ipse inclinatur, ac tandem extortore corporis palpatur nihil ille, quod a rege factum sit, omittit. « Si merum quis sacrificium tradiderit, ait Tertull. lib. 1. si verbo aliquo sacrificio necessario adjuverit, minister habetur idololatris. » Et post hæc Naaman absolvendus?

Frustra verò quis respondeat, Naamanum satis mentem suam de cultu dei exposuisse, cui proinde ex extortore cultus idoli significatio nulla posset invidia creari. Cùm enim viri profecto omnibus esset explorata, si potes coram Numine prostrates, obsequium regi suo præstaturus, cerneretur, statim omnes intelligebant non esse cultum religiosum, sed officium regi exhibitum. Imò idcirco potissimum debuit Naamanus cautior incidere, ne populum de ejus religione persuasum offenderet, neve aliam inderet intentionem sententiam, quam quæ antea de illo concepta fuerat. An Judæis religiosus sua vitiositas præstitisset unquam quod Naaman præstitit? An verò quæ Judæis crearent invidiam, eadem Naamanum absolvent? Profectò, si Daniel in aula Nabuchodonosoris, si pius senex Eleazarus coram præfectis regis Antiochi, si S. Paulus ante paganorum trifunafâ Naamani exemplum intulit, inausissent, res illorum fuissent salvæ; ac Danieli, e. 5, v. 11, ad concipium instrumentorum musicorum se statim coram idolo prostravisset, non quidem ut cultum Numini impenderet, sed ut regi civili obsequio morigerum se præberet; Eleazar 2 Mach. 6, 12, puram carnem gustasset, falsò paganis persuadens, se ex idolothylis parturuisse; ac tandem S. Paulus, nulla habita ratione idoli, quippe quod nihil esset, neque mali aliorum exempli, carnes indiscriminatim admittisset in cibum, quamvis scilicet prudensque immolatas fuisse idolis nosset (1). Usus enim ille et occasio

(1) 4 Cor. 8, 13: *Si exca scandalis fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.*

fuisset libertate omnibus permittendâ, quippe qui aversam haberet ab idololatriâ mentem; ejusque rei nulla creati potuisset in Apostolum, cujus sententiam omnes exploratam habebant, invidia.

Tandem si nos immum criminis Naamanum et Eliseum asseramus, cùm alter coram Numine prosterneretur, alter eam cultus significationem permittit; cur eos damnaverimus, qui proxime peccandi occasione se obijciunt; qui dicto vel facto aliquo in scandali discrimen imbecillos inducunt; qui loca frequentant, vel socios fame deplorata; qui tandem, cùm de religione agitur, fidem suam simulatione aliqua occulant? Habent illi optimam animi habitudinem, nihil se mali vel cogitare, vel optare sanctè prolecebant, nihil tamen apud prudentes postque Christianos proficiunt. Si manus geris, quid sine crimine non præstatur, vel saltem sine exteriori criminis significatione, ut malum præbeat imbecillibus exemplum, statim recede, neve committas unquam, ut laqueum et offendiculum fratribus pares. Hæc Christianis æquè ac Judæis imperatur.

Ut absurdas hæc consecutiones evitemus, nihil sane probatur ratio illa legendi textum originalem, quæ de crimine jam commisso veniam deprecatus Naaman exprimitur: vel saltem rogasse, ut pravam hæc, cui assuere, adorandi nempe in templo Remmon unâ cum rege, habitudinem exuere tandem sibi præcibus Elisei daretur. Textus enim originalis non legit regem prosternere se, ac proinde Naamanum, cui innotebatur, secum ad prostrationem cogere, sed tantummodò habet: *Quando ingreditur dominus meus templum Remmon, ut adoraret, et illo imminente super manum meam, ego adoravi in templo Remmon. Cùm igitur ego adoravi in eodem loco, ut ignoscere mihi Dominus servus tuo pro hæc re. Ratio legendi, quam Septuaginta et auctor Vulgate præferant, prior est, et etiam fatente (1): Si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco.*

Quæ posterior lectio si retineatur, maluerim ego Naamanum criminis, atque Eliseum indebitè indulgentiè dampnare. Hæc opinio non ita singularis est, ut doctos peritoseque scriptores nonnullos non habeat assertores (2). Vel potius

(1) S. Hieronymus. legit: *וַיִּשְׁתַּחֲוֶה*, pro *וַיִּשְׁתַּחֲוֶה*. Septuag. : *Et ego adoravi adorans in eodem loco.*

(2) Vide Petr. Martyr. hic. et Hugon. et Greg. de Valent. apud Corn. à Lap. hic.

Naaman veniam commissi criminis deprecatur, cui scilicet unâ cum rege suo supplicet coram Remmon sese prostraverat. Hæc posterior interpretatio planior mihi et genuina creditur, magisque Hebræo et Chaldæo consona. Syriacus et Arabicus interrogationem interponunt: *Ignoscet mihi Dominus servo tuo, si quando ingreditur dominus meus templum Remmon, ut adoraret illo imminente supra manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco? Cùm, inquam, ego adoravero in eodem loco, ignoscet mihi Dominus servo tuo pro hæc re? Qui dicit ei: Vade in pace. Servatur hic eadem lectio ac in Hebræo et Chaldæo in eâ voce: Si adoravero; dein verò ad alium sensum divertitur, duriorum planè ac in Vulgata et Septuaginta. Interrogat enim juxta eam lectionem Naaman, num impetraturus sit à Domino veniam, si unâ cum rege coram idolo se prostraverit.*

Nostræ hujus dissertationis articulum reprehendere visum est nonnullis. (Vid. *Mémoires de Trévoux*, mars 1715.) Indignum enim putarant, adoptari à nobis singularem Bocharti sententiam, de peccati à Naamano commissi jam criminis veniâ, cùm potius rogasse illum dicant prophetam, ut sibi adesse daretur facultas unâ cum rege Syriæ in templo Remmon, et coram idolo unâ cum principe ejus brachio innitente prosterni. Hanc autem nostram sententiam contendunt, nullo argumento evincere posse. Numquid enim, addunt, Naaman nullum aliud idololatriæ specimen exhibuerat quam cùm in templo Remmon unâ tantum cum rege adoravit? Etsi plura commiserat idololatriæ crimina, cur de uno tantummodò hoc veniam postulata? Nullum ejus rei argumentum satis convincens adducitur. Adde, textus omnes et versiones præsentem vel totam, nunquam præteritam ferre. Tendenda est igitur omnium catholicorum interpretum sententiâ: Hæc adversa nostram sententiam obijciunt: quibus aliquid reponendum est.

Hanc sententiam, quam Bocharti singularem dicunt, scriptores longè plures eruditione lingue sanctæ et phrasæ Scripturæ scientiâ insignes defendunt. Vide Joannem Andream Quenstedt in Dissertatione singulari de hoc argumento. Lauda ille in eadem sententiam Saubertum, Vaterium, Glassium, Dorschium, Danzaverum, Calovium, Dilherum, aliosque nonnullos; quibus addi possunt Vantilus et Gene in suo *Scipimæ veridicis*; ne quid dicamus de Bocharto, cujus nos senten-

tiam secuti sumus in nostrâ Dissertatione. Porro scriptores hi omnes, indignum rati, postulatam à Naamano (qualis primo verborum intuitu præfertur) facultatem approbare; nec minus perniciosas consecutiones timeentes, quæ statim deducuntur, si postulata omnia ab Eliseo permissa dicantur, prosternendi se scilicet coram idolo, adopiandam nostram hanc interpretationem censuerunt. Affirmare etiam nos jurati possumus, viros plures mentis acuminè præstantissimos offendisse, quibus cùm vulgaris interpretatio Catholicorum minus probaretur, de sententiâ hujus loci naïrè angebantur.

Inconsultò profectò addunt criminatores nostri, rejectam in dissertatione sententiam catholicis omnibus interpretibus probari. Gregorius de Valentia Jesuita non obscuri nominis Tract. de Fide et fidei Professione disp. q. 5, p. 2, ad 5, apud Cornelium à Lapide, in 4 Reg. 5, 18, hanc Naamani petitionem, si fortè ad eundem idoli facultatem postulavit, criminis, quod etiam à nobis factum est, condemnat. Condemnat etiam Hugo de S. Caro in 4 Reg. 5, 18, qui etiam Elisei indulgentiam criminis arguit. Hæc autem indulgentiâ usum prophetam putat in eodemmodò Judæis religionis, ita tamen ut viri fidem obligaverit, ut omnem tandem superstitiosum principis famulatum abijceret, cùm opportunum tempus offenderet; neque interim aliâ ratione dissimulandum cum illo censuisse credit prophetam, quim quod è re Judæorum futurum videretur, si in aula regis Damasci vir aliquis verè Judæicæ religionis res promoveret. Equos judices appello, an hæc satis habenda sint, ad pernitendam Naamano in aula regis idololatriæ moram, tunc et ad asserendam illi facultatem, externam cultus significationem idolo impediendam. Post damnatos Ecclesiæ sententiâ Sionens ritus, quis talis defendat?

Addunt, nullo satis idoneo argumento convinci posse, nullam aliam idololatriæ significationem antea exhibuisse Naamanum, quam quod coram idolo unâ cum rege prosterneretur; quæ nostræ sententiæ consensio est aperitissima. Possem ego totam hanc consecutionem negare. Numquid enim non potest quis gravioris alicujus criminis veniam petere, in quo cætera minorâ veluti conlabentur, nullâ minorum mentione? Fac, vir aliquis, spectatae alicujus vite, sed idololatriæ criminis reus, veniam postulat de impensio publico alicujus et singulari idolorum cultû, nonne et de minori-

bus quoque idololatriæ facinoribus idem præstitisse una simul censendus est? Quid in eâ re non consuetum, quid absonum rationi? An minimè ferenda asserimus?

At enim textus et versiones præsens et futurum, nunquam præteritum habent. Qui sanè hæc asserunt, nunquam Chaldeum, nunquam originalem textum consulerunt. Ita præteritum legit Hebraeus: *Quando ingreditur dominus meus templum Remmon, ut adoraret, et illo iurante super manum meam, ego adoravi in eodem loco, ut ignoscatur mihi Dominus seruo tuo pro hac re. Et illicus dicit ei: Vade in pace. Si hæc textus auctoritatem sequamur, criminis ante ejuratum idololatriam commissi veniam postulasse Naamanum, asserimus. Nec sanè aliter verba illa interpretari pronum est, cum una eademque in textu vox cultum Naamani et regis æquè designet. Scitum est autem, regem illum non externam tantum cultus significationem idolo impendisse; tantumdem ergo et Naaman de se fatetur.*

Si quis verò contendat, utrumque virum

cultum suum ex animi sententiâ impendisse, regem idolo, Naamanum verò, in fano licet et coram idolo prostratum, Deo Judeorum, ut unus ejusdemque externæ speciei actionis alter alterius esset finis, illi sanè cavendum est, ne religionem ipsam in discrimen adducat. Eius certè doctrinam Christianorum nemo probaverit, quibus illud est religione sanctum, ut omnem in fide et præcepto cultu simulationem, tanquam prævaricationem, abjiciant: *Qui me erubescit, et meus sermo, hanc Filius hominis erubescit, cum venerit in maiestate sua*, Luc. 9, 26. Superest igitur, ut dicant, Naamanum, ad templum unâ cum rege profectum, obsequium principi debitum, non cultum numini impendisse. Imbecillitatem meam fateor: hæc ego sententiam, cujus perniciosas timeo consecutiones, ferre non possum; nec in animum antiquam inducam, virum ejus probitatis, sententia, et in religionem suam studii, qualem Eliseum credidimus, id commississe, ut rem illam suffragio suo confirmaret. (GALMET.)

## DE RETROGRADATIONE SOLIS IN HOROLOGIO ACHAZ

### Dissertatio.

Celebre illud sub Ezechia prodigium, cui dissertatio hæc nostra debetur, non simplex prodigium tantummodo censendum est, cujus veritas contra impios et absurdos obtrectatores asserenda sit, sed pluribus miraculis constans prodigium; de quibus singulis pia fidelium studia explere, siquidem fieri possit, eorumque fidem et religionem instruere, et philosophantes quasdam mentes pascere opus est. Nos igitur in præsentiarum sensum textus in examen revocabimus, varias exponemus sententias, ac tandem totum prodigium evolvemus; inquirentes insuper, utrum per universum latè orbem spectabile se illud exhiberit, an solum in Palaestina; utrum sol retrogrado cursu iter converterit, an tantum horologii umbra recesserit; utrum ea contingerit retrogradatio sensim, an statim tota; ac denique ad horologiorum originem revertemur.

Cum rex Ezechias gravissimo laboraret morbo, Isaias jussu Domini ad aegrotum ve-

niens, incolumitatem infra triduum prænotiavit, eamque incolumitatem, ut statim posset ad templum ascendere. Certo aliquo signo dierum fidem adstrui sibi Ezechias poposcit, cui Isaias proposuit, malletis solis umbram decem lineis procedere, an tantumdem spatii recedere. Tum rex: *Ullo, inquit, negotio fieri potest, ut umbra decem lineis urgeatur. Alterum igitur præfero. Nec mora: statim enim verso in preces propheta, umbra decursas jam decem lineas in horologio Achaz, iterum verso cursu, repetit. Hæc historia legitur in 4 Regum 20, 11. In 2 Paralip. 32, 24, prodigium illud tantum indicatur, exactiori singularium rerum descriptione prætermissâ. Isaias c. 38, v. 7, 8, singula juxta fidem libri Regum prosequitur, quanquam non solum umbram recessisse memorat, quemadmodum in libro Regum, sed et solem: *Et reversus est sol decem lineas per gradus quos descenderat. In textu Latino Isaiæ exprimitur horologium Achaz, de quo**

etiam in libro Regum. Sed textus originalis habet tantummodo, *gradus Achaz* (1). S. Hieronymus in Isai. 38, 2, fatetur, Symmachi se fidem secutum, verissime horologium et lineas, quod textus habet gradus et scalas. Jonathan reddidit *lapidem horarium*, מִשְׁבֵּט הַיּוֹמָם.

Dissent interpretres in explicandâ structurâ horologii Achaz. S. Hieronymus ibidem hæc habet: «Sive ita extructi erant gradus arte mechanicâ, ut per singulos umbra descenderet horarum spatia terminaret. » Paria sensit etiam S. Cyrillus Alexandrinus in Isai. 1, 3, 4, 4: «Dicunt autem, Achazum Ezechiaæ patrem in domo suâ velut machinâ et arte quâdam gradus quosdam confici curavisse, qui velat horas numerarent, et cursum solis (decursum umbræ in illis factæ metirentur. » Sequuntur hos auctores plerique recentiores interpretes (2). Inter quos non desunt, qui censuerint potuisse Ezechiam è suo conclave ac lecto facillè horologium spectare, ut totius prodigii testis esset oculatus.

Alii verò credidit, verum fuisse horologium solare, instar primigeniorum horum quæ olim obtinerunt in Græciâ et in Italiâ, ita à veteribus descripta, quasi columna essent in medio arce erecta, quam scilicet aream variis lineis distinguebant. Percurrens igitur umbra columnæ varias illas lineas, horas diei notabat. Cum autem vetustissima dividendi horas ratio totam diem in duodecim horas dispesceret, pro diebus variis et anni temporibus varias etiam fuisse horas oportebat; quare horologii lineas quàmplures duci debebant, quippe quæ non horis modo responderent, sed inæqualibus etiam horis, pro singulis anni temporibus, servirent. Hinc certum linearum in horologio Achaz numerum definire non possumus, nec certum notare spatium retrogradationis. Sunt qui duodecim lineas notent, sunt qui quatuor et viginti; alii novem viginti et octo; alii etiam numerum augent.

Totum hujus horologii rationem ex R. Elia Chomer ita Grotius describit: *Concavus erat, atque hemisphæricus globus, alterum in medio complectens globum, cujus umbra in varias lineas in cavitate notatas inciderebat, quæ sanè lineæ, inquit, 38 erant numero. Hoc horologium Græci scaphen, nempe navim, vel hemisphæricum appellant, cujus inventi honorem Beroso Chaldeo tribuit Vitruvius 1, 9, c. 9.*

(1) מִשְׁבֵּט הַיּוֹמָם: Septuag. : Βαβυλα, gradus.  
(2) Vatablus, Pagninus, Munsterus, Malvenda, Sanctius, in hunc locum.

Nos infra ostendemus, multò facillimè credi, horologium Achaz ad Chaldeorum imitationem expressum fuisse. Similis fermè horologii inventionem, cujus postes formam describimus, Moysi tribuisse Appio videtur. Lineæ in sphaerica cavitate signatæ, propriè satis gradus appellari videntur. Sed quæcumque fuerit hujus horologii structura, convenit inter omnes, opus illud horis distinguendis servisse, atque indicio umbræ retrograde hujus machinæ dicitur suis fidem Isaiam adstruxisse.

Sed negotium facit hujus retrogradationis ratio. Duplex est potissimum inter catholicos interpretes sententiâ: alii solem ipsum cursum verissime alii; recessisse tantummodo umbram alii valent. Ambe in examen revocanda. Patres et interpretum plerique (1), litteram Scripturæ tantum secuti, nihil inde objectas difficultates sive alienius momenti, sive nullius morantur. Ita enim philosophantur: *Res æquæ ac prodigium constant: quorsum physica ratione explicare laboremus, quod supra naturam est? Idem ejusdem rei auctor, ipse etiam se illum fecisse prodidit, quem sanè sapientissimum novimus, ut incommoda omnia, quæ obijciuntur, præcavere potuerit: potissimum, ut ardua omnia superet.*

Pseudo-Dionysio Areopagite epist. 7 ad Polycarp. visum est, eam diem productionem cæteris fuisse; in quam etiam sententiam S. Gregorius Nazianzenus, orat. 49 in laudem patris, inclinavit: utriusque proinde se sedit opinio, ut sol retrogrado cursu iter converterit. S. Hieronymus in Isai. 38, ad orientale horizontis punctum remeasse solem censuit, «ut quomodo sol reverteretur ad exordium e sui, ita Ezechia vita ad detextos annos rediret. » Paria meditatus est S. Augustinus 1. Civ. 21, c. 8: «Retroversum maximum sidus cregnanie Ezechia. » Eadem fert auctor de Mirabilibus S. Scripturæ 1, 2, c. 28: «Solis in ortum ab occasu per decem horas cursum recedivo Deus tramite retorquet; additque insuper: «Sol in prociectu occasus sui positus, in diei initium reducit. » Hanc solis retrogradationem universum, quæ hæc patet, terrarum orbem sensisse, Theodoretus, q. 22 in 4 Reg., et in psalm. 29, v. 13, est auctor, cujus, inquit, rei circumstantias omnes et

(1) Vide, si placet, Sanct., Tir., Jun., Pisc., Perer., Nat. Alex., dissert. 8, t. 1, 2, in Vet. Test., etc.; Procop., Lyran., Hug., Haimon., Adam. in Isai., Seraz. in Jos.

bus quoque idololatriæ facinoribus idem præstitisse una simul censendus est? Quid in eâ re non consuetum, quid absonum rationi? An minimè ferenda asserimus?

At enim textus et versiones præsens et futurum, nunquam præteritum habent. Qui sanè hæc asserunt, nunquam Chaldeum, nunquam originalem textum consulerunt. Ita præteritum legit Hebraeus: *Quando ingreditur dominus meus templum Remmon, ut adoraret, et illo iurante super manum meam, ego adoravi in eodem loco, ut ignoscatur mihi Dominus seruo tuo pro hac re. Et illeus dicit ei: Vade in pace. Si hæc textus auctoritatem sequamur, criminis ante ejuratum idololatriam commissi veniam postulasse Naamanum, asserimus. Nec sanè aliter verba illa interpretari pronum est, cum una eademque in textu vox cultum Naamani et regis æquè designet. Scitum est autem, regem illum non exteriorum tantum cultus significacionem idolo impendisse; tantumdem ergo et Naaman de se fatetur.*

Si quis verò contendat, utrumque virum

cultum suum ex animi sententiâ impendisse, regem idolo, Naamanum verò, in fano licet et coram idolo prostratum, Deo Judeorum, ut unus ejusdemque externæ speciei actionis alter alterius esset finis, illi sanè cavendum est, ne religionem ipsam in discrimen adducat. Eius certè doctrinam Christianorum nemo probaverit, quibus illud est religione sanctum, ut omnem in fide et præcepto cultu simulationem, tanquam prævaricationem, abjiciant: *Qui me erubuerit et meus sermo, hanc Filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua*, Luc. 9, 26. Superest igitur, ut dicant, Naamanum, ad templum unâ cum rege profectum, obsequium principi debitum, non cultum numini impendisse. Imbecillitatem meam fateor: hæc ego sententiam, cujus perniciosas timore consecutiones, ferre non possum; nec in animum antiquam inducam, virum ejus probitatis, sententia, et in religionem suam studii, qualem Eliseum credimus, id commississe, ut rem illam suffragio suo confirmaret. (GALMET.)

## DE RETROGRADATIONE SOLIS IN HOROLOGIO ACHAZ

### Dissertatio.

Celebre illud sub Ezechia prodigium, cui dissertatio hæc nostra debetur, non simplex prodigium tantummodo censendum est, cujus veritas contra impios et absurdos obtrectatores asserenda sit, sed pluribus miraculis constans prodigium; de quibus singulis pia fidelium studia explere, siquidem fieri possit, eorumque fidem et religionem instruere, et philosophantes quasdam mentes pascere opus est. Nos igitur in præsentiarum sensum textus in examen revocabimus, varias exponemus sententias, ac tandem totum prodigium evolvemus; inquirentes insuper, utrum per universum latè orbem spectabile se illud exhiberit, an solum in Palaestina; utrum sol retrogrado cursu iter converterit, an tantum horologii umbra recesserit; utrum ea contingerit retrogradatio sensim, an statim tota; ac denique ad horologiorum originem revertemur.

Cum rex Ezechias gravissimo laboraret morbo, Isaiâ jussu Domini ad aegrotum ve-

niens, incolumitatem infra triduum prænotiavit, eamque incolumitatem, ut statim posset ad templum ascendere. Certo aliquo signo dierum fidem adstrui sibi Ezechias proposcit, cui Isaiâ proposuit, malletis solis umbram decem lineis procedere, an tantumdem spatii recedere. Tum rex: *Ullo, inquit, negotio fieri potest, ut umbra decem lineis urgeatur. Alterum igitur præfero. Nec mora: statim enim verso in preces propheta, umbra decursas jam decem lineas in horologio Achaz, iterum verso cursu, repetit. Hæc historia legitur in 4 Regum 20, 11. In 2 Paralip. 32, 24, prodigium illud tantum indicatur, exactiori singularium rerum descriptione prætermissâ. Isaiâ c. 58, v. 7, 8, singula juxta fidem libri Regum prosequitur, quanquam non solum umbram recessisse memorat, quemadmodum in libro Regum, sed et solem: *Et reversus est sol decem lineas per gradus quos descenderat. In textu Latino Isaiâ exprimitur horologium Achaz, de quo**

etiam in libro Regum. Sed textus originalis habet tantummodo, *gradus Achaz* (1). S. Hieronymus in Isai. 56, 2, fatetur, Symmachi se fidem secutum, verissime horologium et lineas, quod textus habet gradus et scalas. Jonathan reddidit *lapidem horarium*, מִשְׁכָּן הַיּוֹם.

Dissent interpretēs in explicandâ structurâ horologii Achaz. S. Hieronymus ibidem hæc habet: «Sive ita extructi erant gradus arte mechanicâ, ut per singulos umbra descenderet horarum spatia terminaret. » Paria sensit etiam S. Cyrillus Alexandrinus in Isai. 1, 5, 4, 4: «Dicunt autem, Achazum Ezechiaæ patrem in domo suâ velut machinâ et arte quâdam gradus quosdam confici curavisse, qui velat horas numerarent, et cursum solis (decursum umbræ in illis factæ metirentur. » Sequuntur hos auctores plerique recentiores interpretēs (2). Inter quos non desunt, qui censuerint potuisse Ezechiam è suo conclave ac lecto facillè horologium spectare, ut totius prodigii testis esset oculatus.

Alii verò credunt, verum fuisse horologium solare, instar primigeniorum horum quæ olim obtinerunt in Græciâ et in Italiâ, ita à veteribus descripta, quasi columna essent in medio arce erecta, quam scilicet aream variis lineis distinguebant. Percurrens igitur umbra columnæ varias illas lineas, horas diei notabat. Cum autem vetustissima dividendi horas ratio totam diem in duodecim horas dispiceret, pro diebus variis et anni temporibus variis etiam fuisse horas oportebat; quare horologii lineas quàm plures duci debebant, quippe quæ non horis modo responderent, sed inæqualibus etiam horis, pro singulis anni temporibus, servirent. Hinc certum linearum in horologio Achaz numerum definire non possumus, nec certum notare spatium retrogradationis. Sunt qui duodecim lineas notent, sunt qui quatuor et viginti; alii novem et octo; alii etiam numerum augent.

Totum hujus horologii rationem ex R. Eliâ Chomer ita Grotius describit: *Concavus erat, atque hemisphæricus globus, alterum in medio complectens globum, cujus umbra in varias lineas in cavitate notatas inciderebat, quæ sanè lineæ, inquit, 28 erant numero. Hoc horologium Græci scaphen, nempe navim, vel hemisphæricum appellant, cujus inventi honorem Beroso Chaldeo tribuit Vitruvius 1, 9, c. 9.*

(1) מִשְׁכָּן הַיּוֹם: Septuag. : Βαλκας, gradus.  
(2) Vatablus, Pagninus, Munsterus, Malvenda, Sanctius, in hunc locum.

Nos infra ostendemus, multò facillimè credi, horologium Achaz ad Chaldeorum imitationem expressum fuisse. Similis fermè horologii inventionem, cujus postes formam describimus, Moysi tribuisse Appio videtur. Lineæ in sphaerica cavitate signatæ, propriè satis gradus appellari videntur. Sed quæcumque fuerit hujus horologii structura, convenit inter omnes, opus illud horis distinguendis servisse, atque indicio umbræ retrograde hujus machinæ dicitis suis fidem Isaiam adstruxisse.

Sed negotium facit hujus retrogradationis ratio. Duplex est potissimum inter catholicos interpretēs sententiâ: alii solem ipsum cursum verissime aiunt; recessisse tantummodo umbram alii valent. Ambe in examen revocanda. Patres et interpretum plerique (1), litteram Scripturæ tantum secuti, nihil inde objectas difficultates sive alienius momenti, sive nullius morantur. Ita enim philosophantur: *Res æquæ ac prodigium constant: quorsum physica ratione explicare laboremus, quod supra naturam est? Idem ejusdem rei auctor, ipse etiam se illum fecisse prodidit, quem sanè sapientissimum novimus, ut incommoda omnia, quæ obijciuntur, præcavere potuerit: potissimum, ut ardua omnia superet.*

Pseudo-Dionysio Areopagite epist. 7 ad Polycarp. visum est, eam diem productionem cæteris fuisse; in quam etiam sententiam S. Gregorius Nazianzenus, orat. 49 in laudem patris, inclinavit: utriusque proinde se sedit opinio, ut sol retrogrado cursu iter converterit. S. Hieronymus in Isai. 38, ad orientale horizontis punctum remeasse solem censuit, «ut quomodo sol reverteretur ad exordium e sui, ita Ezechia vita ad detextos annos rediret. » Paria meditatus est S. Augustinus 1. Civ. 21, c. 8: «Retroversum maximum sidus cregnanie Ezechia. » Eadem fert auctor de Mirabilibus S. Scripturæ 1, 2, c. 28: «Solis in ortum ab occasu per decem horas cursum recedivo Deus tramite retorquet; et additque insuper: «Sol in prociectu occasus sui positus, in diei initium reducit. » Hanc solis retrogradationem universum, quæ hæc patet, terrarum orbem sensisse, Theodoretus, q. 22 in 4 Reg., et in psalm. 29, v. 15, est auctor, cujus, inquit, rei circumstantias omnes et

(1) Vide, si placet, Sanct., Tir., Jun., Pisc., Perer., Nat. Alex., dissert. 8, t. 1, 2, in Vet. Test., etc.; Procop., Lyran., Hug., Haimon., Adam. in Isai., Seraz. in Jos.

causas disere cupiens rex Babylonie, legatos suos Hierosolymam misit.

Hinc sententia plurimum conferre videtur tum expressa Scripturæ auctoritas, ac PP. et interpretum suffragium, tum etiam quod captui et menti vulgo fidelium magis selet. Cùm autem S. Spiritus, potissimus sacrorum librorum auctor, simplicium captui sese aptare decreverit, idcirco dùm certum aliquem sensum exprimit, nonnisi per summam audaciam et impietatem ejus verba alio detorqueri queunt, nisi forte vel absurda quædam aliaque pugnantis Scripturæ loca aliter persuadeant. Quæ verò in hanc sententiam afferuntur incommoda, hæc ex variis philosophiæ systematibus petuntur, quibus solis retrogradus cursus congruere nequit. Sed quæ à philosophis de dispositione partium universi, quantum terram spectant, ad arbitrium excogitata, adeo mera sunt figmenta, ut Jure Patres atque ecclesiasticorum interpretum plerique nihil sibi ab illis præcavendum censuerint. Ceteram cùm de rebus obscuris, systematibus, atque meris opinionibus agitur, semper illud præferendum videtur, quod planius est et simplicius, tam magis cum Scripturâ et communibus notioniibus congruit, quamvis non ea sit sententia quæ difficultatibus caret. Si è philosophorum placitis nobis negotium fiat, quid eos magistros nos sequi compellit? quid eorum figmenta cum S. Scripturâ conciliare cogit? Nonne æquior ratio postulat ut philosophia potius ad revelationem quam revelatio ad philosophiam pertinetur? præsertim cùm Scripturæ verba aperta sint et explorata, et philosophia nonnisi hypotheses incertas habeat; quippe quæ corpora caelestia longissimo dissita intervallo vix prospiciant, atque naturæ secretâ frustra hæcenas tentaverit. Uniq. igitur Scripturæ et revelationi inhaerendum, vel invidis philosophiis systematibus, quæ sola humanâ rationatione rebusque exploratis per sensus fallaciuntur.

Illi tamen reponunt, Scripturam minus et philosophiam et naturæ arcana edocenda curare; quare nisi non raro phrasibus vix aliter explicandis, nisi ad regulas rationis et philosophorum ratiocinationes revertentur. Inter systemata verò philosophiæ quædam occurrere certa adeo, et sensibus atque experientie probata, ut inter claras metaphysicæ notiones jurè meritoque censeri queant. Naturæ auctor vias semper querit simplices et naturæ cõsonas, neque prodigia nonnisi summa neces-

sitate multiplicanda esse, nisi perniciosâ fœtorum miraculorum sarcinâ religionem onerari voluerimus. Prodigia, quorum illustre est in S. Scripturâ monumentum, maximè sunt ad fidem nostram momenti, cum legibus naturæ nunquam non congruere, id agente Deo, ut insitia humanis mentibus credendi res supernaturales difficultas, quantum fieri potest, minuat. Porro solis retrogradationem si quis ad litteram voluerit interpretari, hunc statas à naturâ leges in motu solis subversurum, universi œconomiam turbaturum, tabulas et observationes omnes astronomicas inutilis affecturum. Nam vel unus sol retrogrado cursu decem lineas repetit, cæteris interim astris, cursum suum tenentibus; quod legibus motus repugnat, cum impresso sit à superioribus sphaeris impetu solem rapi necesse sit; vel unâ cum sole reliqua simul astra fiat verterunt; quod non minus veritati repugnat. Præstare igitur, ut retrogradationem illam umbræ tantummodo in horologio Achaz deputemus; tunc enim promissorum Isaie fides liberatur, atque verba Scripturæ in libris Regum ad litteram servantur. Isaia profectò expressisse recessum umbræ simul et solis: sed solem passim in Scripturâ usurpari pro luce, radiis, atque umbrâ ab his resultantem. Quæcumque phrasim per aptiores et expressiores alias esse explicandam.

Sed umbram recessisse intelligere non possumus, nisi corpus aliquod opacum aliâ quam prius ratione luci opponatur, vel loco moveatur, vel saltem, eo immoto, corpus ipsum lucidum moveatur. Posterior hoc prodigium nihilò minorem fidem extorquet quam prius: utrobique foveæ sunt et incommoda. Si à sole absterentur manus, fatemur quidem omnibus cœli astris, parci, ne cõtrario motu retroverti cogantur; sed malè tunc quis de rationis lumine et experientia communi omnis ætatis meretur.

Scriptor inter acerrimos prodigiorum S. Scripturæ adversarios, Præadam. part. 4, c. 4. prodigium tamen vel invitè agnosceret in recessu umbræ, solo non recedente, cogitur, et contra ordinem, sit, et naturalem effectum solis et umbræ, miraculo, et modo et hominibus ignoto, umbra reducens fuerit rectorum decem gradibus. Isaia et Ezechias, addit ille, bonâ fide censentes solem circa tellurem torqueri, visum umbræ retrogradationem astro retrogrado adscripsere. Hi cæteras per orbem gentes fecellerunt. Sed neque à

prophetâ, neque à rege et populis astronomia periticia quaerenda est; totumque prodigii mysterium non à sole, sed umbrâ decem lineis recedente efficitur, hoc unum prodigium est.

Audacior adhuc alius scriptor (1) et de re loquitur generosus. Primitia enim simplicitatem illorum ridet, qui de sole retrogrado fabella fidem addidit, cùm, inquit, umbræ tantum horologii decem lineis recedere visa sit. Unde verò hujus umbræ recessus? ecce in prompto: è parallo, aut filo, sive nube, quæ è regione solis constituta, exceptos ejus radios in stilum horologii ita regerebat, ut umbram ex parte solis converterit, oppositam loco, quem mox occupabat. Evanescent hiis omnia prodigia, prona sunt omnia, et naturæ legibus consentanea; ut si quid prodigii creditum fuerit, id non ipsi rei, sed vulgaris rudisque populi credulitati deputandum sit. Neque Isaia cæteris doctior fuit, quippe qui de parallis ne per somnium quidem cogitaverit, factaque ad ipsum sit juxta ejus captum revelatio; atque in eâ esset simul cum rege Ezechia persuasione, solem circa terram torqueri. Quidam igitur prodigio rem sibi ignotam deputant?

Felix planè seculum nostrum, quo Spinozam vivere contigit, virum prophetis et auctoribus theopidactis, insignibus synagoga doctoribus, Patribus Ecclesiæ eruditissimis, nostris commentatoribus doctorem, quippe qui unus intellexerit quod illi unanimi consensu hucusque ob mentis imbecillitatem prodigio, et quidem maximo in paucis totius Scripturæ, depulsum! Babylonii, astronomia licet peritissima, quam unam scientiam totæ seculis nunquam intermisso studio excœluerant, in scholâ hujus docti incredulâ indina auditorum subaella tenuissent, coque viro doctissimo auditò, ab inire Hierosolymitano abstinent, dicentes inopinatum eventum parallo deputari. Unde verò tam opportunum accidit phenomenon? cur eim temporis articulum expectavit, ut precibus Isaie, ejusque promissorum fidei asserenda inductum videretur? Plus sane in eâ temporis circumstantiâ, quam in reliquis, prodigii apparet. Docti quidem auctor noster alio in loco, nempe Tract. theol. polit. c. 2, p. 16, et prophetas

(1) Auct. Tract. theologico polit. c. 2, pag. 12. « Isaia signum umbræ retrograde ad ipsius captum revelatum fuit... et de parallis et forte nunquam nec per somnium cogitaverat; quod nobis sine ullo scrupulo statuere licet. »

semper signum aliquod habuisse, quo certè flebant de rebus, quas prophetice imaginabantur. Nótat profectò, addit, Ezechias prophetie dono Isaia clarere, ipsamque de rebus futuris jandiu vaticinia fundere sciebat; hinc tamen occasione vult certo aliquo signo de veritate illius oraculi fieri certior. Verùm si exhibitum ab Isaia signum communes naturæ leges non superabat, qui fieri poterat ut prophetia certam et infallibilem veritatem demonstraret, prophetia, inquam, quæ tota, juxta Spinozam, è prophæta imaginatione repetenda erat? Non erat planè signum illud ipsâ, quam indicabat, re certius, cùm utriusque eadem esset natura; quin et signum re ipsâ quodammodo erat obscurius; nam, eodem auctore, neque propheta, neque rex, veram ejus causam noverunt. Neque est cur dicamus Deum revelasse prophetæ veluti supernaturale aliquid, quod re ipsâ naturalis ordinis effectus esset; nam quis credat Deum ordinis vobis prophetas et populos, certæ et infallibilis veritatis signum exhibuisse neque certum, neque supernaturale?

Auctores catholici qui umbram tantum, non solem recessisse suspicari vult, modestius de totâ hæc controversiâ senserunt (1). Cùm planè illi animadvertissent incommoda hujus opinionis supra deducta, omnem verterunt curam ut Scripturam cum philosophiâ conciliarent, veritatem historie simul cum mirabili fide componerent. Notant igitur, 1.º textum Scripturæ disertè satis pluribus in locis exprimere solem umbram recessisse. Porro si recessus soli tribuendus fuisset, præpostere sanè recessisse umbra perhiberetur. Fatentur quidem, sibi expressam legi retrogradationem solis; solis nomen pro umbrâ ejusdem astri in horologio usurpatum est, quemadmodum contingit sæpius, ut effectus pro causa et signum pro re significatâ ponatur. Ita in Joh. 4, 8, dicitur: *Perussit sol super caput Jonæ, et mansit ibi; ubi sol pro radiis solis ponitur.* Ita in Ecclesiastico 48, 26, habetur: *In diebus ipsius (Ezechia) retrò recessit sol, et addidit regi vitam; quo in loco diffinitur nemo solem, sive umbram signum tantummodo fuisse valedicinis Ezechia. 2.º Animadvertunt, prodigium illud uni Ezechia destinatum nonnisi ejus in horologio fuisse spectandum; quare opus non*

(1) Vide, si placet, Burgen. Mont. Vat. Tir. Sa. Sanct. ad 4 Reg. 20, 11, art. 11... 16, 17, et ex Auth. Grot. Bochar. Chanaan lib. 1, cap. 14. Voss. de Orig. et Prog. idolol. lib. 2, c. 8, et alios.

fuit, ut in universo orbis theatro conspicuum preberetur. Erat enim divine sapientie, ut quod paucis perficere poterat, multis non ageret: parci Deo omnipotentie suae, neque à legibus naturae, nisi quantum necessitas poscit, sibi duci recedendum. 5<sup>o</sup> Legati regis Babylonie, 2 Paral. 32. 51, Hierosolymam venerunt, ut interrogarent de portento quod acciderat super terram, nempe in Judaea, quae terrae nomine consuetà phrasi designatur. Porro si haec Babylone aequè ac Hierosolyma contigissent, quid opus fuit exquirenda veritatis causâ Hierosolymam adire? 4<sup>o</sup> Si res universum orbem habuisset spectatorem, vix fieri potuisset, ut nullus de illa scriptor exstaret. 5<sup>o</sup> Si sol post decursas decem lineas iterum verso cursu easdem repetisset, ut iterum illas metiretur, dies illa profectò longior fuisset quam quae sub Josue: illa enim duplò major fuit quam pro more, nempe 24 horarum, haec verò ad 32 devenisset. Diserte autem Scriptura exprimit nullam diem priore illâ productione unquam fuisse sive antea, sive postea, Jos. 10. 14. 6<sup>o</sup> Tandem omnia recurrunt incommoda super fusis diducta, nempe corporum celestium harmonia turbata violento illo et irregulari motu, etc.

Quà verò ratione retrogradatio ista in horologio contigerit, ita illi describunt. Potuit Deus motum suspendere, solisque radios ita determinare, ut umbra solem versòs demitteretur: quemadmodum oriente sole ita in conclave ad occidentem patente, ubi umbra lixa, quantum ab orientis solis radiis resultans, orientem spectat; ita prodigii ratio in eo sita erat ut radii solis reflexi in stilum horologii, umbram, secus ac fieri debuisset, demitterent. Porro reflexio illa radiorum ex compacto subtili operâ corpore oriri potuit, quo scilicet subito radiis opposito, obstructa consuetà luci viâ, aliam fax plane diversam teneret. Si hujus sententiae momenta omnia non aequè ejusdem ponderis sunt, non ea tamen licet quae penitus rejici mereantur, et sua pariter auctoritate, uti et scriptorum merito, veri aliquam speciem et similitudinem obtineat.

Recentiores philosophi, qui solem in centro mundi habitabilis constituunt, ac terram in vortice ejusdem astri perpetuo agitant motu, utramque hujus prodigii sententiam aequè amplectuntur: perinde enim est illis, sive solis radii objecto corpore aversi dicantur, ut umbram detorquerent; sive Patrum interpretatio praefertur, solem contrario cursu priorem

viam repelisse statuentium; nam quod ad nos, nostrosque sensus attinet, idem oriuntur effectus, sive sol circa terram, sive terra circa solem torquatur. Debit planè umbra habitudinem mutare in horologio, si terram averso planè à motu suo diurno cursu, versam esse statuamus. De prodigio sub Josue agentes, aliam in hoc systemate de motu terra hypothesis adduximus, quam ibidem lectores consulant.

Agendum modò quamdiù perseveraverit dies illa, quae prophetici oraculi veritatem Ezechiae asserit. Hoc quidem alienum est ab illis qui totam prodigii rationem in horologio constituunt, quippe qui nihil accessisse solis cursui, vel recessisse contendunt. Qui verò malunt solem retrorsum vertere, illis non una sed et de re sententia; alii enim diem illam intra 32 horarum spatium claudunt. Primus, vel saltem potissimus hujus opinionis auctor invenitur Pseudo-Dionysius, qui deinceps plerique amplexi sunt. Tradit ille Epist. ad Polycarpum, diem 20 solidis horis disturbiorem quam ceteros fuisse; quare cum ex veteri sopputandi ratione in horas 12 diem dispartat, atque emensum jam solem spatium 10 horarum, ac decem insuper horas in recessu insumpsisse constituat, totam deinde summam in 32 horas colligit (1).

Alii autem, lineas illas sive gradus apud Isaïam non horas designare, sed dimidium sive quartas horae partes, cujus opinionis has profertur conjecturas. Optionem praebet propheta Ezechiae egrotanti, malitiae umbram decem lineis in horologio antevertere, an totidem lineis recedere. Si Ezechias priorem conditionem accepisset, diem, emenso jam sole decem lineas; sive decem horas, ad viginti horarum spatium producturus fuisset; cum autem in Palaestina nulla dies unquam tantum temporis spatium habeat, non potuit sanè in horologio tot horarum nota designari. Ita solarum horologia horas notabant, ut maximum 16, quin et debebant tantum 12 designare, servatâ Hebraeorum, tum temporis obtinente, simplicitate, quae diem in totidem horas dividebat. Statuamus ergo oportet lineas illas apud Isaïam non horas modò, sed et dimidias, quin et quartas, imò et octavas horae partes indicasse, quod planè necessarium erat in Judaea, si mos dividendi diem in duodecim

(1) Ita et S. Maxim. Scholiast. Dion. et Georg. Pachymer.

horas inaequales in eâ regione servabatur (1). Alii nihîl, huic diei praë aliis tribuunt quam quinque, vel ad summum decem horas (2). Statuunt illi singulos gradus horam vel semihoram notare, totiusque diei spatium intra duodecim horas concludi; tum et solem uno simul momento totum recessionis suae quinque vel decem horarum, pro valore nempe linearum, spatium confecisse; quare, inquit, confectum antea spatium iterum resumens; totidem horis, quot prius, ad idem punctum horizontis pervenit.

Subita haec et prompta retrogradatio philosophos habet adversarios, quippe qui aegrè intelligent immane illud solare corpus tam citò vastum adeò spatium conficere potuisse; quae sanè res non supra naturae leges tantummodò est, sed planè, ut illis quidem videtur, contraria. Cur, inquit, illi, novum hoc et incertum miraculum, silentè Scripturâ, adjiciatur? Corporis ex alio in alium locum transitio nunquam sine motu locali et successivo fieri potest. Corporum penetratio nulla est; quare ut loco moveatur, alia etiam moveri opus est, atque reflectum ab uno spatium ab alio statim occupari. Ad haec localis corporis motus suum habet celeritatis certum et determinatum gradum; quippe quòd opposita nanciscatur in itinere alia corpora cursum suum remorantia, quibus de suo motu illum communicare aliquid necesse est. Iter ergo illud, quòd à sole statim confectum statuitur, incredibile planè rapiditatem exigit, cui etsi multum decessisse opus sit, ob communicatum humanibus illis corporibus in viâ occurrentibus motum tanta adhuc celeritas remaneret, ut immensum illud spatium momento transigeret. Quanta porro tunc in oeconomia universi turbatio! quanta legum motus subversio!

Sed si retrogradatio admittatur lenta et successiva, intra plures tantum horas peragenda, quomodò potuit Ezechias oraculi prophetici veritatem statim intelligere? Optio regi data erat, utrum mallet solem decem lineis diem corripere, an tantundem spatii producere. Si primum accepisset, ac sol decem illas lineas successive lentoque motu diurno et ordinario percurrisset, qui locus fuisset prodigii? Planè voluisset ille ut uno impetu un-

(1) Vide, si placet, Sancti, Tirin. et apud eum Bed. et Eucher.

(2) Andreas Masius in Josue cap. 10. Cajet., Malvend., Bertram., alii plerique.

bra ascenderet, adeoque et eadem celeritate descendere illam voluit. Debit ergo totum fieri in momento, neque recessum umbræ aliâ ratione selegit, quam quòd difficultas contingere posse judicavit ut umbra descenderet, quam quòd ascenderet: *Facile est umbram crescere decem lineis; nec hoc volo ut fiat, sed ut revertatur retrorsum decem gradibus*, 4 Reg. 20, 10.

Itaque utrinque recurrunt incommoda; eoque enim naturae legibus repugnans videtur, ut corpus uno temporis momento ex uno in alium locum transferatur, quin per interjectum spatium traducendum sit, cum praesertim corpus immane sit, et duo termini vastissimo distent intervallo, quemadmodum in praesentiarum contingere debuerat. Videtur etiam Ezechias censuisse illam in horologio mutationem momento fieri, neque eâ spe frustratus apparere. Qui totam prodigii rationem in recessu umbræ constituit, nihîl de sole statuens, incommoda haec omnia faciliè evitant. Alii verò quid his reponere possint, non satis intellegit; utrinque enim illis angustiae, vel solem lento motu, sive promptè recessisse statuerint: neutrum tamen ponere cogimur, quò prodigii veritatem statuamus. Satis enim ad prodigium, ut umbra in horologio Achaz recessisse divinitus et merito precum Isaïae dicatur. Ad hoc tantummodò expressè Scripturae verbis cogimur.

Uscerius, ad an. mundi 3291, in eâ est sententia quae solem una cum ceteris astris totaque caelesti machinâ retrovertit, quamquam id simul constituit, ut salva sint omnes observationes astronomicae, spatium illud diei additum, prima nocte detractum fuisse, divinâ id agente providentiâ. Ita planè, inquit ille, nostrâ etiam aetate eclipses lunae à Ptolemaeo notatae, regnum Ezechiae praecedentes, cum eodem puncto componantur, juxta calculum nostrorum astronomorum, cui diu ante assignatae sunt à Chaldaeis. Totum igitur hujus diei spatium, compositis simul die nocteque, consuetum diurnum tempus non excessit. Sed haec viri docti sententia sua habet incommoda: diem enim Isaïae ad Ezechiam loquebatur, notis jam spatio evoluto dies successerat. Quare quod accessit diei è nocte detrahi minime potuit, si ille subsequentem noctem breviorẽ fuisse contendat, miraculum addit, de quo alium in Scripturâ silentium; illudque inducere nullâ cogimur necessitate, cum solvendi prodigii aliae rationes occurrant.

Rabbini, fecerunt temperamentorum parentes, aliam inveniunt rationem, ut astronomice observationes taceantur, stantes in obitu Achaz patris Ezechiam diem decem horis cursum corripuisse, non spatium daretur impio regi parentandi. Volunt autem eas horas restitutas diei, sub Ezechia, ut proinde suis sedibus restituerentur astronomicae observationes, salvaque essent omnia.

Modo, ne quid omittamus adversus opinionem de recessu solis, in examene retrogradum est urbem apud veteres quidquam eâ de re occurrat. Vix enim fieri potuisse creditur, ut inauditi illius, atque in universo orbis theatro spectabilis prodigii memoria omnino apud posteritatem manserit, eamque neglexerint in suis observationibus astronomicis, et in calculo oculisiam sapientes illi Babylonicæ, qui rem audiri Hierosolimam se contulerunt. Tradunt Aristoteles, apud Simplicium lib. 5 de Cælo, Diodorus, Bibl. lib. 2, Eusebio de Divinat. lib. 2, extasse adhuc Alexandri ætate, et post ipsum etiam; eorum observationes jam inde supra Ezechiam ætatem ab ærâ, ut minimum Nabonassar, circa annum mundi 3257 repetite. Quis autem crederet, Græcos, sive Romanos, tam curiosos veteris historie scrutatores, nunquam in historia Chaldaeorum rem adeo mirabilem animadvertisse, vel animadvertensam posteritatis memoria invidisse?

Hæc tamen plura reponenda: 1<sup>o</sup> Multa e veteribus monumentis concidisse, ac potestimum Chaldaica, Phœnicæ et Egyptiæ, ex quibus aliquid eâ de re peti debuisset. 2<sup>o</sup> Novum non est veteres prodigium illud silentio pressisse, eam plura etiam memoria dignissima tenebris et oblivione sepeliverint. 3<sup>o</sup> Precavisse satis esse ab hæc veterum negligentia divina Providentia visa est, prodigii memoriam in libris sacris libris servans. Notatur enim in libris Regum, Isaiæ et Paralipomenis: nec etiam obscure de illi sermo est apud auctorem Ecclesiastici, diu post captivitatem in vivis agentem. 4<sup>o</sup> Herodotus, vetustissimus Græcorum historicus, subducatum aliquid eâ de re videtur; narrat enim lib. 2, cap. 442, ex Egyptiis didicisse se, intra spatium 1340 annorum solem quater inusitatum quoddam ratione ex horizonte emersisse; his scilicet surrexisse ex occidente, bis in oriente occidisse. Verùm, si rectè attendamus, hic auctor plura in unum miscenda distinguit; debuit enim tantum dicere solem bis verso cursu ex occidente orientem repetisse, quod quidem semel sub Josue

iterumque sub Ezechia factum nominans, Paris, sed minus etiam credibilia et multò magis exaggerata, ex Egyptiis accepta, refert Solinus, capite 45, his verbis: « Forant, à prodigii gentis suæ avis traditum, ubi nunc occasus est, quondam ibi ortum solis fuisse. » 5<sup>o</sup> Tandem Pseudo-Bionysius Arvopagita (1) contendit, hujus prodigii memoriam mansisse apud Persas in cultu Mithræ, vel Solis, cognomento Triplæcis: cujus nominis in causâ fuit, inquit, quòd dies sub Ezechia triplò major fuit, nempe, illo auctore, 52 horarum. Quare, inquit, Persæ prodigium illud celebraturi, deum suum speciosè Triplæcis elogio insigniverunt (2). Sed peritissimè nostræ ætatis critici (vide Vessium de Idolol. lib. 2, cap. 9), neque satis convenienter de titulo hoc Mithræ, neque de causâ. Exo autem nomen Triplæcis cognomen adjectum fuerit, potuit ejus rei alia fuisse quam quæ à Dionysio assignata est, causa: facile id nominis inditum est ex calore, hinc et discretione temporum; vel, si magis, ex sapientia, victorie et claritate nominis, etc.

Antequam ultimam dissertationi modum imponamus; pauca de origine horologiorum disserenda sunt, et de ratione horarum supputandi; ut auctoris Vulgatae interpretationem vindicemus, reddentes eo loco Horologium Achaz, uti et pro gradibus nomen lineærum substituentis. Non desunt enim viri erite doctissimi (3) certantes, horologia, nisi et diei horas, nulla fuisse Hebræis ante captivitatem; quorum sanè hypothesis omnia evertit que hucusque à nobis de horologio solari Achaz disputata sunt. Fatemur quidem longo temporis spatio nullas fuisse Hebræis voces peculiare horologis designandis, ipsumque nomen horas exprimens desiderari in libris, qui adhuc extant, Hebræicè scriptis ante captivitatem Babylonicam. Sed hæc tanta non sunt, que latuisse Hebræos horologia demonstrant, uti neque ignotum fuisse genti usum distinguendi horas per lineas, sine gradus, quod in historia prodigii sub Ezechia legitur. Tobias Ninivæ scribentur sub Manasse regnâ Juda, in cujus exemplari Chaldaicè scripto, quod ad manus habebat S. Hieronymus, discretè horarum nomen exprimitur, cap. 12, 23: Pro-

(1) Epist. 7 ad Polycarpum: Τετρε καὶ ἑξακοσίων ἑξατάων ἀπὸ τῆς ἡμετέρας, καὶ εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἡμετέρας τῆς τριτάτης Μιθρῶς τριπλοῦ.

(2) Ita Pachym., et Maxim., et Cordelet., interpret. Dionysii.

(3) Usser., ad A. M. 2591, et Jaquelot dissert. 1 sur l'Existence de Dieu, c. 16, p. 190, 191.

strati per tres horas. Lpanimis est etiam veterum et novorum interpretum sententia, lineas in horologio Achaz horas designasse, quorum opinio historia monumentis abundè fuitur.

Nihil hic moror Appionis apud Josephum testimonium, tradentis: « Moyses, ut accepit, Heliopolitanus erat, qui patris institutus et moribus, subdiales precesiones ad septa, quæ civitas habebat, reduxit; ad subsolanæ autem omnia convertibat. Ita enim Heliopolis sita est. Pro obeliscis verò statuit et columnas, sub quibus eæ pelvis forma expressimebatur. Super columnam figurâ hominis posita eundem semper cum sole cursum et circumvolvebat, nempe, quantum consilio, umbra figuræ supra stilum constituta, solis circumversionem sequebatur, atque in subjectam pelvim incidens, varias diei horas distinguebat. Alioquin quid opus fuisset altissimam statuere super columnam sese unâ cum sole torquens? Opus non est inpresentiarum adversarium hunc Judæorum retulimus, eam satis inter omnes conveniat, nihil tale Moyses unquam statuisse, neque Judæis positum in moribus esse, ut subsolanæ precesiones observarent, ejusdemque legislatoris ætate, et diu etiam post nullas fuisse Judæis certas horas et horologia, quemadmodum ex libris ab eo scriptis ejusque legibus certo certis intelligimus.

Egypti gloriabundi semper, et nullum lapidem non moventes, quò vetustatis et scientie suæ famam augerent, contendebant, jam inde à remotissima ætate horologia fuisse suæ regioni familiaria. Erat, inquit, Acanthæ, urbe ad Nilum, vas quoddam ingens, quod singulis diebus aquâ opplebatur, ejusque certo et uniformi defluxu varia diei horæ distinguebantur (4). Ad eam normam postea fabricatae sunt apud Græcos et Romanos clepsydre, usu deinde familiarissime. Horæ nomen à deo Horo, qui sol est, derivant; ac tandem apud Ciceronem sermo est de cynocéphalo (2), duodecies per singulos dies, æquis observatis temporis intervallis, mingente; ex quo didicisti Trismegistus idem in duodecim horas distinguere. Trismegistum hunc paulò Moysè recentiorum statuit (5). Hæc de horologiorum et horarum antiquitate

(1) Vide, si placeat, Diod. l. 4, pag. 61, et Strab.

(2) Tull. apud Victorinum à Macrobio cit. lib. 4, cap. 21.

(3) Marsh. sec. 10, Can. Egypt. pag. 241, edit. Lips. 1676.

occurrunt, quoniam, sicut antiquissima, non ita planè certissima videntur.

Nihil satis expressum de horologis apud Homerum, in cujus tamen Odysseè (1) duo recurrit versus, nempe 402, 403, qui de horologis explicari posse videntur: *Insula quondam Syria vocatur, ut ubi audit, Ortygium dæmper, ubi mutationes solis.* Hæc insula una est ex Cycladibus, ubi, si fides sit veteri cuidam scholiastæ, spelunca erat, satis opportunè accedentem et recedentem ad nostrum meridianum solem demonstrans. Sunt inter eruditos qui suspicantur, poetam eo loco sormonem habere de horologio solari; et Diogenes Laertius in Vita Pherecydis philosophi auctor est, inensæ etiam sub ætate in insulâ Syro solare horologium ejusdem philosophi (4). Hoc autem Pherecydis horologium ipsissimum esse Homericum, quidam suspicantur, quòd scilicet philosophus illi sive restituerit, sive perfecerit; quæ si vera sint, usum horologiorum in Græciâ, ipsâ belli Trojani ætate, demonstrant. Sed nihil certi statuendum ex ambiguo testimonio; quare solitius aliquid querendum. Cùm tamen Pherecydes annis circiter 500 post Homerum fluerit, reputandus est perfecisse tantummodi horologium quod poetæ illius ætate in Syro spectabatur; signabat enim illud tantummodi solstitia, Pherecydis verò horologium vel horas indicabat. Vide notas D. Dacærie in Odysseam 15.

Herodotus affirmat (2), invaluisse apud Græcos morem horologiorum solarium, et gnomonis ex Babyloniis deductum; ipsarumque Græcorum confessione, Anaximander horas distinguit, atque horologia solaria in Græciam invenit (3). Fallitur autem Plineus, cum ejus rei honorem Anaximandi tribuit. Emortualem Anaximandri animum Usserius componit cum anno mundi 3457, præsentem jam captivitate Babylonicâ, et sub Cyro. Porro hic philosophus ex itinere in Chaldaeam potuit horologiorum rationem didicisse. (R)

Ex eodem, quantum conficimus, fonte derivatum creditur ab Achaz horologium, de quo nunc sermo; docente enim Scripturâ solimus satis inter illam et Theglathphalsaram

(1) Diogen. in Pherec. : Σὺν τῶν δὲ καὶ διατρεπῶν ἐν τῆσδε τῆ νύκτι.

(2) Lib. 2, cap. 109: Ἦδον καὶ γυροσκόπια, καὶ τὰ βασιλεῖα μίσην τῆσ ἡμετέρας παρὰ Βαβυλωνίων Ἰσάδων Βασιλέως.

(3) Laert. lib. 2: Ἐστὶ δὲ καὶ γυροσκόπιον πρῶτον, καὶ ἔργον αὐτῶν τῶν αἰσθητῶν ἐν ἀστρονομίᾳ.

regem Assyriae convenisse, quem postremum regem in auxilium alter adsevit contra irruptionem regis Syriae et Samariae, cuius religionem adoptavit, adeo ut aram Damascenae similem (quam ipse Achaz, invadendum regem conveniens, spectaverat) Hierosolyma erigendam curavit. Horologiorum solarium inventio nova erat tum temporis, et utilis; quare eam libens occasionem accepit Achaz, ut simile quid procuraret in palatio suo Hierosolymae. Nonnulli autem temere certi aliquid de ejus figura affirmarent; verum cum Scriptura constanter voce *Mahabek*, quae gradus sonat, utatur, quantum assequimur conjecturam, fasile credimus nihil habuisse horologium illud similitudinis cum Graecorum et Romanorum, ac facile concavam quamdam sphaeram fuisse, quemadmodum Graeca illa *scaphae* appellata.

Rudis primae horologiorum ars peritiam palatium ac ordine cepit. Ita quae primam diurnam tantum horas distinguebant horologia, in usum deinde poëtae etiam fabricata sunt, ut de Platonis horologio Atheniensis libro 4 animadvertit. Facile nocturna haec clepsidrae erant, sive horologia ex arena. Describit poeta quidam Graecus, nempe Bato, apud Casaub. in Atheniensium l. 4, c. 17, philosophum gerronem et avarum identidem ampullam quamdam oleo plenam sollicitè spectantem, quasi horologium gereret, Scipio Nasica, auctore Plinio l. 7, c. 60, clepsidram dedicavit sub toeto anno urbis conditae 595, cum ad id usque populus Romanus in nocturnis diurnisque horis, sole

non apparente, incertus vagaretur. Vitruvius, l. 9, c. 9, fasus agit de horologiis solaribus et clepsidris.

Ante horologia distinguendo tempore pedes serviebant: unusquisque enim umbram sui corporis dimetiebatur; qui planè usque diutius mansit rari, quemadmodum ex Palladio, auctore secundi seculi, intelligimus, apud quem singuli duodecim libri de Re rustica clauduntur cum mensura solis singulorum mensium, quae horas ejusdem mensis pedum dimensione distinguit. Idem occurrit in tractatu de Horologiis, inter opera Bodae Venerabilis. Variis est quidem corporum mensura, sed tamen nihil ex eo incommodi in horarum aequalitatem, cum pedum mensura plerumque corporis habitudinem sequatur. Computabatur umbra usque ad viginti pedes, atque horae conveniendi cum amicis, horae prandii, etc., ad talem pedem destinabantur, quemadmodum apud nos ad talem horam certae quaedam res peragenda constituntur. Vir quidam ad prandium invitatus ad duodecim pedes, cum nocte intempestà è lecto surrexisset, ad lanam micantis fulgorem (solem rates) umbram dimensus, conditam pedum mensuram deprehendit; quare statim ad prandium ante exortum solis in amici domum convolvit (1).

(CALIST.)

(1) Menander:

Ουκ ἔστιν ἄλλο  
 ἢ: ἰστίαν διαδοσάμενος, ἔσθραε  
 Πρὸς τὴν σκίαν ἔσθραε, τὴν πρὸς τὸν  
 ἢ: διαδοσάμενος, καὶ παρὴν ἀπὸ ἡμέρας.

## DE TEMPO SALOMONIS

### UNIVERSITY OF CHICAGO Dissertatio: AUTÓNOMO

*Utrum à ruditate et moribus gentium originem traxerit.*

Joannis Marsham in Canone Chronico p. 54 et 210, et Joannis Spencers l. 3 de Legibus Hebraeorum ritualibus dissertatione 6, nova et singularis opinio huius Dissertationi occasionem dedit. Asserunt enim viri illi eruditissimi, templum Salomonis à ruditate gentium originem traxisse. Et Marshamus quidem id pressius et quasi obiter exequitur; Spencerus verò prolusè et elegantè Dissertatione specio-

sum illud commentum adstruere nititur, cui sequentem propositionem opponimus.

PROPOSITIO UNICA. — Templi Salomonici ergo ad Aegyptiacam superstitionem, vel ruditatem gentium referenda non est, sed ad Dei optimi maximi consilium, assatum, auctoritatem, Davidique et Salomonis pietatem.

Probatur 1<sup>o</sup> ex Scripturâ sacrâ; Regum c. 7.

ubi narratur quomodo David indignum aestimaverit Dei majestatem, indecorumque his beneficiis quibus se Deo optimo maximo obstrictum palam profitebatur, ut arca Dei in tentorio posita esset, dum ipse in domo cedrinâ habitaret; atque ita regie suae intuitu, quam Deo favente edificaverat, ad eadem magnificentiam Deo caeli terraque supremo Domino et Regi regum fabricandam et dicendam excitatus est. Hujusmodi autem consilium à Dei afflatu proficisci Nathan propheta declaravit. Neque id ut Aegyptiacae superstitionis reliquias condonarit, sed ut eximie pietatis affectum probavit. Et tantum abest ut profanorum templorum intuitu, quae Israelitis olim in Aegypto viderant, Deus gentium ruditati, seculique moribus se accommodans, templi fabricam concesserit, ut contra nihil se de tali sede locutum significet, quo tempore Aegyptiacorum templorum, si quae essent, memoria apud majores eorum recens erat. Factum est autem cum sedisset rex in domo sua, et Dominus dedisset ei requiem undique ab universis inimicis suis, dixit ad Nathan prophetam: *Videsne quod ego habitem in domo cedrinâ, et arca Dei posita sit in medio petulorum? Dicitque Nathan ad regem: Omne quod est in corde tuo, vane, fac, quia Dominus tecum est. Factum est autem in illâ nocte, et ecco sermo Domini ad Nathan, dicens: Vade, et loquere ad servum meum David: Haec dicit Dominus: Numquid tu edificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitari in domo ex die illâ quâ eduxi filium Israel de terra Aegypti, usque in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo et in tentorio. Per cuncta loca, quae transiit cum omnibus filiis Israel numquid loquens locutus sum ad unam de tribubus Israel, cui præcepi ut pasceret populum meum Israel, dicens: Quare non edificastis mihi domum cedrinam? Et nunc haec dices servo meo David: Haec dicit Dominus exercituum: Ego te tui de potentia sequentium greges, ut esses dux super populum meum Israel: et sui tecum in omnibus ubique ambulasti, et interfeci universos inimicos tuos à facie tua: sed tibi nomen grande iuxta nomen magorum qui sunt in terra. Et ponam locum populo meo Israel, et plantabo eum, et habitabit ibi eo, et non turbabitur amplius; nec addent filii iniquitatis ut affligant eum sicut prius, ex die quâ constitui iudices super populum meum Israel: et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, prædicetque tibi Dominus, quid domum faciat tibi Dominus. Cumque completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te,*

*quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum ejus. Ipse edificabit domum nomini meo, et stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum. Pietatem Davidis de templo edificando cogitantis non solum Deus commendat, verum etiam amplis promissionibus munerat: et in numero benedictionum quibus filium ejus Salomonem cumulabit, hanc velut principem recenset, quod divinae majestati suae templum sit edificaturus. Non ergo ad Aegyptiacam superstitionem, vel ruditatem gentium referenda est origo templi Salomonici, sed ad Dei optimi maximi consilium, assatum, auctoritatem, et ad Davidis ac Salomonis pietatem.*

Confirmatur ex 4 Paralipomenon c. 23, ubi de Davide dicitur: *Vocavitque Salomonem filium suum, et præcepit ei ut edificaret domum Domino Deo Israel. Dixitque David ad Salomonem: Fili mi, voluntatis meae fuit ut edificarem domum nomini Domini mei, sed factus est sermo Domini ad me, dicens: Multum sanguinem effudit, et plurima bella bellasti; non poteris edificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me; filius qui nasceretur tibi erit vir quietissimus: faciam enim cum requiescere ab omnibus inimicis tuis per circuitum, et ob hanc causam pacificus vocabitur; et pacem et otium dabo in Israel cunctis diebus ejus. Ipse edificabit domum nomini meo, et ipse erit mihi in filium, et ego ero illi in patrem, firmaboque solium regni ejus super Israel in aeternum. Nunc ergo, fili mi, ait Dominus tecum, et aedifica domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te... Præcepit quoque David cunctis principibus Israel ut adjuvarent Salomonem filium suum. Cervitius, inquit, quid Dominus Deus vester vobiscum sit, et dederit vobis requiem per circuitum, et tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras, et subiecta sit terra coram Domino, et coram populo ejus. Præbete igitur corda vestra et animas vestras, ut quærat Dominus Deum vestrum; et convergite, et edificate sanctuarium Domino Deo, ut introducatur arca foederis Domini et vasa Domino consecrata, in domum quæ edificatur nomini Domini. Quid in 109 illo Davidis regis sermone pietatem non sapit? Nam aliquem ad Aegyptiacam superstitionem, ad ruditatem gentium, ad profanos seculi mores respectum exprimit? Nonne Deo placuisse significat ut Salomon ipsi domum edificaret? David rex et propheta sanctissimus Salomoni filio suo jubet ut sacrum illud opus secundum voluntatem Dei perficat; divina illi promissa et beneficia proponit, quibus ad id exequendum excitetur: principes*



regem Assyriae convenisse, quem postremum regem in auxilium alter adsevit contra irruptionem regis Syriae et Samariae, cuius religionem adoptavit, adeo ut aram Damascenae similem (quam ipse Achaz, invadendum regem conveniens, spectaverat) Hierosolyma erigendam curavit. Horologiorum solarium inventio nova erat tum temporis, et utilis; quare eam libens occasionem accepit Achaz, ut simile quid procuraret in palatio suo Hierosolymae. Nonnulli autem temere certi aliquid de ejus figura affirmarent; verum cum Scriptura constanter voce *Mahabek*, quae gradus sonat, utatur, quantum assequimur conjecturam, fasile credimus nihil habuisse horologium illud similitudinis cum Graecorum et Romanorum, ac facile concavam quamdam sphaeram fuisse, quemadmodum Graeca illa *scaphae* appellata.

Rudis primae horologiorum ars peritiam palatium ac ordine cepit. Ita quae primam diurnam tantum horas distinguebant horologia, in usum deinde poëtae etiam fabricata sunt, ut de Platonis horologio Atheniensis libro 4 animadvertit. Facile nocturna haec clepsidrae erant, sive horologia ex arena. Describit poeta quidam Graecus, nempe Bato, apud Casaub. in Atheniensium l. 4, c. 17, philosophum gerronem et avarum identidem ampullam quamdam oleo plenam sollicitè spectantem, quasi horologium gereret. Scipio Nasica, auctore Plinio l. 7, c. 60, clepsidram dedicavit sub toeto anno urbis conditae 595, cum ad id usque populus Romanus in nocturnis diurnisque horis, sole

non apparente, incertus vagaretur. Vitruvius, l. 9, c. 9, fasus agit de horologiis solaribus et clepsidris.

Ante horologia distinguendo tempore pedes serviebant: unusquisque enim umbram sui corporis dimetiebatur; qui planè usque diutius mansit rari, quemadmodum ex Palladio, auctore secundi seculi, intelligimus, apud quem singuli duodecim libri de Re rustica clauduntur cum mensura solis singulorum mensium, quae horas ejusdem mensis pedum dimensione distinguit. Idem occurrit in tractatu de Horologiis, inter opera Bodae Venerabilis. Variis est quidem corporum mensura, sed tamen nihil ex eo incommodi in horarum aequalitatem, cum pedum mensura plerumque corporis habitudinem sequatur. Computabatur umbra usque ad viginti pedes, atque horae conveniendi cum amicis, horae prandii, etc., ad talem pedem destinabantur, quemadmodum apud nos ad talem horam certae quaedam res peragenda constituntur. Vir quidam ad prandium invitatus ad duodecim pedes, cum nocte intempestè à lecto surrexisset, ad lanam micantis fulgorem (solem rates) untram dimensus, conductam pedum mensuram deprehendit; quare statim ad prandium ante exortum solis in amici domum convolvit (1).

(CALIST.)

(1) Menander:

Ουκ ἔστιν ἄλλο  
 ἢ: ἰστίαν δαδραμένην, ἔσθραε  
 Πρὸς τὴν οὐρανὸν ἔσθραε, τὴν πύαν ἰδὼν,  
 ἢ: δαδραμένην, καὶ παρὴν ἀπὸ ἡμέρας.

## DE TEMPO SALOMONIS

### UNIVERSITY OF CHICAGO Dissertatio: AUTÓNOMO

*Utrum à ruditate et moribus gentium originem traxerit.*

Joannis Marsham in Canone Chronico p. 54 et 210, et Joannis Spenceri l. 3 de Legibus Hebraeorum ritualibus dissertatione 6, nova et singularis opinio huius Dissertationi occasionem dedit. Asserunt enim viri illi eruditissimi, templum Salomonis à ruditate gentium originem traxisse. Et Marshamus quidem id pressius et quasi obiter exequitur; Spencerus verò prolusè et elegantè Dissertatione specio-

sum illud commentum adstruere nititur, cui sequentem propositionem opponimus.

PROPOSITIO UNICA. — Templi Salomonici ergo ad Aegyptiacam superstitionem, vel ruditatem gentium referenda non est, sed ad Dei optimi maximi consilium, assatum, auctoritatem, Davidique et Salomonis pietatem.

Probatur 1<sup>o</sup> ex Scripturâ sacrâ; Regum c. 7.

ubi narratur quomodo David indignum aestimaverit Dei majestatem, indecorumque his beneficiis quibus se Deo optimo maximo obstrictum palam profitebatur, ut arca Dei in tentorio posita esset, dum ipse in domo cedrinâ habitaret; atque ita regie suae intuitu, quam Deo favente edificaverat, ad eadem magnificentiam Deo caeli terraque supremo Domino et Regi regum fabricandam et dicendam excitatus est. Hujusmodi autem consilium à Dei afflatu proficisci Nathan propheta declaravit. Neque id ut Aegyptiacae superstitionis reliquias condonarit, sed ut eximie pietatis affectum probavit. Et tantum abest ut profanorum templorum intuitu, quae Israelitis olim in Aegypto viderant, Deus gentium ruditati, seculique moribus se accommodans, templi fabricam concesserit, ut contra nihil se de tali sede locutum significet, quo tempore Aegyptiacorum templorum, si quae essent, memoria apud majores eorum recens erat. Factum est autem cum sedisset rex in domo sua, et Dominus dedisset ei requiem undique ab universis inimicis suis, dixit ad Nathan prophetam: *Videsne quod ego habitem in domo cedrinâ, et arca Dei posita sit in medio petulorum? Dicitque Nathan ad regem: Omne quod est in corde tuo, vane, fac, quia Dominus tecum est. Factum est autem in illâ nocte, et ecco sermo Domini ad Nathan, dicens: Vade, et loquere ad servum meum David: Haec dicit Dominus: Numquid tu edificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitari in domo ex die illâ quâ eduxi filium Israel de terra Aegypti, usque in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo et in tentorio. Per cuncta loca, quae transiit cum omnibus filiis Israel numquid loquens locutus sum ad unam de tribubus Israel, cui præcepi ut pasceret populum meum Israel, dicens: Quare non edificastis mihi domum cedrinam? Et nunc haec dices servo meo David: Haec dicit Dominus exercituum: Ego te tui de potentia sequentium greges, ut esses dux super populum meum Israel: et sui tecum in omnibus ubique ambulasti, et interfeci universos inimicos tuos à facie tua: sed tibi nomen grande iuxta nomen magorum qui sunt in terra. Et ponam locum populo meo Israel, et plantabo eum, et habitabit ibi eo, et non turbabitur amplius; nec addent filii iniquitatis ut affligant eum sicut prius, ex die quâ constitui iudices super populum meum Israel: et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, prædicetque tibi Dominus, quid domum faciat tibi Dominus. Cumque completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te,*

*quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum ejus. Ipse edificabit domum nomini meo, et stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum. Pietatem Davidis de templo edificando cogitantis non solum Deus commendat, verum etiam amplis promissionibus munerat: et in numero benedictionum quibus filium ejus Salomonem cumulabit, hanc velut principem recenset, quod divinae majestati suae templum sit edificaturus. Non ergo ad Aegyptiacam superstitionem, vel ruditatem gentium referenda est origo templi Salomonici, sed ad Dei optimi maximi consilium, assatum, auctoritatem, et ad Davidis ac Salomonis pietatem.*

Confirmatur ex 4 Paralipomenon c. 23, ubi de Davide dicitur: *Vocavitque Salomonem filium suum, et præcepit ei ut edificaret domum Domino Deo Israel. Dixitque David ad Salomonem: Fili mi, voluntatis meae fuit ut edificarem domum nomini Domini mei, sed factus est sermo Domini ad me, dicens: Multum sanguinem effudit, et plurima bella bellasti; non poteris edificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me; filius qui nasceretur tibi erit vir quietissimus: faciam enim cum requiescere ab omnibus inimicis tuis per circuitum, et ob hanc causam pacificus vocabitur; et pacem et otium dabo in Israel cunctis diebus ejus. Ipse edificabit domum nomini meo, et ipse erit mihi in filium, et ego ero illi in patrem, firmaboque solium regni ejus super Israel in aeternum. Nunc ergo, fili mi, ait Dominus tecum, et aedifica domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te... Præcepit quoque David cunctis principibus Israel ut adjuvarent Salomonem filium suum. Cervitius, inquit, quid Dominus Deus vester voluit cum sit, et dederit vobis requiem per circuitum, et tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras, et subiecta sit terra coram Domino, et coram populo ejus. Præbete igitur corda vestra et animas vestras, ut quærat Dominus Deus vestrum; et convergite, et aedificate sanctuarium Domino Deo, ut introducatur arca foederis Domini et vasa Domino consecrata, in domum quæ edificatur nomini Domini. Quid in 109 illo Davidis regis sermone pietatem non sapit? Nam aliquem ad Aegyptiacam superstitionem, ad ruditatem gentium, ad profanos seculi mores respectum exprimit? Nonne Deo placuisse significat ut Salomon ipsi domum edificaret? David rex et propheta sanctissimus Salomoni filio suo jubet ut sacrum illud opus secundum voluntatem Dei periciat; divina illi promissa et beneficia proponit, quibus ad id exequendum excitetur: principes*

Israel acceptorum pariter beneficiorum memoria instigat et permovet ut Salomonem in fabrica templi adjuvent. Tantum abest ut eos Aegyptiaca superstitionis amulatione, vel ruditate gentium, profanorumve seculi morum imitatione, et quiddam veluti contagione illi praestituros dicat, ut potius hoc opere Deum quaeri, Deo immortalis corda praeribi asserat. Denique finem exponens ob quem edificatio templi ab ipso suscepta sit, et Salomonis filio servata, non ait illi factum ut seculi moribus conformarentur, sed ut arca foederis Domini, et Vasa Domini consecrata in eo deponerentur ac servarentur.

Confirmatur 2<sup>o</sup> ex literis Salomonis ad Hiramum regem Tyri, scribitis 3 Regum 5: *Tu vis voluntatem David patris mei, et quia non poteris edificare domum domini Dei tui propter bella imminuta per circumum, donec daret Daniaca eos in vestigio pedum ejus. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus mihi per circumum; et non est satum, neque occurrit mihi. Quomobrem cogito edificare templum domini Dei tui, sicut locutus est Dominus David patri meo, dicens: Filius tuus, quem dabo pro te super solium tuum, ipse edificabit domum domini meo.*

Confirmatur 3<sup>o</sup> ex c. 8 ejusdem libri, ubi templi dedicatio describitur: *Factum est autem, cum egissent sacerdotes de sanctuario, nebula implevit domum Domini, et non poterant sacerdotes stare et ministrare propter nebulam; impleverat enim gloria Domini domum Domini. Tunc ait Salomon: Dominus dixit ut habitaret in nebula. Edificans edificavit domum in habitaculum tuum, firmissimum solium tuum in sempiternum. Converteritque rex faciem suam, et benedixit omni Ecclesiae Israel; omnis enim Ecclesia Israel Israel, et ait Salomon: Benedictus Dominus Deus Israel qui locutus est ore suo ad David patrem meum, et in manibus ejus perfecti, dicens: A te qui educai populum meum Israel de Aegypto, non elegi civitatem de universis tribubus Israel, ut edificaretur domus, et esset nomen meum ibi; sed elegi David ut esset super populum meum Israel. Voluitque David pater meus edificare domum nomine Domini Dei Israeli; et ait Dominus ad David patrem meum: Quid cogitasti in corde tuo edificare domum nomine meo, bene fecisti, hoc ipsum mente tractans. Verumtamen tu non edificabis mihi domum, sed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipse edificabit domum nomine meo. Confirmavit Dominus sermonem suum, quem locutus est, stetitque pro David patre meo,*

*et cecidit super thronum Israel, sicut locutus est mihi Dominus; et edificavit domum nomine Domini Dei Israel. Et constituit ibi locum arcae, in qua sedes Domini est, quod percussit cum patribus nostris, quando egressi sunt de terra Aegypti. Confer cum 1 Paralipomenon c. 6 et c. 7, quo postremoloto dicitur: Cumque complisset Salomon fundens preces, ignis descendit de caelo, et desoravit holocausta et victimas, et majestas Domini implevit domum. Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini, eo quod impleset majestas Domini templum Domini. Sed et omnes filii Israel videbant descendentem ignem, et gloriam Domini super domum; et cornutes prout in terram super pavimentum stratum lapide, adoraverunt et laudaverunt Dominum: Quoniam bonus, quoniam in terram misericordiam ejus. Bonam fuisse ac Deo gratam Davidis voluntatem de templo nomini Domini edificando, Spiritus sanctus testatur Deo placuisse ut operis exequenti servaretur Salomoni. Absoluti templi fabrica, enim dedicatio solemniter rite celebraretur, Deum immortalis editis miraculis significasse quam sibi acceptum esset sacrum opus: ignem quippe de caelo de lapsu holocausta et victimas consumpsisse, et nebulam Dei majestatis indicem templum implevisse, quae se in hac ade singularem quiddam ratione presentem esse testatus est ut populi sui sacrificia processu susciperet, suaque beneficia in templo isto orantibus conferret. An, quae, ab Aegyptiaca superstitione et ruditate gentium profectum opus ita Deus approbasset, ac miraculis illustrasset?*

Probat 2<sup>o</sup>: Aedes quam edificavit Deus jussit ut Christi et Ecclesiae figura et propheta sensibilis esset, ab Aegyptiaca superstitione ac gentium ruditate non dicitur originem; sed templum Salomonis Deus edificari voluit ut esset figura et sensibilis quaedam propheta Christi et Ecclesiae: illius igitur origo ad Aegyptiacam superstitionem et ruditatem gentium inconstititio refertur.

Minor propositio S. Augustini verbis probatur libro de Symbolo ad catechumenos, cap. 9: *Templum habet Deus: nam et Salomon rex et propheta jussus est edificare templum et Deo... Et unde edificavit? De lignis et lapidebus: quia dignatus est Deus facere sibi per servum suum domum in terra, ubi rogaretur, sed commemoraretur. Unde dicit beatus Stephanus Act. 7: Salomon edificavit illi domum; sed Altissimus non in manufactis templis inhabitat. Si ergo corpora nostra templum est Spiritus sancti, qualis Deus est, qui edifi-*

*cavit templum Spiritui sancto? Sed Deus. Si enim templum Spiritus sancti sunt corpora nostra, ille Spiritui sancto edificavit templum, qui et corpora nostra. Et in Psalmum 137, explicans illa verba: Adorabo ad templum sanctum tuum, ait: Ipsa congregatio angelorum templum Dei est... Ecclesia deorsum, et Ecclesia sursum. Ecclesia deorsum in omnibus fidelibus; Ecclesia sursum in omnibus angelis. Et in Psalmum 44: Templum regis ipsa Ecclesia, intrat in templum ipsa Ecclesia. Unde construitur templum? De hominibus qui intrant in templum. Lapidem vivi qui sunt, nisi fideles Dei?... Templum regis in unitate est; templum regis non est ruinosum, non discissum, non divisum. Sanctora lapidum viventium, charitas est... Templum suum Deus ubique collocavit, fundamenta prophetarum et Apostolorum ubique firmavit. Et in Psalmum 68, explicans illa verba: Neplebitur in bonis domus tua; sanctum est templum tuum, mirabile in equitate, haec habet: Ista sunt bona domus illius. Non dixit: Templum sanctum tuum mirabile in columnis, mirabile in marmoreis, mirabile in tectis auratis, sed mirabile in justitia. Habes foris oculos unde videas marmora et aurum. Intus est oculus unde videatur pulchritudo justitiae... Et ipsum templum, fratres, nolite praeter vos cogitare. Amate justitiam, et vos estis templum Dei... Ille unus vir qui assumitur in templum Dei, et plures sunt, et unus est. Ex unius persona dicit: Ezzeai, Deus, orationem meam; et quia ipse unus ex pluribus constat, modo ait: Ezzeai nos, Deus, Salvator noster. Ibidem loquens de civitate Jerusalem, ait: Civitas ergo quaedam illa terrena cujusdam civitatis aeternae in caelis umbram gerebat; ac ubi caput illa quae significabatur, evidentius praedicari, umbra quae significabatur, dejecta est: propterea ibi modo templum non est, quod fabricatum fuerat in imaginem futuri corporis Domini. Tenemus lucem, umbra transivit. Denique libro 15 de Civitate Dei, cap. 48: Haec autem domus, inquit, ad novum pertinet Testamentum, tanto utique majoris est gloriae, quanto meliores sunt lapides vivi, quibus credentibus renovatisque construitur. Sed ideo per installationem templi illius est, quia ipsa renovatio illius aedificii significata significat eloquio prophetico alterum Testamentum, quod appellatur Novum. Quod ergo Deus dixit per memoratum*

*prophetam: Et dabo pacem in loco isto; per significantem locum ille qui eo significatur, intelligendus est: ut quia illo loco instaurato significata est Ecclesia, quae fuerat aedificanda per Christum, nihil aliud accipitur, quod dictum est: Dabo pacem in loco isto, nisi: Dabo pacem in loco quem significat locus iste. Quoniam omnia significantia videntur quodammodo eorum rerum, quas significant, sustinere personas, sicut dictum est ab Apostolo: Petra erat Christus, quoniam petra illa, de qua hoc dictum est, significabat utique Christum. Major est itaque gloria domus hujus novi Testamenti, quam domus prioris veteris Testamenti, et tunc approbit major, cum dedicabitur. Tunc enim venit desideratus a cunctis gentibus, sicut legitur in Hebraeo Aggaei 2, 8. Nam prius ejus adventus nondum erat desideratus omnibus gentibus. Non enim quem deberant desiderare seiebant, in quem non crederant. Tunc etiam secundum septuaginta Interpretes (quia et ipse propheticus sensus est): Veniet quae electa sunt Domini de cunctis gentibus. Tunc enim verbum non veniet nisi electa, de quibus dicit Apostolus, Ephes. 1, 4: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Ipse quippe architectus, qui dixit Matth. 23, 14: Multi vocati, et pauci autem electi, non de his, qui vocati sic venerunt, ut de convivio proficerent, sed de electis demonstraturus est aedificatum domum, quae nullam deinceps formidabit erumpan. Nunc autem quando et hi replent Ecclesias, quos tanquam in area ventilatio separavit, non apparet tanta gloria domus hujus, quanta tunc apparebit, quando quisquis ibi erit, semper erit.*

Et praefatione in psalmum 126: Salomon edificaverat templum Domini, in typo quidem et in figura futura Ecclesiae et corporis Domini; unde dicit in Evangelio: Solvite templum hoc, et in tribus excitabo illud. Quia ergo ipse edificavit illud templum, edificavit sibi templum verus Salomon Dominus noster Jesus Christus, verus Paucifidus... De quo dicit Apostolus: Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum. Ipse est verus Paucifidus, qui duos parietes è diverso venientes in se copularit, quibus factus est lapis angularis, venienti populo ex circum praepitio gentium et ipsorum credentium; fecit unam Ecclesiam de duobus populis; et factus est illis lapis angularis, et ideo vere

« Pacificus. Quia ergo ille verus Salomon, Salomon autem ille filius David de muliere Bethsabæe, rex Israel, figuram gestabat hujus Pacifici quod templum edificavit, ideo, ne illum putes Salomonem, qui edificavit domum Deo, alium Salomonem tibi ostendens Scriptura sic cepit in ps. 126: *Nisi Dominus edificaverit domum, in vanum laboraverunt qui edificaverunt eam.* Dominus ergo edificat domum, Dominus Jesus Christus edificat domum suam. Quæ autem domus Dei, et ipsa civitas, domus enim Dei populus Dei, quia domus Dei, templum Dei. Et quid dicit Apostolus? *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* 1 Cor. 5. 17. Omnes autem fideles, quæ est domus Dei, non solum qui modo sunt, sed et qui ante nos fuerunt, et qui post nos futuri sunt, adhuc qui nasci habent in rebus humanis usque in finem seculi, congregati in unum fideles innumerabiles, sed Domino numerati, de quibus dicit Apostolus 2 Tim. 2. 19: *Nocti Dominus qui sunt ejus;* grana illa quæ modo geruntur inter paleas quæ massam unam factura sunt, quando area in fine fuerit ventilata: omnis ergo numerus Fidelium sanctorum, ex hominibus commutandorum ut fiant æquales angelis Dei, adjuncti etiam ipsi angelis, qui modo non peregrinantur, sed expectant nos quando à peregrinatione redeamus, omnes simul unam domum Dei faciunt, et unam civitatem. Ipsa est Jerusalem. »

Confirmatur ex Theodoro: questione 1 in lib. 1 Paralipomenon, dicente: « Non ipse (David), sed ejus filius templum edificavit. Nam quoniam Christus, secundam carnem quidem Davidis filius, ut Deus autem Dominus et herus Davidis, erat edificaturus Ecclesiam quæ sunt in toto orbe terrarum, non sicut Davidem edificare templum Judaicum; sed ejus filium hunc facere, cujus appellatione præfigurabat pacem nostri Servatoris, Salomon enim interpretatur Pacificus, et Dominus noster Pax appellatur. Testis est beatus Paulus clamans: *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.* »

Confirmatur 2<sup>o</sup> ex Venerabili Bedæ, lib. 2 de Tabernaculo, cap. 1: « Tabernaculum, inquit, à Moysæ factum in solitudine, sicut et templum quod fecit Salomon in Jerusalem, statum casuæ universalis Ecclesie designat, quæ partim jam cum Domino regnat in cælis, partim in presenti adhuc vitæ decedentibus, et succedentibus sibi membris suis peregrinatur à Domino. Et quidem in utriusque

« constructione domus hæc principalis solet esse distantia figurarum, quod tabernaculum præsentis ædificium Ecclesie, quæ quotidie in laboribus exercetur; templum futurae requiem designat, quæ quotidianè animarum hinc post labores exeuntium receptione perficitur, quia nimirum tabernaculum Moyses cum populo Dei in viâ adhuc positus, quæ ad terram repromissionis pergebat, condidit; Salomon autem templum in Jerusalem, quæ interpretatur *Visio pacis*, quoniam hic quidem Ecclesia in labore et ærumâ vitæ labentis, et in siti et esurio regni perennis ædificatur; illic autem in visione ac perceptione veræ pacis consummatur. Unde bene in templi constructione dictum est, quod *malum est et æcuria, et opus sacramentum non sunt audita in ea, cum ædificaretur, preparatis extra Jerusalem cunctis lapidibus ac lignis, atque in positionem ordinis sui decenter aptata esse; quæ ibi facilissimè suo quoque loco reddita, aut cemento necerentur aut clavis: quia videlicet in pace supernæ beatitudinis non est tribunalibus nostra examinanda fides, aut vitæ probanda, sed quæ in presenti jam seculo castigata, et celestibus erat sedibus regulariter aptata, sibi gloriæ et vinculis munitæ charitatis, non perpetuè dissolvi quærit, in conspectu etiam sui conditoris ac regis ad invicem copulanda. Nam cum in hæc vitæ multitudinis credentium fiat cor et anima una, et sint illis omnia communia, quid nisi lapides vivi in ædificium futurae domus Domini quadrantur, qui hinc inde translati absque ullius labore tarditatis, suis quique ordinibus inserantur, et sibi met et alterutrum, copulæ divinæ simul et propriæ dilectionis jungantur? Item figura utriusque sanctuarium potest ita generaliter distingui: Opus tabernaculi, tempus synagoga, hoc est, antiquæ Dei plebis; opus verò templi Ecclesiam, id est, illam electorum multitudinem, quæ post incarnationem Dominicam ad vitam venit, significat. Quoniam videlicet tabernaculum Moyses cum solâ Hebræorum plebe consummavit; templo verò Salomon collectâ proselytorum multitudine perfectum, adjuvante etiam Tyrio rege, cum artificibus suis, qui neque naturâ Judæi, neque professione fuerunt. Constat quia priori Dei populo non nisi ex ipsa eorum gente præfuerunt; cæterò Ecclesie rectores primi quidem facti de Hebræis; verum mox crescente eâ ac dilatata per orbem, etiam de gentilibus tracto-*

« res ejus sunt exorti; adeo ut ipse etiam Evangelista Lucas, et Timotheus, ac Titus, viri apostolici, devotione gentium ad præsentem ejus pervenerint. Verum si diligentibus singula aspiciamus, utriusque domus ædificatio totius Ecclesie presentis ætatum mysticè describit, quæ ab initio mundanæ conditionis usque ad ultimum, qui in fine seculi nasciturus est, electum, semper ædificari non desinit; et futura quoque gloriam vitæ, quæ non ex parte fruatur; sed post hujus terminum seculi, in omnibus suis membris in æternam fructura est, mirabili figurarum veritate depingit. Unde non aliqua de tabernaculo, Domino opulante, dicitur, prius nãm ipsum invocantes, humiliter etiam præcedere deposcimus revelari oculis cordis nostri, ut considerare quomodo mirabilia de lege ejus; et in pretiosorum decore metallorum ac vestimentorum, intelligamus ornatum nobis morum, fide ac devotione fulgentium, esse commendatum. Neque enim nobis aliter sermo ille apostolici potest convenire, quo ait 2 Cor. 6: *Vos enim estis templum Dei vivi; sicut dicit Deus, Levit. 26: Quoniam inhabitabo in illis, et inter eos ambulabo; et quod Joannes, Apoc. 21, audivit vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis; quomodo si ornatum tabernaculi sive templi materiale et religiosum mundi cordis et corporis cultu imitemur.* Legatur ejusdem Venerabilis doctoris liber de Templo Salomonis.

Confirmatur 3<sup>o</sup> ex Angelomo, Luxoviensi monacho, auctore ecclesiastico noni seculi, Stromatis in lib. 5 Regum cap. 5: « Domus Domini, quam ædificavit rex Salomon in Jerusalem, in figuram facta est sanctæ universali Ecclesie, quæ à primo electo usque ad ultimum qui in fine mundi nasciturus est, quotidie per gratiam regis sæcifici, sui videlicet Redemptoris edificatur, quæ partim adhuc peregrinatur ab illo in terris, partim evasis peregrinandi ærumis: cum illo jam regnat in cælis, ubi peracto ultimo iudicio, tota est regnatura cum illo. Ad hanc domum pertinent electi angelis, quorum nobis similitudo in futurâ vitâ promittitur. ... Ad hanc pertinet ipse Mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, ipso attestante, cum ait, Joan. 2: *Salvate templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.* Quod exponens Evangelista subjunxit: *Hoc autem dicebat de templo corporis sui.* Dicit Apostolus de nobis,

« 1 Cor. 6: *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? Si ergo ille templum Dei per assumptam humanitatem factus est, et nos templum Dei per inhabitantem Spiritum ejus in nobis efficitur, constat utique quia figuram omnium nostrum, et ipsius videlicet Domini, et membrorum ejus, quæ nos sumus, templum illud materiale tenuit; sed ipsius tanquam lapis angularis singulariter electi et pretiosi, in fundamento fundati; nostri autem tanquam lapidum vicorum superædificatorum super fundamentum Apostolorum et prophetarum, hoc est, super ipsum Dominum, etc. Hæc ex libro Venerabilis Bedæ de Templo Salomonis, cap. 1, Angelomus exscripsit.*

Obijcit Spencerus, summam templorum antiquitatem probare templum Salomonis à gentium ruditate et usu tractum. Ethnicus scilicet deos suos in ædibus quibusdam sacrarum templorum nomine donatis coluisse, diâ antiquam Salomonis templum, aut Moysi tabernaculum strueretur. Id ex sacris Scripturis probari Levitici 55, 50: *Destram excelsæ vestrae, et simulacra confingam.* Item Numerorum 35, 52: *Disperdit cunctos habitatores terre illius; costringite vestra et altaria communitate atque omnia excelsa vastate.* Vocabulum Hebræum, quod Vulgatus interpres titulos transfert, Chaldeus domum adorationis, seu templum interpretatus est. Id confirmat ex Josepho lib. 4 Antiquitatum, p. 120, ubi Deum sic Israelitas alloquentem introducit: « Præterea lucos, et aras, et templa, quotquot habent, ad unum tolli jubeo, ferroque et flammis ita deleri, et ut memoria eorum omnis aboleatur. » Hæc Josephi verba cum legislatoris mente congruere probat Spencerus, ex eo quod Scriptura sacra vix unquam veteris alicujus nominis aut loci meminit, quin et alieni domum aut templum illius, Beth Hebræice dicitur memorat. Occurrit enim Beth-Peor, Deuteronomii 31, 6; Beth-Dagon, 1 Regum 5, 2; Beth-Ashtaroth, 1 Regum 51, 10; Beth-Baal Berith, Judicum, 9, 4; Beth-Baal, 3 Regum 16, 52; Beth-Nisroch, 4 Regum, 49, 5, 7; Beth-Baal-Mehon, Josue, 15, 17. Addit Spencerus cum Marsiano, Ægyptios primos fuisse templorum fundatores, quod testimonio Herodoti probant, in Euterpe, cap. 4, scribentis: « Dixerunt Ægyptios duodecim deorum cognominata primos instituisse, et ab illis Græcos fuisse mutatos. Illos etiam primos diis et aras, et simulacra, et templa statuissè, »

idem assertit Lucianus, lib. de Dea Syria scribens: Primi homines Egypti dicuntur, et deorum hostiam accepisse, et templa condidisse. I Thedeti, templum deae Syriae pleurosque dicere ad Deucalionem structum. Aegyptii (referente Julio Firmico, lib. de Errore profanarum religionum) et Josepho post mortem, patrio suae gentis insituto templa fecerunt. Refert etiam Artapanus, cum Aegypti grandinae et terrae motu affigerentur, et domus quaedam universas, et templorum peraeque corruisse. Lysimachus apud Josephum, lib. I contra Apionem, Mosem et comites ejus convictari studens, eos et ubique deorum et templa, et aras, in quas nempio insiderant, everitisse dicit. Hebraei veteres locum illum: *Et in aedificiorum facti Dominus iudicia*, de templis in Aegypto tunc temporis everitis interpretati sunt, referente S. Hieronymo Epistola ad Fabianum, mansione I. Macrobius, lib. I Saturnalium, cap. 9, & Xenoph. tradit, Iahura (qui deorum Deus, hoc est, primus et antiquissimus a veteribus credebatur) in Italia et primus illis templa fecisse, et ritus instituisse sacrorum. Arnobius, lib. 6 adversus gentes, templorum originem Salomone antiquiorem agnoscit: *vsq; quaevis, inquit, audire quis prior fuerit fabricator, aut Phoropeus Aegyptius, aut Merops tibi visse monstrabitur; aut, ut tradit in Admirandis Varro, Jovis progenies Aeneas.* Ex quibus omnibus colligit Spencerus templum à gentium ruditate derivatum fuisse, et Deum Judaeis (utpote cultus alibi recepti formam impotentem expectentibus) templum indidisse.

Respondetur, certum quidem esse ex Scriptura sacra, profanas gentes templa falsis numini dicata habuisse, antequam templum vero Deo à Salomone extrueretur; sed pariter certum non esse quid Mosale tabernaculo fuerit antiquiora. Titulorum et excelsorum nomine in Pentateucho templa significari probandum incumbit viro erudito; lucos falsis numinibus dicatos, altaria, seu quaevis monumenta illis consecrata; his nominibus significari probabilis est. At veri Dei cultores, ex quo Deus coli coepit, altaria ipsi crexerunt, titulos etiam posterunt, ut Jacobi probat exemplum, Genesis 28: *Climque erigisset Jacob de somno, ait: Verè Dominus est in loco isto, et ego nociebam. Pavenaque: Quam terribilis est, inquit, locus iste! Non est hic aliud nisi domus Dei, et porta caeli. Surgens ergo Jacob mane, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo,*

*et erexit in titulum, fundens oleum super. Appellavitque nomen urbis Bethel, quae prius Luz vocabatur. Vosit etiam votam, dicens: Si fuerit Deus mecum, et custodierit me in via per quam ego ambulo... erit mihi Dominus in Deum, et lapis iste quem erexit in titulum, vocabitur: Domus Dei. Id simulatus diabolus, Dei simia et divinorum honorum praedo, deceptis à se hominibus persuasit ut altaria titulosque illi sub falsorum deorum nominibus erigerent, consecrarent, quorum nomina suis etiam urbibus imposuerunt. Josephus Deum Israelitas alloquentem introducit, ut ipsi placeat, mentionemque templorum ab immortalis Deo factam supponit, et temporum posteriorum usu ac moribus existimans jam tunc idololatra templa habuisse. Herodotus et Lucianus haeritant et ex incertis opinionibus templorum originem ad Aegyptios referant, ut indicant illa verba: *Dicant, dicantur;* et Lucianus ipse de sua dea Syria templo scribit: *Complures igitur Deucalionem Scythiam templum hunc coeque crasse tradunt, cum puta Deucalionem, cuius temporibus aequarum diluvium fuit.* Idem assertit Apollonius libro 5. Porro Noachum nomine Deucalionis ipsos intellexisse, parum perspicax est qui non videt. Quae de templis Aegyptiorum veterum ab Artapano et Julio Firmico dicuntur, scriptoribus ab illa antiquitate tot saeculorum serie remotis, non magni sunt momenti. Macrobius et Arnobii testimonia confirmant quam incerta sit origo templorum... Sed etsi demus gentium templa Salomonico esse antiquiora, imò et nonnulla prius condita fuisse quam Moisi tabernaculum strueretur, non sequitur templum Salomonis à gentium ruditate derivatum fuisse, et Deum Judaeis cultus alibi recepti formam impotentem expectentibus illud indidisse. Quinimò sequitur potius, Deum tabernaculi primùm, deinde templi fabricam praecipisse, ut populum suam electum ab idololatria averteret, ut eum in unius verae religionis societate contineret, dum in uno loco dantassat veri Dei nominis cultuique dicato sacrificia offerre legitime posset, ut denique umbris illis ac typis Ecclesiam significaret, delinearet.*

Obijci Spencerus, ipsam formalem templi notionem et conceptum argumentum esse, gentium ruditatem, eique consentaneam Hebraeorum imbecillitatem, templo extruendo causam praebuisse. Quid enim Deus in templo manufacti habitat, nisi ut se accomodaret ad populi peritiam et incredulit desiderium, qui

Deum in proximo agentem, et rebus precibusque suis modo sensibili presentem postulassee videatur, ex ethnicorum utique moribus et studiis, qui templa sua hinc vel maxime astimantur, quod eorum ope deos semper in propinquo habent, et si usus postularret, facile et familiariter adeundos. Unde Arnobius lib. 6 ethnicum sic loquentem introducit: *Non ideo attrihimus diis templa, tanquam humidos ab his imbres, ventos, pluvias, aut soles arceamus; sed ut eos possimus coram et cominuta contueri, affari de proximo, et cum presentibus quodammodo venerationum colloquia miscere; sub axe enim nudo et sub aethero tegmine invocati si fuerint, nihil audiunt; et nisi de proximo admoveantur his precibus, languam nihil dicatur, obstructi atque immobiles stabant. Hinc etiam Caecilius ethnicus apud Minutium Felicem ait: Intende templis ac delabris deorum, quibus Romana civitas et protegitur, et ornatur. Magis sunt augustia numinibus circos, presentibus, inquilinis, quam cultus insignibus et muneribus opulenta.*

Addit Spencerus, ipsa Scriptura de templo loquentis verba causam opinandi praebere; Deum ob gentium consuetudinem templum Judaeis concessisse. Quamvis enim Scriptura templum Dei domum et habitaculum multoties dixerit, et Deum in illo habitare locis bene multis asseruerit, aliis tamen, Dei in templo habitationem in dubium vocavit, nonnullis aperte denegavit, 3 Regum 8, 27: *Ergone tantum est quod verè Deus habitat super terram? Si enim caelum et caeli caelorum te capere non possunt, quomodo magis domus haec quam aedificavi? Et Isaias 66, 1: Haec dicit Dominus: Caelum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. Quam est ista domus quam edificabitis mihi? Et quis est iste locus quietis mea? Et Actuum 7, 47: Salomon autem aedificavit illi domum. Sed non exccelsus in manufactis templis habitat.*

Respondetur, Davidem, Salomonem, et fideles quosvis Israelitas ab illa gentium profanarum ruditate et errore fuisse alienissimos, quo deos suos ita templis alligatos credebant, ut alibi obstructas aures ad eorum vota haberent, neque sub axe nudo, aut sub aethero tegmine invocati audirent ac praesto essent, ut loquitor ethnicus ille apud Arnobium. Noverant enim antediluvianos patriarchas, noverant Noachum, Abrahamum, Isaacum, Jacobum, Mosem, Deo extra templum et tabernaculum praeces, vota, sacrificia obtulisse, et

religionis officia in omni loco implevisse. Noverant Davidem ad Deum in caelis habitantem oculos animique convertisse; Deum ubique presentem credentem, adorantem in caelo, in extremis maris; ubique succurrere omnibus invocantibus eum in veritate, respicere in orationem humilium; nec spernere praeces eorum; oculos homini in justos respicere, et aures benignas ac facies illorum praecibus optinimè Deum praebere. Unde David septies in die laudem Deo dicebat, media nocte surgebat ut illum oraret; in strato lectulo suo praeces ex contrito corde cum lacrymis fundebat. Salomon verò nomine sapientiam à Deo postulavit et impetravit, antequam templum condidisset? Non itaque ex ruditate illa et errore gentium, sed ex Dei altari et jussu, qui planè illam aedificandi templi voluntatem Davidi et ipsi Salomoni dedit, atque confirmavit, accessenda templi origo est. Scriptura quidem sacra Deum in templo manufacto habitare negat ex necessitate et indignitate, aut quast templi angustis includatur aut restringatur ejus majestas. Quod etiam de suis numinibus opinabatur, eorum potentiam et gratiam sacris aedibus et status obligatam credentes. Quò spectant verba illa Arnobii lib. 6: *Nonne prima et maxima communia est, habitantibus deos habere et districtos? Hanc etiam seosum Minutius Felix rejicit: Quod simulacrum, inquit, Deum fingam, cum si rectè existimes, si Dei homo ipse simulacrum? Templum quòd extruam, cum totus hic mundus, ejus operi fabricatus, cum capere non possit? Et cum homo et latius manum, intra unam aedulam vim et tanta majestatis includam? Illius praecorum ethnicorum errorem excludit Scriptura Joëlis à Spencero laudatis, ut constat ex verbis illis Apostoli in Aropago praedicantis: Deus, qui fecit mundum, et omnia quae in eo sunt, sic caeli et terrae cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis cultus indigenis alligatus, cum ipse det omnibus vitam, et inspiratorem; et omnia. Verum non negat Scriptura, imò inserit docet, Deum, qui ubique praesens est, singulari quodam ratione in templo ejus majestati consecrato presentem esse, ex dignatione, et propensionem erga homines ipsius cultui devotos robbant, ut eorum praeces exaudiat, ipsi in omnibus necessitatibus et periculis praesentissimum opem ferat, atque gratis ac beneficis illis commulet. Unde Moyses Deuteronomii 4, v. 7: *Ne est, inquit, ultra natio tam grandis, quae ha-**

beat deos appropinquantes tibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Et Salomon solemnem templi dedicationem pergens, ut habetur 3 Regum cap. 8, Deum quidem templi septis inclusum et circumscriptum non esse profectur, sed tamen in templo nomini illius dicatur, sed de caelo, illum populi aut preces exaudiri profectur. Ergo putandum est quod verò Deus habitet super terram? Si enim caelum et caeli calorum te cupere non possunt, quanto magis domus hæc quam ædificasti? Sed respice ad orationem servi tui, et ad preces ejus. Domine Deus meus; audi hymnum et orationem, quam servus tuus orat coram te hodie; ut sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die, super domum, de qua dixisti: Erit nomen meum ibi; ut exaudias orationem quam erat in loco isto ad te servus tuus; ut exaudias deprecationem servi tui et populi tui Israel, quodcumque oraverint in loco isto, et exaudias in loco habitaculi tui in caelo, et cum exaudieris, propitius eris. Si peccaverit homo in proximum suum, et habuerit aliquod juramentum, quo teneatur adstrictus, et venerit propter juramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudias in caelo; et facies, et iudicabis serpos tuos, condemnans iniquum, et reddens viam suam super caput ejus, justificans que iustum, et retribuens ei secundum iustitiam suam. Si fuerit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccatus est tibi), et agentes penitentiam, et confidentes nomini tuo venerint, et oraverint, et deprecati te fuerint in domo hæc, exaudi in caelo, et dimitte peccatum populi tui Israel, et redde eos in terram quam dedisti patribus eorum. Si clamum fuerit calum, et non pluerit propter peccata eorum, et orantes in loco isto penitentiam egerint nomini tuo, et de peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam, exaudi eos in caelo, et dimitte peccata servorum tuorum, et populi tui Israel, et ostende eis viam bonam per quam ambulavit, et da pacem super terram tuam, quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terrâ, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut erugo, aut locustæ, vel rubigo, et afflixerit eum inimicus ejus portas obsidens, omnis plaga, universa infirmitas, cuncta devotio et imprecatio, quæ acciderit omni homini

de populo tuo Israel; si quis cognoverit plagam cordis sui, et expandit manus suas in domo hæc, tu exaudias in caelo in loco habitaculi tui, et repropitiaberis, et facies ut des unicuique secundum vias suas, sicut videris cor ejus (quia tu nobis solus cor omnium florum hominum), ut timeant te cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris. Insuper et alienigenæ, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terrâ longinqua propter nomen tuum...; et oraverit in hoc loco; tu exaudias in caelo, in firmamento habitaculi tui, et facies omnia pro quibus invocaverit te alienigenæ; ut discant universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, et probent quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam ædificasti. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam, quodcumque miseris eos, orabunt te contra viam civitatis quam elegisti, et contra domum quam ædificavi nomini tuo, et exaudias in caelo orationes eorum, et preces eorum, et facies iudicium eorum. Quod si peccaverint tibi (non est enim homo qui non peccet), et iratus tradideris eos inimicis suis, et captivi ducti fuerint in terram inimicorum longè vel propè, et egerint penitentiam in corde tuo in loco captivitatis, et comperit deprecatus fuerit in captivitate sua, dicentis: Peccavimus, inique egimus, impij gessimus; et reversi fuerint ad te in universo corde tuo...; et oraverint te contra viam terræ, quam dedisti patribus eorum, et civitatis quam elegisti, et templi quod ædificavi nomini tuo; exaudias in caelo, in firmamento solii tui orationes eorum, et preces eorum, et facies iudicium eorum, et propitiaberis populo tuo qui peccavit tibi, et omnibus iniquitatibus eorum, quibus prævaricati sunt in te; et dabis misericordiam eorum eis qui eos captivos habuerint, et misereantur eis. Populus enim tuus est, et hereditas tua, quos eduxisti de terrâ Egypti, de medio fornacis ferreae. Ut sint oculi tui aperti ad deprecationem servi tui et populi tui Israel, et exaudias eos in universis pro quibus invocaverint te.

Obijcit Spencerus, Israelitas non Dei jussu, sed animi sui inductione, et plane sponte templum fabricasse; neque Deum eorum propositum ratum aut acceptum habuisse, ilque colligit ex verbis Salomonis 3 Regum 5: Ego cogito ædificare templum nomini Dei mei; sicut locutus est Dominus Davidi patri meo, dicens: Pilius tuus, quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo. Consenta-

neum itaque esse opinari, gentium aliarum Egypti præcipue mores, hujusmodi studiis ac desiderijs occasione præbuisse, adeoque templi originem à gentium ruditate et usu non malé deducit.

Respondetur, Dei afflatu, consilio, auctoritate, non arbitrato duntaxat suo, Davidem et Salomonem illam extruendi templi provinciam suscepisse; istam voluntatem, et illius executionem fuisse Deo gratam et acceptam, ilque multis momentis à nobis probatum. Et locus ipse à Spencero laudatus id liquidò probat. Qui enim decernit ædificare templum sicut locutus est Dominus, non suo utique duntaxat arbitrato, sed Dei afflatu et auctoritate fabricam illius suscipit; sed Salomon templum ædificare decrevit, sicut locutus erat Dominus ad Davidem; non igitur proprio arbitrato, cui dederint occasionem profanarum gentium, præsertim Egyptiorum mores; sed Dei afflatu, nutu, auctoritate, sacram illam fabricam suscepit. Quam temerè verò asseritur Deo non fuisse gratam, quam Deus approbavit, laudavit, nec solius verbis gratam sibi esse significavit, dicens Davidi: Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti hoc ipsum mente tractans; sed et miraculis insignis confirmavit? Præterea jam olim Deus mandatum populo Judaico per Moysen dederat, de sacrificijs offerendis in loco quem divina sua majestas designasset ac elegisset, Deuteronomij 12, 15: Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris; sed in eo quem elegerit Dominus, in unâ tribum tuarum, offeras hostias, ut populus quem quæcumque præcipio tibi. Et vers. 26: Qui autem sanctificaveris et reverseris Domino, tolles, et venies ad locum quem elegerit Dominus; et offeres oblationes tuas carum et sanguinem super altare Domini Dei tui. Locissimum quem elegerit Dominus est Jerusalem civitas Sancti, mons Sion, templum ibi à Salomone conditum, ut passim in prophetis aliisque libris sacris habetur. Psalmo 78: Sed elegit tribum Juda, montem Sion quem dilexit. Id à Moysæ prædictum agnoscunt Hebræi; à quibus Josephus lib. 7 Antiquitatum cap. 4, de Davide sic loquitur: Decrevit ædificare Deo templum, quemadmodum Moyses prædixerat. Idem asserunt Maimonides in Præcept. affirm. 20, et Taluudici Gemar. Sanhedr. cap. 2, § 6.

Obijcit Spencerus, gentium templa ab ultimâ penè rerum suarum memoriâ supra heroum suorum loculos et sepulcra erecta fuisse, ut fusè probavit Eusebius, lib. 2 Præpa-

rationis Evangelicæ, cap. 6, cui titulus est: Sepulcra mortuorum esse, quæ deorum templa nominantur. Et S. Cyrillus Alexandrinus, lib. 10 contra Julianum, exemplis bene multis indicat celeberrima gentium templa fuisse sepulcra vel monumenta mortuorum. Idem ante illos docuerat Clemens Alexandrinus ab utroque laudatus, in Cohortatione ad gentes. Quibus consona sunt illa Arnobij lib. 6: Multa ex his templa, quæ tholis sunt aureis, et sublimibus elata fastigijs, auctorum conscriptionibus comprobatur contigere cineres atque cæssa, et functorum esse corporum sepulcra. Ex eo nonne patet et promptum est, aut pro diis immortalibus mortuos vo colere, aut inexpugnabilem fieri numinibus contumeliam, quorum delubra et templa mortuorum superlata sunt bustis? His etiam consona sunt illa Prudentij verba lib. 1 contra Symmachum:

Et tot templa delam Romæ, quot in urbe sepulcra Heroum, numerare licet.

Cum itaque gentes antiquiores heroibus suis, haud ita pridem divinitate donatis cultum exhiberent, ipsa religionis ethnice principia sentire suadent templa à ruditate gentium initia traxisse.

Respondetur quòd etsi templa falsis numinibus consecrata, et ad mortuorum hominum cultum super eorum tumulis extracta, è ruditate gentium originem traxerint, inde tamen absurdè colligi quòd templum à Salomone Deo vivo et immortalis sacrum et consecratum, ex gentium ruditate et superstitione originem habuerit; imò sequitur exitatum esse, ut populus Dei à gentium moribus averteretur, ac templi sanctitatem ex sanctitate numinis quòd colebat, et religionis quæ eum colebat, puritate asilnaret, moresque suos ad divine legis et sanctimonie normam ita componeret Isaacilias, ut ipsa templa Dei fieri mereerentur.

Obijcit Spencerus 1<sup>o</sup>, templum, quantenus habitaculum Deo sacrum, tam multa rudiditas antique monumenta mentibus nostris obficere, ut gentium ruditas templo originem dedisse facile censetur. Nam qui primi templum aut habitaculum Deo posuere, credidisse videntur, illum aut honorem, aut quietem, aut tegumentum ad caeli injuriam propulsandam desiderare. 2<sup>o</sup> Qui hujusmodi habitacula primi statuerunt, eo animo fecisse videntur, ut Deum tanquam presentem adire, affari de proximo, et quasi coram et cominis intueri possent, persuasi scilicet semotam à rebos

humanis Dei in caelo habitantis coram et preces nisi in ipso Numinis habitaculo effusas, nunquam exaudiri. 5° Qui templum pro habitaculo divino primi fabricarunt, de natura divina sanctitate et excellentia planè singulari parùm pro dignitate cogitasse videntur. Nam domicilium manu fabrici et è villi materiâ factum, nullum cum Dei naturâ et sanctitate consensum colli. 3° Primi templorum auctores divinitatem septis quibusdam consideri, et illius vim et presentiam templi parietibus includi posse censerunt. At Judæos non minus crasse de Deo judicasse è propheta verbiâ intelligitur: *Quoniam sedes mea, terra autem sanctificationis pedum meorum. Quare est ista domus quam edificavit mihi? Et quis est iste locus quietis mee?* Isai. 66, 4. Quæ verba S. Cyrillus Alexandrinus lib. 4 contra Julianum eleganter paraphrasæ sic illuminavit: « Edificaverat Jerosolymis celeberrimum illud templum Salomon sapientissimus, quo mirifice celebratur Judæorum populû, nisi in illo circumscriptum habitare universorum Deum. Târli enim ac rudes enim essent ad intelligendum quæ de Deo dicebantur, cumque Jerusalem Dei urbem esse putarent, in ea solâ ipsam habitare contendebant, propterea quod Davidis ore dictum esset: *Gloria dicta est de te, ædificata est Dei.* Quare cum exiit de Deo sentirent, illos arguit his verbis: *Quam domum edificavit mihi, cui sedes caelum, terra, aënis, et bellum? Operiebatur enim clarè ostendens his, qui naturam illius circumscripti ac coerceri locis arbitrabantur, et illum esse ubique, nec ullâ re capi, sed potius ire per omnia, et caelum ipso plenum esse, terram plenam.* »

Respondetur, etsi Judæorum quidam ita crasse de Deo judicârunt, David tamen, Salomon, prophetæ ac spiritalibus Israelitis, absque temeritate et impietate alligari non posse tam inepta vitia, quod scilicet templum Deo necessarium esse crediderint, ne hyemalia sentiret frigora, aut solibus torreretur æstiva, aut pluvialibus nimbis perturbaretur, aut ventorum turbidibus vexaretur, ut gentiles de diis suis somnitiæ indicat Arnobius lib. 6; aut quod opinati sint David et Salomon Deum exaudire non posse nisi eos qui in templo orarent; et magis rudes atque excelsi fuerint Demonæ, qui, ut refert Lucianus in ejus Vita, quopiam ex amica dicente: « Alæmas, ô Demonax, in Esculapii templum, pro illi salute oraturi, » respondit, « Vehementer surdum existimas Esculapium,

visi nec istis nos orantes exaudire poterit; aut quod David, Salomon, prophetæ, spiritalibus Israelitis, de natura divina sanctitate et excellentia parùm pro dignitate cogitaverint, vimque summi Numinis et presentiam templi parietibus includi posse censerint, minusque perspicaces fuerint quam Heraclitus ethnicus, ad Hermodorum scribens: « O rudi homines! docete nos, quis sit ille deus qui in templis concluditur.... O indocti! non scitis quod Deus manufactus non sit, neque è principio fundamentum suum habeat, aut circumferentiam? Universus mundus ejus templum est, animalibus, plantis, et stellis variegatus. » Qui fronte sapientissimus et tunc religiosissimus Salomon, crasse illa et absurda gentium, aut fortè carnalium etiam Judæorum opiniones tribui possent, cum Deum templo, intè caelo et terra, totoque orbe capi et circumscripti non posse palam profiteatur; et de corpore preces illum invocatum exaudire? (5 Regum 8, et 2 Paralipome non 6.) Cum etiam Josephus lib. 8 Antiquitatum Judaicarum, Salomonem templum dedicentem sic orare faciat: « Tu quidem sempiternam fidem habes, Domine, nec ignoramus te tibi ipsi hanc universi molem condidisse, quæ ex aëre, terra et mari constat; quam totam implet, nec tamen ab eâ caperis. Hoc verò templum scdè nomini tuo adornavimus, ut in hoc sacrificiis ac precibus in caelum missis tibi propitio litaremus, certò persuasi quod et hic ades et nusquam interim abes. Cum venim omnia vides, audias omnia, nihil tibi obstat hæc res quominus ubique tuè dignum est habitus; à nemine alienus, et omnibus proximus, præcipue his qui te desiderant nocte dieque, præsens ac propitius. Et rursum: « Supplex oro, ut aliquid de tuo spiritu ad hoc templum facolendum deducas, et nobis appareat in terris quoque te degere. Alioquin tibi parvum est domicilium universum hoc caeli convexum, necdum hoc quatuor circumque templum. » Esto verò carnales Judæi ita crasse de Deo judicaverint, ut illum templi septis circumscriptum arbitrentur, an ita despicendum est ut Davidem et Salomonem hanc templi extruendi provinciam suscepisse dicamus, ad palpandum carnales illos Judæos, quos vel hæc ratio in tam crassa et absurda opinione fovendos pervidissent, et Deum operis eo fine et eâ occasione suscepti executionem verbis et miraculis approbasse?

Obijci Spencerus, templi magnificentiam

gentium ruditati et vulgari Hebræorum ingenio originem suam debeuisse. Gentilium enim templa (Salomonis molè vetustiora) eâ amplitudine, splendore et structuræ elegantia incluserit, quod ad eorum magnificentiam adaugendam, materia cum opere, natura cum arte, certasse videantur. Hujus rei testem esse Diodorum Siculum, lib. 1, ubi perantiquum illum Ægypti deum Osirin memorans, ait: « Multi tradunt eum posse Jovis et Junoni templum magnitudine et sumptu nobilitate; fanâ insuper duo Jovi aurea, majus caelesti, minus ei quem Ammonem vocant, ipsum dedicasse ferunt. » Idem auctor, post paucos paginas, quatuor templorum meminit, ab antiquissimis Ægypti regibus Heliopoli extruitorum, quorum unum stadiorum tredecim circumitum, et quadraginta quoque cubitorum altitudinem habuit. « Cui magnificentia par erat rerum ibi consecratarum ornatus, tum impensis admirandus, tum manuum opere exquisitè elaboratus. Refert etiam Herodotus, lib. 1, de fano quodam inferiore, ad magnificentiam Jovis Belli templum pertinente, aureâ superpellectie tum illustri, quod Chaldaeæ octingentorum talentorum auri opus destinaverint. » Eusebius etiam lib. 10 Præparationis Evangelicæ, cap. 4, Ægyptiorum, Phœnicum et Græcorum ante tempora Trojana florantium mores referens, « templa magnifica, omnique signorum ac donatorum genere ad eximium spectem ornata, apud omnes in usu » esse memorat. Nisi itaque testibus hisce fidem omnem detrahendam censeamus, necesse videtur existimare, magnificam gentium templa Salomonicum antiquitate superasse, et eorum magnificentiam templi illius dignitati et apparatui splendidissimo causam et occasionem præbuisse.

Respondetur, aut se res habeat de templorum apud gentes magnificentia ante Salomonis tempora, falsum esse quod eorum pulchritudo, elegantia, splendor, opulentia, templi Salomonici magnificentiam occasionem dedit. Hæc enim in Davidis et Salomonis pietatem, de Dei majestatis ut par est sententiam, omnino refundenda est. Templa magna diis suis exaltârunt gentiles, quod deorum excellentiam pretiosissima quæque decere persuasionem haberent. Unde illa Ovidii:

*Nos quoque templa juvant, quamvis antiqua probemus,*

*Aurea: majestas comenit ista Deo.*

Cum itaque David et Salomon Dei optimi

maximi majestatem summam, insitam, immensam, perfectissimam, omnipotentissimam, sanctissimam esse firmissime crederent, et potè qui sit primum rerum omnium principium et finis altimus, operæ pretium existimârunt templum ipsi magnificentissimum et augustissimum extruere et consecrare, quod ejus magnitudinem testaretur. Unde Salomon ad regem Tyri Hiramum scribebat, 2 Paralipome non 2: *Domus quam edificare cupio, magna est; magna est enim Deus noster, super omnes deos: Quis ergo poterit prævalere ut ædificet et dignam domum? Si calum et caeli colorum capere eum nequeant, quantus ego sum ut possim? Sed ad hoc tantum ut adoleat in cenam coram illo. Deum præcipue et singulari quidam ratione Israelitici populi regem esse, David, Salomon, omnesque spirituales Israelitæ persuasum habebant, et alii persuadere tois viribus nitentur. Propterea templum palatii regis formam habuit, in quo omnia ad pompam et splendorem magnificentissimè composita. Unde H. Schem Toth, hæc expendens, ubi varia altaria et conclavia, exaltatores, ministros; tibicines, sufficientia, regia mensæ apparatus, purpuratos aulicos, regium conclave, solumque ob oculos posuit, subdit: « Atque hæc omnia eò spectabant ut intelligeret vulgus regem, nempe Dominum exercituum inter cænos versatum esse. Est enim ille Rex magnus omnibusque gentibus metendus. » Hæc Salomonis fuisse mentem verba ejus probant 3 Reg. cap. 8, 15: *Edificans ædificavi domum in habitaculum tuum, firmissimum solium tuum in sempiternum.* Hanc etiam spiritualium omnium Israelitarum fuisse mentem, probat illud Jeremias cap. 17: *Solum glorie attulidisti à principio locus sanctificationis vestrae, ita præterea templi magnificentia virtutem omnium apparatus et splendorem significabat, quibus Deus in nostrâ dedicandæ est mente, in nostro consecrandis pectore; Ecclesiae denique pulchritudinem et gloriam adumbrabat.**

Obijci Spencerus, templum Salomonis in monte conditum fuisse, id verò ex gentium rudiotum usi præfactum, qui templa sua in locis editis ædificabant. Hinc illud Jeremias 5, 25: *Verè mendaces erant colles, et vanitudo montium; verè in Domino Deo nostro solus Israel.* In montibus luci sacri ac templa condita passim leguntur in historicis, et apud poetas geographos. Templum Jovis Iabradensis in monte Carie apud Labrada vicum Strabo memorat lib. 14; montem sublimem Veneri sa-

erum ad Pedalium promontorium (ibidem); templum Dianæ Pergææ, in loco excelso, in Pamphylia, et in Rhodo insula templum Jovis Atabyrii in monte Atabyrii altissimo, cui etiam Isidis templum addit Applanus in Mitridateis (ibidem). Idem Strabo lib. 6 Apollinis Delphici templum locat in monte; lib. 8 Venæris templum in summo Corinthi vertice, et lib. 7 Apollinis templum in colle eidem numini sacro, ad Actium Epiri oppidum. Mons Meros in India Jovi sacre refertur Mele lib. 5, cap. 7. In Græciâ præcipue mos obtinuit templa in montibus extruendi. Isque gentium antiquiorum dogmatis apprime convenit, qui summa montium fastigia deo alicui dicata esse, et singulare quoddam cum celestibus commercium habere credebant. Hinc illa Virgilio lib. 4 Æneidos:

*Alque hunc frontenti vertice collem,  
Quis deus incertum est, habitat deus.*

Ad hunc antiquitatis delusæ morem et errorem aliudant forte verba psalmi 95: *Quoniam in manu ejus sunt omnes fines terre, et altitudines montium ipsius sunt.* Quæ sic explicat Theodoretus in Commentario: *Ipsius sunt etiam montium cacumina, licet dæmones stolidis hominibus milles persuaserit, ut in illis sibi templa erigerent.*

Respondetur, nullo veteris historiæ testimonio probari quod templa illa in montibus ab ethnicis edificata Salomonico antiquiora fuerint, quamvis fortè diis suis interdum sacrificia in montibus obtulerint, vel nuncen aliquod in his residere commenti sint. Verisimilitudine non caret, diabolum Dei simiam gentibus persuasisse ut sibi templa sub falsorum deorum nominibus in montibus erigerent Dei simulatione, cujus templum in monte conditum erat. Ut ut est, templi loco mos gentium rudiorum occasionem non ministravit, sed angeli populum pestilentia percussit et cadentis apparitio juxta aream Arcuæne Jebusæi in monte Moria Davidi facta, in qua David altare Domino erexit jubente Gad propheta, et sacrificia obtulit, quibus placatus Deus, cohibuit pestilentiam. Videns autem rex sanctus quod exaudivisset eum Deus in igne de celo super altare holocausti, dixit: *Hæc est domus Dei, et hoc altare in holocaustum Israel.* 1 Paralip. 21 et 22. Hoc, inquam, in loco à Deo per angelum, et per ignis celestis inmissionem super victimas designato Salomon templum edificavit, ut habetur 2 Paralipomenon cap. 5, 1: *Et cepit Salomon edificare domum Domini in Jerusalem in monte Mo-*

*riâ, qui demonstratus fuerat David patri ejus, in loco quem paraverat David in arca Ornam Jebusæi.* Adde, montem illum Isaaci oblatione celestem fuisse, Genes. 22. Præterea, si Salomon templum in monte extruxisset, ut se gentium ruditati accommodaret, populi que mori indulgeret, non solum montem, sed montem totius terre sanctæ celsissimum ad fundandum templum elegerat. At mons Sion non erat totius Palæstinae celsissimus. Nam mons Hermon montem Sionis adeo celsitudine superabat, ut psalmo 435 ros Hermon descendere diceatur in montem Sion. Denique satis est nobis Deum voluisse ut sibi templum in monte Sion extrueretur, et eum locum elegerit; cur elegerit, nostrum non est curiosus indagare, ratio penes ipsum est. Alioqui et rationes assignentur cur Christus in monte Thabor transfiguratus fuerit, in monte secesserit oraturus, in monte sermonem illum celeberrimum habuerit, quem totus Evangelii brevitarium jure dixerimus, Matthæi 5 et Luca 6; cur in monte Calvarie crucifixus sit, et morte sua opus redemptionis nostræ consummaverit; cur è monte Oliveti in caelos gloriosus ascenderit. An Servatorem nostrum gentium ruditati et seculi moribus hæc indulsisse Spencerus asserat, et conjectaris solo eloquentiæ fœco splendidis persuadere se posse confidet?

Objicit Spencerus, Oraculum in tabernaculo et templi recessu positum, et responsa inde data, seculi mori et infirmitati, tanquam cause et origini suæ tribuenda. Gentes enim oracula et templa responsis divinis illustra diu ante Mosis ætatem habuisse. Unde Herodotus Ægyptiis omnium mortalium primos in templis oracula quesivisse, et ab his illum divinandum rationem ad Græcos derivatam, asserit, ac Mycerinum Ægypti regem, qui Mosem antecessit, vim magnam pecuniarum in deorum oracula et responsa insumpsisse, ut populi erga se benevolentiam provocaret.

Respondetur, Herodoto, aut profanis aliis historicis, in rebus Ægyptiacis Mose antiquioribus idem leviter adhibendam non esse, cum ex certis documentis eas non tradiderint, nullusque fuerit Ægyptiæ historiæ scriptor nisi multis post Mosem seculis. Quamvis ergo et apud Ægyptios, et apud Græcos, oracula perpetuo quasi fœdere templis conjuncta fuerint, verisimile est nullum dæmonis oraculum tabernaculo Mosaico fuisse antiquius; sed nequissimum illum Dei et hominum inimicum, ut vidit

Deum optimum maximum solemnem quodam ritu sua dante oraacula in tabernaculo Mosaico, sua etiam in templis æmuli operatione instituisse ut cæcos homines deluderet. Denique Deus ex tabernaculo et ex templi adyto dedit oracula, ut voluntatem suam Israelitis manifestaret, eosque ab idololatriâ magis ac magis averteret, non ut profanarum gentium moribus suos ritus accommodaret. Hanc rationem assertit Origenes lib. 3 contra Celsum, cur Deus propheta apud Judæos excitaverit. *Quomodo, inquit, ostendent nobis isti, qui stultitiam Judæis atque Christianis objiciunt, potuisse Judæorum gentem consistere siue ullâ promissionum præsentia, et cum circumvicinis gentes singulæ in snorum numinum fana peterent oracula, hos solos qui templum externorum numinum didicerant, et non deorum, sed demonum, mirum prophetarum voce moniti omnes gentium deos esse dæmonia; neminem habuisse qui divinæ mentis interpretem se professus è vans illis retraheret eos, qui alloqui noscentium futurorum cupidine descivissent ad cultus ab aliis dæmonas? Considera igitur an non necesse fuerit eos domi habere mellorum ratum copiam, qui externos contemnebant eum suis numinibus.*

Objicit Spencerus, templi situm respectu plage coloram, ex gentium ruditate et moribus originem habuisse. Ita enim templum situm erat, ut ejus sacrarium versis occidentem, et frons aut vestibulum versis orientem dirigeretur; contra quam Christianorum mos est, in quorum sacris ædibus altare versis orientem, vestibulum versis occidentem, collocari solent. Templi situm jam dictum colligit ex Ezechielis 8, 16: *Et introduxit me in atrium domus Domini interioris; et ecce, in ostio templi Domini inter vestibulum et altare, quatuor viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini et facies ad orientem; et adorabant ad ortum solis.* E quibus verbis apertum est, templi vestibulum vel ingressum, solis surgentis regionem respexisse; nam aliter non poterant idololatriæ illi terga in templum, et ora in orientem simul convertere. Id confirmatur Malmondis testimonio in More Nevochim p. 5, cap. 45. Templorum autem apud ethnicos hunc etiam situm fuisse testantur Porphyrius, de antro Nymph; Dionysius Thrax lib. 5 Diæres; Hygeus lib. 4 de agrorum Limitibus constituendis; Clemens Alexandr. lib. 7 Stromatum. Respondetur, incertum esse an ethnicorum

templa sic sita essent ante Salomonico templum, et Mosis tabernaculum. Gentium templa penè omnia adytis sic sacrarum ad orientem conversis olim extracta fuisse, docet Viruvius lib. 4 de Architecturâ, cap. 5, cujus hæc sunt verba: *(Ædes sacre deorum immortalium sic erunt constituendæ, ut signum quod erit in cellâ collocatum spectet ad vespertinam nam cœli regionem: ut qui adierit ad aram immolantes, aut sacrificia facientes, spectent ad partem cœli orientis, et simulacrum quod erit in æde; et ita vota suscipientes contueantur sedem et orientem cœli; ipsæque simulacra videantur contueri ex oriente supplicantes et sacrificantes; quod aras omnes deorum necesse esse videatur ad orientem spectare.)* Quomobrem longè verisimilius est Deum tabernaculo templique sui adyta ad occidentem collocari voluisse, ut Israelitas à gentium moribus, qui solem ad orientem adorare solebant, avocaret, quam ut gentium ruditati se accommodaret. Theodoretus doctissimus Patris ea mens est, questione 25 in 5 Regum, ubi de templo Salomonis ait: *Versum autem erat non ad orientem, ut qui precabantur non adorarentent solem orientem, sed Dominum solis.* Quod totidem verbis repetit Anastasius Sinaita in responsione ad questionem 44.

Objicit Marshamus, templum Salomonis ad templorum formam structum esse, quæ pridem in Ægypto viderant Israelitæ, quia delineat Strabo libro 17 Geographiæ, his verbis: *Templorum structura talis est: In fani ingressu pavimento est latitudine fugerit, aut paulo minus, longitudinem triplâ aut quadruplâ; unde Callimacho ἑρμῆα, curvus dicitur.* Postea magnum porticum, vestibulum, et ubi processeris, aliud vestibulum, rursusque aliud. Post vestibula, templum atrium habens et magnum et eximium. Delubrum verò meliorem, Simulacrum aut nullum, aut non ad hominis, sed alicujus bestie formam effictum. E quibus verbis apertum est, templi vestibulum vel ingressum, solis surgentis regionem respexisse; nam aliter non poterant idololatriæ illi terga in templum, et ora in orientem simul convertere. Id confirmatur Malmondis testimonio in More Nevochim p. 5, cap. 45. Templorum autem apud ethnicos hunc etiam situm fuisse testantur Porphyrius, de antro Nymph; Dionysius Thrax lib. 5 Diæres; Hygeus lib. 4 de agrorum Limitibus constituendis; Clemens Alexandr. lib. 7 Stromatum. Respondetur quod etiam aliqua formæ simili-

tudo inter Aegyptiorum templa, prout à Strabone describuntur, et templum Hierosolymitanum intresserit, non tamen illa hujus exemplar fuisse inde colligendum est. Nullo enim momento probari potest, ea quæ à geographorum principe in Aegypto visa sunt, Hierosolymitarum antiquitate superasse. Imò verò, cum Hierosolymitani templi fama non in vicinis solum, sed et remotioribus gentibus celebris fuerit ac pervagata, ut patet ex 5 Regum 8, 41 et 42, verisimile est gentes exterarum templum suum ad præstantissimi istius exemplaris formam extruxisse. Sanè Deus pater Davidis et Salomonis propositum de templo construendo approbans, non ex peregrinis operibus, aut architectorum peritiâ, proprio ingenio, illos typum sibi formare passus est, sed sua ipse sapientiâ omnium artium structuram omnem delineavit, ut constat ex 1 Paralipomenon 28, 11, 12, 13: *Dedit autem David Salomoni filio suo descriptionem porticus, et templi, et cellario- rum, et cubicularum, in adytis, et domus propitiacionis...* Omnia, inquit, venerunt scripta manu Domini ad me, ut intellegerem veritatem operum exemplaria. Confirmatur testimonio Theodorici questione 28 in 5 Regum. « Est ergo perspicuum, inquit, quod sicut magno et magis ostendit Deus exemplum tabernaculi, et dixit ei: *Facies quædam secundum exemplum, et quod tibi ostensum est in monte*; ita etiam beatorum Davidem docuit gratia Spiritus formam ædificii. Ipse autem hoc ostendit illi. Est autem notandum quod Dominum appellavit scriptor quod dedit ei exemplum omnium quæ erant in Spiritu cum ipso, paulò post adiecit: *Omnia in Scripturâ ex manu Domini dedit David.* »

Obijciunt Marshamus et Spencers locum S. Joannis Chrysostomi Sermone 51 in diem Natalem Christi, ubi ait: « Quo tempore ab Aegyptiis turbis, et barbarâ Pharaonis tyrannide, Hebræorum populum Deus liberavit, et videns ipsos impietatis adhuc secum reliquias habere, relique omnibus sub sensum eadentibus ad insaniam usque addictos, templorumque magnitudinis ac pulchritudinis admiratione ducti, templum ipsis excollebat præcipit, quod non modo materia magnitudinis atque artis varietate, sed et structura et furrâ, cetera omnia quæ ubique terrarum erant, templa obscuraret... Et quemadmodum pater liberarum suorum indulgenter amans, filium proligatis, perniciosis, lascivis

et hominibus usum, nimioque luxu dissolutum, et ad se longo temporis intervallo recipiens, et totò et cum dignitate in majori rerum abundantia consuetueret, ne in angustias aliquas et conjectus, priorum recordatione, atque etiam cupiditate corripitur; ita Deus Judæos ad res sensuales cum stupore propensos videns, et in hisce ipsis rebus præstantissimum aliquid efficit, ne unquam postea Aegyptiorum, aut eorum quæ apud Aegyptios experti fuerant, cupiditate caperentur. » Templum igitur è gentium ruditate et Aegyptiorum moribus ortum traxit, Judice S. Joanne Chrysostomo.

Respondetur, et in questione singulare esse S. Joannis Chrysostomi opinionem, à quâ discedere cogimur, salvè quæ tanto nomini debetur reverentiâ, cum repugnantem habeat Scripturam, nec aliorum Patrum consensu fulciatur. A Scripturâ porro quàm longè abeat in concione illâ populari, patet, cum templum non eò primùm tempore sit constructum, quo populum ad Aegyptiacis turbis, et barbarâ Pharaonis tyrannide Deus liberavit, et quo impietatis Aegyptiacæ reliquias quædam illi adhibebant, sed multis exinde seculis. Nec tamen ad formam Aegyptiacorum templorum Salomonium constructum, sed ad mundi exemplar, S. Chrysostomus docet. « Templumque, inquit, ipsis statuit ad mundi exemplar, totiusque universi; tam quod sensu, quàm quod solo intellectu percipi potest. Sicut enim terra est, et cælum, et medium septimatum instar hoc firmamentum, ita et illud quoque fieri jussit. Duasque in partes divisio hoc templo, et ad medium obiecto velo, eam partem quæ extra velum erat, omnibus ingrediendi potestatem fecit; ad alteram verò illam interioriorem nemini, præter quàm suum sacerdoti aditum atque intuitum patere permisit. Cæterum quòd hæc non nostra conjectura est, sed quòd templum reverè totius mundi ad exemplum constructum fuerit, audi quid Paulus de Christo in cælum ascendente loquens dicat Hebr. 9, 24: *Non enim in manu facta Sanctus introiit Christus exemplaria verarum, ostendens, quòd quæ apud nos sunt, et verorum sint simulacra.* Quòd porro velum dirimeret Sancta sanctorum à sanctis extra positus, sicut hoc cælum quæ super se sita sunt, ab omnibus quæ apud nos sunt, disjungit; audi quomodo etiam hoc, obscuris tamen indicaverit, eum cælum velum appellat. De spe namque referens, quòd sicut anchoram ipsam animæ habeamus tutam ac fir-

eam, deinde subjungit ibid. 6, 19: *Et incedentem usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introiit Jesus supra ce-*

*lum arrium...* Vides quomodo cælum velamen appellaverit?

(NATALIS ALEXANDER.)

## DE JEROBOAMI ET DECEM TRIBUM DEFECTIONE A CULTU DEI

### Dissertatio.

Defectionis illius historia scripta est 5 Regum c. 12: *Dixitque Jeroboam in corde suo: Nunc revertetur regnum ad Domum David, si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo Domini in Jerusalem; et converteretur cor populi hujus ad dominum suum Roboam regem Juda, interficiantque me, et revertentur ad eum. et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, et dixit eis: Nolite ultra ascendere in Jerusalem: Ecco ditius, Israel, qui te educentur de terra Aegypti. Posuitque unum in Bethel, et alterum in Dan; et factum est verbum hoc in peccatum: Ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan. Et fecit fana in excelsis, et sacerdotes de extremis populis, qui non erant de filiis Levi. Constituitque diem solennem in mense octavo, quatuordecim die mensis, in similitudinem solennitatis quæ celebrabatur in Juda. Et ascendens altare similiter fecit in Bethel, ut immolaret simul quoque fabricatus fuerat; constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum, quæ fecerat. Et ascendit super altare quod extruxerat in Bethel, quatuordecim die mensis octavi, quem finierat de corde suo; et fecit solennitatem filii Israel, et ascendit super altare, ut adoleret incensum.*

De vitulis illis Jeroboami queritur 1<sup>o</sup> utrum Dei veri symbola fuerint, in hisque votum Deum Israelite colerint; an verò ipsis stupidorum animalium figuris divinos honores detulerint? 2<sup>o</sup> Cur Jeroboam vitulorum figuram præ cæteris proposuerit? Circa primam questionem, Monceus in tractatu de Vitulo aureo, contendit Jeroboamum vitulos aureos ut veri Dei signa Israelitis proposuisse, nec ipsorum regem et Israelitis adorasse figuras istas stupidorum animalium, sed in illis Israelis Deum coluisse. His momentis nititur: Primò quòd neque hoc ausurus fuisset Jeroboam, neque populus adeo libenter in ipsius sententiam descenderet; secundo, quòd propheta Israelis, qui Jeroboamum sequentur, Deum Israelis, professi sint; ut ille Bethelen-

sis 5 Regum 45, et illi propheta quos Achab et Josaphat consuluerunt 5 Regum 22; tertio, quòd Elias notes Israelem in duas tantum, non in tres partes claudicasse; nempe in partes Damici, et in partes Baalis, nullis relictis partibus vitulis, eorumque sectatoribus, eum eos hand dubiè in partibus Domini habere 5 Regum 18, 21. Circa alteram questionem, idem Monceus existimat Jeroboamum vitulos aureos effinxisse, et Israelitis proposuisse ad similitudinem Cherubim tabernaculi et templi, ut illorum desiderium populo adimeret. Unde et solennitatem Judæicam similem statuit, quòd figura illa sive vitulorum ad eandem religionem pertinerent. Ille ratiōne Jeroboamum ad idololatriam exersit, hæreses isothum et schismatis remi fecit. Grocius in Annotationibus ad lib. 5 Regum cap. 12, ait, Jeroboamum vitulos aureos in Bethel et Dan erexisse, quia volebat Deum colli in eâ figurâ, quæ Josepho Dei ministro, unde ortus erat Jeroboamum, dicata olim fuerat, et quæ in Cherubinis partem faciebatur præcipuam, ut vel illo aspectu populus retineretur in veneratione posteritatis Josephi, faciliusque crederet eis regnum deberi qui ortu esset ab eo cujus maxima fuerant in omnes Israelitis beneficiis. Sic Julia domus Zenonis Hædes per omnes poetas cani voluit, ut eò lenius ferret populus imperium illud velut fati datum. Eorum sententiam sequitur Grocius, qui Josephi memoriam ab Aegyptiis in hebræos cultum voluit, totamque fabulam Apollidis et Scarpidis ad hanc originem referunt. Quò de re Vossius fusè disserit lib. 1 de Origine et Progressu idololatriæ, Cujus vestigia insitit Spencerus dissertatione 3 de Origine arce et Cherubinorum. Singulares horum auctororum sententias brevier reilemum, et communem sacrorum interpretum stabillemum duplici propositione.





PROPOSITIO PRIMA. — Vituli aurei à Jeroboamo confecti et in Bethel et Dan erecti, non erant veri Dei symbola, sed idola; nec verum Deum in illis, sed ipsa stupidorum animalium figuræ Jeroboamus et Israelitæ colebant et adorabant; qui proinde ab idololatriâ nullâ ratione excusari possunt.

Propositionis veritas ex Scripturâ sacrâ perspecta et explorata est. Nam eodem modo Jeroboam de suis vitulis aureis locutus est 5 Regum 12, quo modo Israelitis de vitulo Aaronis Exod. 32, 4: *Hi sunt dii tui, Israel, qui te educent de terra Ægypti.* At figuram ipsam vituli ex auro conflatum ab Aurone, non Deum in illâ Israelitis coluisse, constat. Fecisse enim sibi deos aureos, et peccatum maximum, quod nique idololatriæ criminis est, commississe dicuntur; et à S. Paulo idololatras appellatur 1 ad Corinthios 10, 7: *Neque idololatras efficiamini, sicut quidam, ex ipsis, quando modicum scriptum est: Scitis populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere.* Præterea populus vitulos adorasse dicitur, non Deum Israel in vitulis, et Jeroboam dicitur immolasse vitulis, non vero Deo; cujus essent symbola; 5 Regum 12, 30: *Et factum est verbum hoc in peccatum: ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan.* V. 32: *Et ascendens altare, similiter fecit in Bethel, ut immolaret vitulis quos fabricatus fuerat.* Tertio constituit sacerdotes de extrema populi, qui non erant de filiis Levi. At si Deum Israelis in vitulis aureis adorandum proposuisset, operam dedisset ut ejus cultus per ministros à lege præscriptos procuraretur, quo minus à Mosaicis institutis descivisse viderentur. Quarto, Jeroboam dicitur fecisse sibi deos alienos et confictiles, 5 Regum 14: *Ita dicit Dominus Deus Israel: Quia exaltavi te de medio populi, et dedi te ducem super populum meum Israel, et dedi tibi regnum domus David, et dedi tibi regnum domus David, qui custodivit mandata mea, et secutus est me in toto corde suo... sed operatus es mala super omnes qui fuerunt ante te, et fecisti tibi idola aliena et confictiles, ut me ad iracundiam provocares, me autem projecisti post corpus tuum; idcirco ego indignamini mala super domum Jeroboam, etc.* Quinto, Jeroboam abjectis Dei sacerdotibus, sibi constituisse dicitur sacerdotes demoniorum et vitulorum; demonia igitur, non Deum verum colebat in vitulis. 2 Paralipomenon c. 11, 13, 14, 15: *Sacerdotes autem et Levitæ, qui*

*erant in universo Israel, venerunt ad eum (Roboamum scilicet) de cunctis vitiis suis, relinquentes suburbana et possessiones suas, et transientes ad Judam et Jerusalem, eo quod abjectis eos Jeroboam, et posterius ejus, ne sacerdotio Domini fungerentur. Qui constituit sibi sacerdotes excelsum, et demoniorum, vitulorumque quos fecerat. Sexto, Abia rex Juda contra Jeroboamum pugnaturus, et ad ipsum, ac exercitum Israeliticum verba faciens, ait Jeroboamum ipsis vitulos aureos fecisse in deos, et sacerdotes insulsiisse eorum qui non sunt dii, secundum morem profanarum gentium. 2 Paralipomenon 17, 8, 9: *Nunc ergo vos dicitis quod resistere potestis regno Domini, quod possidet per filios David, habetisque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Jeroboam in deos. Et ejecistis sacerdotes Domini filios Aaron atque Levitas, et fecistis vobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum; quicumque venerit, et intulerit manum suam in tauro de bobus, et in arvisibus septem, fit sacerdos eorum qui non sunt dii. Noster autem Dominus, Deus est, quem non relinquamus.**

Levissima porro sunt Moncei argumenta, id, inquit, non usus esset Jeroboam, vitulos eorum colere et idola, nec populus adhibenter in ipsos sententiam descendisset. Hanc objectionem nemo cordatus non ridebit. Ut enim Scriptura sacra disertè aliquid testatur, humani ingenii conjecturæ conticescant, ut cedant necesse est. At, inquit, propheta Israelis, qui Jeroboamum sequebatur, Deum verum prolebantur. De veris prophetis id concesserim, qualis fuit ille Bethelensis ignavus quidem et mendax, à Deo tamen allatus et fidelis, 5 Regum 13, 20, 21, 26, 29, 30, 31, 32. Sed ille vitulos aureos Jeroboam non colebat, ut colligitur ex his Scripturæ sacre verbis: *Dixit ad filios suos: Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulchro, in quo vir Dei sepultus est: juxta ossa ejus ponite ossa mea.* Profecto enim venisset sermo quem prædixit in sermone Domini contra altare quod est in Bethel, et contra omnia fana excelsum quæ sunt in urbibus Samariæ. Sic Elias, Eliseus, Michæas, eorumque illi propheta quos Abias dispensator domus Achab abscondit in speluncis et pavit grassante Jerabelis persecutione, prophetae erant Domini, et regibus Israelis parebant, excepto vitulorum et aliorum idolorum cultu, atque ritibus omnibus superstitionis, profanis, schismaticis, à lege Dei alienis, quos non solum execrabantur, sed palam execranda

populo ipsisque regibus prædicabant. Propheta illi quadringenti quos Achab consulit antequam expeditionem adversus Ramoth Galad suscepisset 5 Regum 20, falsi erant prophetae, nullo Josaphat ipsos consulere volens, ait ad Achab: *Non est hic propheta Domini quisquam interrogemus per eum?* Illi erant de quibus ait Michæas: *Nunc igitur ecce dedit Demonus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum.* Non mirum proinde quod vitulos adoraverint, qui ex illorum ordine fuisset videtur, quos propheta Baal, et propheta Isachar, qui comedebat de mensa Jerabelis, Scriptura vocat 5 Regum 18, 19.

Quamvis porro Elias ad populum Israelis dixerit: *Usquequæ claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum;* id non probat eos qui vitulos aureos colebant, partes Domini secutos fuisse, Deumque verum in illis quasi symbolis coluisse. Sed cum Baalis cultus prævaluisse, vitulorum cultus præ neglectus videbatur. Quomobrem illius hoc in loco non meminit Elias. Ceterum non duas tantum, sed tres partes in Israele Scriptura distinguit, primam eorum qui sequebantur Baal; alteram eorum qui genua non curvaverant ante Baal, sed verum Deum colebant, ut prophetae, et alii de quibus Deus loquitur 4 Regum 19: *Et derelinquam nihil in Israele septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal, et omnes os quod non adoravit eum oculis manuum.* Tertiam eorum qui in peccatis Jeroboam adhererant, ut dicitur 5 Regum 3, 5; 4 Regum 10, 29, 31, et alibi passim; qui nimirum vitulos aureos in Bethel et in Dan erectos colebant. De quibus Ossee 8, 4, 5: *Argentum suum et aurum suum fecerunt sibi idola, ut interirent; projecta sunt vitulos tui, Samaria, iratus est furor meus in eos, usquequæ non poterunt emendari? Quia ex Israele et ipse est; artifex fecit illum, et non est Deus, quoniam in aranea telas erit vitulus Samariæ, cap. 10, 3, 8; Vaccas Bethanen coliebant habitatores Samariæ... Et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israel, etc. 15: *Feceruntque sibi confictile de argento cui quasi similitudinem idolorum, factura artificum solum est; hic ipsi dicunt: Immolate homines vitulos adorantes.* Denique totum tempus quo Israel vitulis à Jeroboamo in Bethel et Dan erectis adhasit, spectat vaticinium illud Azarizæ prophetae: 3 Paralipomenon c. 15, 5: *Transibunt autem multi dies in Israele absque Deo vero, et absque sacerdote doctore et absque**

*lege.* Deum itaque Israelis in vitulis non colebant reges et populus decem tribuum.

Confirmatur propositio nostra SS. Patrum suffragiis: 1º S. Hieronymi Commentario in Ossee cap. 4: *Fornicatæ sunt et decem tribus cum idolis Jeroboam filii Nabath; et reliquerunt Dominum Deum suum, non custodiendo quæ jusserat, dicens: Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servites.* Et in cap. 5: *Capit, inquit, Ephraim, id est, Jeroboam, abire post idola, et Deum derelinquere. Ipse enim aureos fabricatus est vitulos.* Et in cap. 6: *Quid enim horribilius, quam decem tribus ad idolorum cultum repente transgressas? Unde ad metropolim earum dicitur: Aufer vitulum tuum, Samaria, in quâ primus fornicatus est Ephraim, id est, Jeroboam de tribu Ephraim; et illo fornicante contaminatus Israel est, populus videlicet Samariæ: qui magnæ parte commune Israelis nomen obtinuit.* Idem in cap. 7: *Multa sæpè Israel idololatriæ accepit vulnera, et maxime illud quando in ære vituli conflaverunt caput, atque dixerunt: Isti sunt dii tui, Israele, qui te educent de terra Ægypti. Et cum communi arte tractaretur ut miserabilis populus curaretur, subitè extitit Jeroboam de tribu Ephraim, qui vitulos aureos faceret; et in malitia Samariæ revelata est, sequentis regem impium; operati sunt enim et rex et populus mendacium, hoc est, idolum. Sicut enim contrarium est simulacrum Deo, et ita mendacium veritati. Ibidem istud communi explicans: *Quicquid pulchrum civitas à comminatione fermenti, donec fermentatur totum. Dies regni nostri, etc., hæc habet: Paululum Israel et Samariæ civitas conquievit, recepto in se æroris ardore donec tota massa fermento et similibus fieret, et cresceret, atque erumperet; hæc populus intumescens clamaret ad fores Jeroboam regis, et diceret: Hic est dies Jeroboam regis nostri... Hunc celebramus, hunc canimus; in hoc exultamus et ludimus; in hoc vitulos aureos adoramus... Cùm rex cergeret clamare populum et dicere: Dies iste regni nostri est, et principes quasi lemmulentos et fanaticos necesse quid dicerent, extendit manum suam illusoribus; copulavit assensum his qui ei vanis laudibus illudebant. Qui illusores, cùm insidiarent eis rex suus, et eos à Deo suo abduceret, præberant ei quasi cibum cor suum, ut eos succederet, et idololatriæ flammis ardere faceret...**

Quid plura? Omnes quasi cibus idololatricae igne caelestis sunt, et deruerunt iudices suos, ut qui bonus esse poterat per naturam, et religionis Domini recordari, videns et principes et populum vitulis subditos, et illos putare deos, etiam ipse a scelere devoraretur. Denique omnes reges occiderunt Israel, et ambulaverunt in viis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, et nullus inventus est qui desertis idolis reverteretur ad Deum. Et infra ad ista verba: *Vae eis, quoniam recesserunt à me, et hoc habet, et vastabuntur igitur, et miseri erunt, et semper timentes ac formidantes, quia praeparati sunt in Deum, adorantes vitulos aureos, relinquentes eum qui redemit eos de Aegypto servitute, et eduxit in excelsis brachio; isti vero locuti sunt contra Dominum mendaciter, dicentes de idolis: Illi sunt dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypii, et non clamaverunt ad Dominum in corde suo, sed in idololatricae fornicationibus volutabatur.* Et in cap. 8: *Araearum telis recte Samaria vitulus comparatur; quem eo tempore, pro prelii magnitudine, quia aureus erat, populus adorabat. Hoc quod supra dixerat: Araearum unum, et aurum unum fecerunt sibi idola, ut intellegitur, nunc exponit manifestius: Projectus est vitulus tuus, Samaria; iratus est furor meus in eos, vel in vitulos, quia duos fecerant, vel in Samaria habitatores, qui eos adorabant.* In cap. 16: *In Bethaven, id est, Bethel, vaccae aureae coluntur habitatores Samariae; quas cum irrisione non vitulos sexus masculini, sed vaccae, id est, feminas appellavit: ut videlicet Israel non solum deos vitulos, sed deas vaccae coleret. Et ut ostenderet vaccae Bethaven unum in Bethel vitulum sentiendum, non intulit: Luxit super eis populus, sed super eo, id est, vitulo aureo.*

S. Augustini, libro 17 de Civitate Dei, cap. 22: *Rex, inquit, Israel Jeroboam, mente perversa, non credens Deo, quem veracem et promisso sibi regno datone prolaverat, timuit ne veniendo ad templum Dei, quod erat in Jerusalem, quo secundum divinam legem sacrificandi causis miverse illi genti veniendum fuit, seduceretur ab eo populus, et stirpi David tanquam regio seminii redderetur; et instituit idololatriam in regno suo, et populum Dei secum simulacrorum cultu obstrictum nefanda impietate decepit.*

Theodoret, questione 42 in 5 Regum, ubi cum praemisisset, Jeroboamum duos Juvenas aureas in finibus regni posuisse, ut ad illas conflantes Israelitae Hierosolymam Judaici regni metropolim non irent, subdit: *Expulsi autem et sacerdotes, et Levites, qui in decem tribubus habitabant; et Juvenarum et sacerdotes plebeios quoslibet elegit. Quod et quidem solum fecit convenienter rationi. Non oportebat enim Dei sacerdotes, deos qui non sunt, colere.*

Prooemio II. — *Jeroboam vitulos aureos non effudit, nec Israelitae proposuit in similitudinem Cherubim tabernaculi, vel templi, neque in Josephi patriarchae memoriam, sed ad imitationem Aegyptiacae superstitionis.*

Probatur prima pars: Si enim Jeroboam vitulis suis consilium patriam religionem imitari voluit, cur sicut Pseudo-Cherubim assumebat, non ita arcam, non propitiatorium, Dei sedem, ubi potissimum Dei majestas fundendis oraculis effugiebatur? Cur non tabernaculum, aut certe templum aliquod, Hierosolymam instar erigebat? Deinde, si vituli illi erant ad imitationem Cherubim expressi, cur eos sacro et multo plausibilius, atque in religione et Scripturis usitatissimo Cherubim nomine non appellabat? Id enim nomen ad fucum populo faciendum aptius videbatur. Cur ex Aaronis familia sacerdotes non eligebat, aut eos in regno suo ablegabat, et nomen dignitatemque sacerdotum infimo cuique tribuebat? Cur si vituli Cherubim sacri erant, tot locis in Scripturis sacrae dii alieni vocantur? Cur eos coluit, adoravit,isque sacrificia obtulit, cum in lege veteri nemo unquam audivit ulla Cherubim tabernaculi Mosaii vel templi Salomonici sacrificia offerri consuevisse, vel propositis fuisse ad adorationis objectum? Unde Tertullianus libro Adversus Marcionem, cap. 22: *Sic et Cherubim et Seraphim aureas in arcis figuratum exemplum, certe et simplex ornamentum, accommodata suggestit, longo diversas habendo causas ad idololatriam conditione, ob quam similitudo prohibetur, non videtur similitudinem prohibitarum legi refragari, non in eo similitudo dimis statu deprehensa, ob quem similitudo et prohibetur.* Praeterea Cherubim tabernaculi et templi non erant figurae vitulorum, sed multiformis simulacra, in quibus forma hominis eminebat, ut ostensum est dissertatione 3 in quartam mundi aetate, articulo 3,

§ 5, num. 11. Non est ergo verisimile Jeroboam vitulos aureos conficisse et proposuisse Israelitis ad similitudinem Cherubim templi. Probatur secunda pars propositionis: Qui enim Jeroboamum in Josephi memoriam vitulos aureos conficisse asserunt, et narrantur conjectura, quod Josephum sub bovis symbolo coluerint Aegyptii, et sub Serapidis nomine. At idem non solum incertum, sed minus verisimile est, primo quia Josephi memoria apud Aegyptios brevi intercidit. Mox enim ut Exodi 1, 8, dicitur: *Sarceus rex novus super Aegyptum, qui ignorabat Joseph, quique nulla ejus nec posterorum habita ratione, gravissimam in eos tyrannidem exercuit; secundo, quia valde incertum est an Serapidis cultus apud Aegyptios tam antiquus sit originis. Recentiore esse probat Herodoti silentium, qui de diis Aegyptiorum cum fuisse scripserit, ne Serapidem quidem nominat; neque Aegyptiaci istius nominis scriptores aut ante Alexandri Magni tempora meminerunt. Et plerique ex Pontio in Aegyptum advectum scribunt Ptolemaeo Lago regnante, idque colligunt ex Tacito libro 4 Historiarum, et ex Clemente Alexandrino in Protreptico. Serapidem in locis circa Pontum jam olim non fuisse, constat ex Polybio, Serapidis sanum, in ora Propontidis, describe libro 4 Historiarum. At Serapidis in Aegypto nulla mentio, antequam ex urbe Pontica Synope adveheretur. Contrarium quidem ex Tacito se enire putant Vesius et Sponerus, qui scripserit: *Templum pro magnitudine urbis extractum loco, cui nomen Rhocotis. Fuerat illic sacellum Serapidi atque Isidi antiquitus sacratum.* Ex quibus hujus nominis in Aegypto vetustas videtur aperte adstrui. Sed pugnancia scripsisse Tacitum observat Bochartus. Narraerat enim Tacitus paulo ante, Ptolemaeum, cum Alexandria recens consilia templa et religiones adderet, per somnium fuisse monitum, ut fidelissimis amicorum in Pontum missis, ejus effugiem inde advenit curaret, visumque suum sacerdotibus Aegyptiis aperuisse. Quos cum Pontii reperisset, et rerum externarum partem queras, Timothicum Atheniensem, e gente Eumolpidarum, quamquam illa superstitio, quod nomen esset, interrogasse. Neque ipsi Timotheo id alter fuisse compertum, quam per eos qui in Pontum missent. Tam legatos et nuntia Sinopensium regi Seydrothemidi misisse Ptolemaeum. Quo cunctante multis de causis, rem tandem exacto triennio agrè fuisse*

confectam; cujus historia veritas tota concidit, si sacellum jam antiquitus habuerit Serapis in eo ipso Alexandriae loco, in quo templum postea conditum. Neque enim Aegyptii ignorassent, Serapis quale sit nomen; neque opus habuissent, exteros ea de re consulere, aut illius ex Pontio effugiem tanto molimine accersere, neque eo facto rex Ptolemaeus novae Alexandriae religiones addidisset. Praeterea, bos Apidis quidem symbolum fuit, non autem Serapidis, si Macrobius audiamus, qui Serapidis imaginem ita describit lib. 1 Saturnalium, cap. 21: *Simulacrum signum et tricipitis animalis adjungunt, quod exprimit medio, eodemque maximo, capite leonem; effugiem, dextera parte caput canis exaritur; mansuetam specie blandientis: pars vero laeva cervicis rapacis lupae capite finitur; caesque formae animalium draeo connectit volumine suo, capite reclinante ad dei dextram, quod conspiciatur monstrum.* Minus ergo verisimile est quod Josephus patriarcha sub nomine Serapidis, ac bovis symbolo cultus ab Aegyptiis fuerit, aut etiam sui nomine Apidis. Ac proinde nullus est momenti conjectura, quae hae hypothesis iustitiam, eruditiorum virorum, qui Jeroboamum vitulos aureos in Josephi memoriam crexisse et proposuisse voluit. Adde, nullum esse in Scripturis sacrae vel apud SS. Patres locum, quo probetur erectos fuisse ad Jeroboam vitulos aureos ut monumenta politicae dignitatis in tribu Josephi; sed plurima esse eoque expressa, quibus probatur ipsos erectos fuisse ut religionis objecta, et ut deos adoratione et sacrificiis prosequendos.

Probatur tertia pars: Eadem visus videtur origo vitulorum aureorum Jeroboam ac vituli Aaronis; atque vitulus Aaronis ad imitationem Aegyptiacae superstitionis conficatus, et populo Judaico propositus ad cultum est; idem igitur esto iudicium de Jeroboam vitulis.

Major inde probabilis efficitur, quod de suis vitulis isdem verbis locutus sit Jeroboam 5 Regum 12, 28, quibus Israelitae de vitulo Aaronis, Exodi 32, 4: *Hi sunt dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypii.* Minor vero constat ex S. Stephano Actuum 7, 39, 40: *Aceram autem, inquit, coramibus suis in Aegyptum, dicentes Aaroni: Fac nobis deos qui praestant nobis.*

Id confirmatur ex S. Hieronymi Commentario in cap. 4 Osee prophetae: *Mater, inquit, vocatur populi frequentia et omnis turba nationis Hebraeae ad quam loquitur; illi autem*

« vel singuli ex populo, vel per oppida villas- que dispersi..... Ipsa Dei repulit legem, et idem sacerdotium perdidit in æternum, colens vitulos aureos in Dan et Bethel; et quia colens vitulos aureos in Dan et Bethel; et quia obliata est legis Dei, et penitus Ægyptiis seculis idolis mancipavit; idcirco et Dominus obliviscetur filiorum ejus, tradens eos æternæ captivitati. » Et infra: « Est autem Bethel, que prius vocabatur domus Dei; at postquam vituli in eis positi sunt, appellata est Betha-gen, id est, domus imitatis, et domus idoli, quod nos, ut in Hebræo legitur, expressimus. Videtur autem mihi idecirco et populus Israel in solitudine fecisse sibi caput vituli, quod coleret, et Jeroboam filius Nabath vitulos aureos fabricatus, ut quod in Ægypto didicerant, à mox vel Moyses qui sub figurâ boum coluntur, esse deos, hoc in sua superstitione servarent. » Et in cap. 7: « Unde principes eorum qui infelicem populum deceperunt, cadent gladio propter furorē linguæ suæ, quod vitulos aureos deos appellare sunt au-

Nous ne produisons point ici tout ce qu'une foule d'écrivains chrétiens, mais contemporains, ont écrit de cet événement mémorable, quoiqu'ils soient en grand nombre, et que la diversité même de leurs récits démontre qu'ils ne se sont pas concertés pour en imposer (voyez ces diversités conciliées, et le phénomène des croix lumineuses solidement expliqué dans la savante dissertation de Warburton, sur le projet formé par Julien de rebâtir le temple de Jérusalem : à Paris, 1764, 2 vol. in-12). Nous citerons d'abord aux incrédules le témoignage d'un poète, Ammien Marcellin, historien de réputation ; grand admirateur de Julien, et qui servit avec distinction dans ses armées. Voici son texte, quel auteur de la *Félicité publique* prétend fausement n'avoir jamais été rapporté littéralement par les apologistes du christianisme : Julien (1), dans la vue de rendre son règne mémorable par de grandes entreprises, forma celle de rebâtir, à grands frais, le fameux temple de Jérusalem, forcé et détruit jadis par Vespasien et Tite. Après une sanglante guerre, il avait donné la conduite de cet ouvrage à Alypius d'Anatolie, qui avait autrefois commandé en Bretagne en la place des préfets. Alypius, aidé du gouverneur de la province, poussait fortement le travail, lorsque de terribles tourbillons de flammes, s'élevant continuellement d'après des fondements, rendirent ce lieu inaccessible aux ouvriers, qui furent forcés à diverses reprises. La résistance opiniâtre de cet élément, qui repossait tout ce qui se présentait, força d'abandonner l'entreprise.

Si Julien n'eût eu d'autre objet que celui d'immortaliser son règne par des édifices, il avait bien d'autres sujets d'en élever, sans s'occuper du temple des Juifs. Mais des raisons qu'il n'est pas difficile de pénétrer le portèrent à les favoriser de tout son pouvoir. Nous avons encore la lettre dans laquelle (2), après avoir traité le grand patriarche de frère, il

(1) Hist. l. 25, cap. 1.  
(2) Julien, lettre 25.

les déchargea de tous impôts, et se recommanda à leurs prières, lui et son empire. Cette fraternité, qui leur procura tant de protection et de bienveillance, eût formée par la haine comme que l'empereur apostat et les Juifs portaient au christianisme. Quiconque y voudra réfléchir de bonne foi ne doutera point de ce qu'insinua, peu d'années après, saint-Jean Chrysostôme (1), et de ce qu'a écrit Sozomène, que Julien s'était proposé d'écarter les prophéties qui annoncent que le temple des Juifs ne doit jamais être rétabli. Rufin (2), contemporain de Julien, et qui, peu après la mort de ce prince, fit long-temps sa demeure à Jérusalem, nous apprend que ce fut Julien lui-même qui engagea les Juifs à lui présenter requête pour obtenir le rétablissement de leur temple. Il ajoute qu'un tremblement de terre se joignit aux tourbillons de feu pour détruire les préparatifs de la nouvelle bâtisse, et qu'un portique, sous lequel les Juifs se retiraient après leur travail, tomba sur eux et les écrasa, tandis que la flamme brûlait ceux qui paraissaient sur l'esplanade du temple. Julien lui-même convint du fait dont nous parlons dans le fragment d'un de ses discours qui a été recueilli par Spanheim (3), où cet empereur, parlant des Juifs, s'exprime ainsi : « Que diront-ils de leur temple, qui après avoir été renversé trois fois, n'a pas encore été rétabli ? Je ne prétends point par là leur faire un reproche, puisque j'ai voulu moi-même rebâtir ce temple ruiné depuis si long-temps, à l'honneur du Dieu qui y a été invoqué. »

Les Juifs font avoué plus clairement. Wagenseil (4) rapporte le témoignage de deux rabbins célèbres. L'un est David R. Ganzemach, 2 part. pag. 36, qui dit : « L'empereur Julien ordonna de rebâtir le saint temple avec magnificence, et en fournit les frais. Mais il survint du ciel un empêche-ment qui fit cesser le travail, parce que cet empereur périt dans la guerre des Perses. » Ce Juif dissimule le miracle, mais un autre a été de meilleure foi. R. Gedalia, *Schat-scheitel hakakaba*, pag. 109, dit : « Sous rabbi Char-nam et ses collègues, vers l'an 4357 du monde, nos annales rapportent qu'il y eut un grand tremblement de terre dans l'uni-

(1) Disc. contre les Juifs.

(2) L. 1, c. 58 et 59.

(3) Juliani opera, page 295.

(4) Tela ignea Satanae, page 25.

vers, qui fit tomber le temple que les Juifs avaient bâti à Jérusalem, par ordre de l'empereur Julien l'Apostat, avec une grande dépense. Le lendemain il tomba beaucoup de feu du ciel qui fondit le fer employé dans cette construction, et qui consuma un très-grand nombre de Juifs. On remarque ici l'événement rapporté par Ammien-Marcellin, avec quelques différences remarquables. L'historien païen, avec lequel les écrivains chrétiens s'accordent, ne dit pas que le temple fut déjà élevé lorsque la flamme accablant le projet de Julien et des Juifs; il dit seulement que les préparatifs étaient faits, les matériaux rassemblés, et que l'on mettait la main à l'ouvrage, lorsque les tourbillons de feu, sortant des fondements, écartèrent les ouvriers. Mais on trouve trois faits essentiels, reconnus par le rabbin: l'entreprise des Juifs, par ordre de Julien; le tremblement de terre dont parle Rušin; enfin un feu envoyé du ciel qui fait périr grand nombre d'ouvriers juifs. Le célèbre P. Morin de l'Oratoire (1) rapporte un troisième passage des Juifs, tiré du *Bereshit Rabba*, ou du grand commentaire sur la Genèse. Libanius, sophiste et rhéteur païen, dit (2) que la mort de Julien fut présagée par des tremblements de terre arrivés dans la Palestine. Trois Pères de l'Eglise, contemporains de l'empereur Julien, rapportent le miracle arrivé à Jérusalem comme un fait public, connu de tout le monde et indubitable. Saint-Jean Chrysostôme, dans ses *Homélie* contre les Juifs, qu'il prononça à Antioche l'an 387, 24 ans après l'événement, prend ses auditeurs à témoin de la vérité; il invite ceux qui en voudraient douter à en aller voir les vestiges sur le lieu même. On n'avait pas pu ignorer à Antioche ce qui s'était passé à Jérusalem, 24 ans auparavant. St-Ambroise, l'an 388, en rappelle le souvenir à l'empereur Théodose pour l'empêcher d'obliger les chrétiens à réédifier un temple de païens (3). Saint-Grégoire de Naziance (4) raconte ce miracle avec toutes ses circonstances. Il vivait dans l'Orient, et il avait pu les apprendre de témoins oculaires; son discours sur ce sujet peut avoir été écrit avant ceux de saint Jean Chrysostôme. Socrate (5), Sozomène (6), Théodoret (7) en parlent comme

(1) Exercit. Bibl. page 535.

(2) De vita Juliani.

(3) Epist. 40.

(4) Orat. 4.

(5) L. 5. c. 20.

(6) L. 5. c. 22. (7) L. 5. c. 20.

d'un fait duquel personne n'avait jamais douté. Socrate rapporte que saint Cyrille, évêque de Jérusalem, voyant commencer cette entreprise, assura les chrétiens, sur la foi des prophéties, que ce projet ne réussirait pas, et sa prédiction fut accomplie la nuit suivante. Si cela est, disent les incrédules, pourquoi ce Père, évêque de Jérusalem même, n'en a-t-il pas fait la moindre mention dans ses écrits? La raison en est bien simple; c'est que tous les ouvrages de ce Père qui sont parvenus jusqu'à nous, ont été composés avant cet événement. Ses *Catéchèses* ont paru l'an 347, et son *Épître* à Constance en 351; et le miracle dont il est question n'a eu lieu qu'en 365.

Ce fait étant mis hors de doute par les témoignages impartiaux que nous venons de produire, il ne reste de ressource aux incrédules que de supposer que ce fut un phénomène purement naturel qui, sans une direction particulière de la Providence, concourut avec le projet de Julien l'Apostat, et l'arrêta fortuitement.

Cette explication ne saurait faire impression sur ceux qui croient que la religion est une chose aussi indifférente à la Divinité qu'elle le leur paraît à eux-mêmes; mais qui conçoit fera cette réflexion que Dieu, auteur de la société, de même qu'il est créateur de l'univers, attend d'elle un culte pur et digne de lui; que la source de toute vérité et de toute justice ne peut regarder d'un même oeil la piété et la superstition, l'idolâtrie et le culte d'un Dieu unique et purement spirituel, en un mot la vérité et le mensonge, ne se persuadera point que la Providence ait abandonné au hasard un événement dont les circonstances, tant morales que physiques, semblent décider entre les différents cultes qui se disputaient l'approbation du ciel. Il s'agissait d'un temple dont la première construction avait été prédite et ordonnée de la part de Dieu, dont la première destruction fut pareillement décrétée et prédite; dont le rétablissement, après le retour de Babylone, ne fut exécuté qu'en vertu des mêmes oracles et de ceux qui furent rendus dans le temple même où il fut rebâti; d'un temple dont la seconde destruction, arrivée sous l'empire de Vespasien, avait été pareillement prédite et circonscrite par Daniel, par Zacharie, et en dernier lieu par Jésus-Christ.

Julien, élevé dans le christianisme, initié dans le clergé par Eusèbe, évêque de Nicomède,

dit, dont il était neveu, instruit par ses soins dans les Ecritures tant de l'ancien que du nouveau Testament, mais ensuite devenu apostat, et ayant adhéché le dessein formel de rétablir le culte des idoles et d'anéantir le christianisme; Julien entreprend de convaincre de faux, par un coup d'éclat qu'il juge décisif, les prophéties qui avaient assuré que le temple serait détruit, foulé aux pieds par les nations, et que la désolation durerait jusqu'à la consommation et à la fin. Le moyen de démentir ces oracles paraissait bien simple; il ne fallait pour cela que faire revivre le culte juif en rétablissant le temple de ce peuple. Un prince, maître absolu de la majeure partie de l'univers connu, forme cette entreprise, et la presse avec le plus grand zèle: son activité est secondée par celle d'un peuple entreprenant, s'il en fut jamais, et qui, croyant toucher au moment de sa délivrance, ne voit qu'à démentir la prédiction de Jésus-Christ, sans penser aux conséquences que le paganisme en aurait tirées ensuite contre ses propres prophéties. Les mesures les plus justes sont prises, la révélation inutilement attaquée par la violence pendant trois cents ans va sans doute succomber sous ce coup d'une profane politique; et voilà qu'au moment où le Juif s'applaudit du rétablissement de son culte, où Julien croit s'assurer un triomphe immortel, où tout paraît désespéré pour le chrétien, les éléments conjurés, la terre ébranlée, le feu sortant de ses entrailles et se joignant à celui qui tombe d'en-haut, culbutent les restes des anciens fondements, combent les tranchées qui étaient commencées, dispersent les matériaux, brûlent et mettent en fuite, à plusieurs reprises, les ouvriers et les conducteurs du travail, après en avoir fait périr un grand nombre, et forcent le plus fier et le plus dangereux ennemi de christianisme d'abandonner une entreprise qu'il avait infiniment à cœur et qui, à parler humainement, dépendait uniquement de sa volonté.

Si la Providence, qui tient sous sa main tous les êtres physiques, qui a mis dans le cœur des hommes un penchant invincible à reconnaître son opération dans des coups extraordinaires revêtus de tant de circonstances morales, n'a eu aucun dessein ni aucune vue particulière dans la conduite de l'événement que nous venons de décrire, d'après des auteurs contemporains et non suspects; nous le disons hardiment: il faut livrer tout au

hasard, ne reconnaître aucun divinilé, ou n'admettre que des dieux tels que les voyait Epicure, spectateurs oisifs de ce qui se passait dans l'univers.

Les circonstances physiques de cet événement ne se refusent pas moins que les circonstances morales à être rangées dans la classe des choses purement naturelles. On doit observer que, selon le récit des écrivains que nous avons produits, les effets tant du tremblement de terre que des tourbillons de flamme ne se firent ressentir que dans l'emplacement assez resserré sur lequel on se proposait de rebâter le temple; rien ne fut culbuté, excepté les fondements de l'ancien temple, les morceaux de matériaux préparés pour la nouvelle construction, et le portique sous lequel les Juifs se retiraient après le travail. Eux et les travailleurs furent les seules victimes de l'embrasement. Après que les ouvriers qui revinrent plus d'une fois reprendre leur travail y eurent enfin absolument renoncé, tout redevenit calme sur le sol du temple. Il n'y resta ni fente, ni gouffre, effet presque inséparable des éruptions et des volcans formés par la nature; les environs de ce terrain étaient couverts d'édifices; le mont des Oliviers, qu'une vallée très-étroite sépare de la place où le temple était autrefois, portait sur sa cime une superbe église, bâtie par la mère de Constantin sur le lieu d'où Jésus-Christ s'était élève dans les cieux; on en voyait un autre sur le mont de Sion, contigu à l'emplacement du temple; au nord, à peu de distance, était la fameuse basilique de la Résurrection, qui couvrait le Calvaire et le sépulchre du Sauveur. Tout près des fondements d'où sortait la flamme était une petite église de chrétiens, dans laquelle la foule des Juifs effrayés tenta en vain de se réfugier (1). Aucun de ces édifices ne fut ni ébranlé ni endommagé; personne ne périt, excepté les travailleurs et les instigateurs de l'ouvrage. Qui donna ainsi la flamme d'intelligence pour ne poursuivre que ceux-ci, pour repaître autant de fois qu'ils se présenteraient, comme si la garde de ce lieu lui eût été confiée; pour s'amortir et s'éteindre dès qu'ils abandonnaient le travail? Qui borna à un terrain circonscrit et destiné à l'ouvrage, des secousses qui, selon la marche ordinaire de la nature, doivent s'étendre au loin? Qu'on nous montre quelque chose de pareil dans les désastres

(1) Grég. de Naziance, 4<sup>e</sup> disc. cont. Jul.

sans nombre dont la mémoire s'est conservée? Qu'on en cite quelque'un arrivé précisément au moment où il vérifiait des prédictions fort antérieures et bien connues? Alors nous conviendrons que l'événement qui fit avorter l'entreprise de Julien fut un événement purement naturel. Mais si le récit que nous en font des auteurs contemporains, des auteurs païens, des Juifs même; si l'expérience de tous les âges, et l'idée que la saine raison nous donne de la Providence ne permettent pas de le regarder comme tel, il faut donc convenir que c'a été un coup miraculeux, destiné à décon-

certier la politique raffinée de Julien, et à convaincre les incrédules les plus opiniâtres. Ce prodige en effet fit une forte impression sur un nombre considérable de Juifs qui demandèrent et reçurent le baptême, comme nous l'apprenons des écrivains ecclésiastiques que nous avons cités; les autres quittèrent la place, et se retirèrent chacun dans le lieu de leur dispersion.

Nous nous sommes un peu étendus sur ce fait à cause de son importance, et des efforts que les incrédules modernes ont faits pour en obscurcir la vérité. (DUCLOS.)

## DE CONSENSU LIBRORUM REGUM ET PARALIPOMENON

Cum SS. Matthæo et Lucâ, in genealogiis regum Juda,

### Dissertatio.

PROPOSITIO PRIMA. — Libri Regum et Paralipomenon in genealogiis regum Juda ab Evangelio non dissentiant.

Hanc propositionem probat utriusque Testamenti scriptio Spiritu S. auctore, qui pugnancia loqui non potest. Unde certò tenendum est, nullam esse inter scriptores sacros dissonantiam; et loca Scripturæ, quæ pugnancia in speciem videntur, conciliari posse, quamvis ratio conciliandi nobis non sit ita perspecta, nullam ut difficultatem circa illa patiamur. Secundò, propositionis hujus veritas patebit ex objectionum solutione.

Prima est, quod Regum et Paralipomenon libri doceant Joram genitissimè Ochoziam, Ochoziam genitissimè Joasum; Joasum genitissimè Amasiam; denique Amasiam genitissimè Oziam (4 Regum 8, 24, et 11, 2; 1 Paralipomenon 3, 2, 1; 2 Paralipomenon 26, 1). At Matthæi, 1, 8, dicitur: Joram genuit Oziam; Ochoziam, Joas; Amasias, in hac serie genealogicè præterminantur. Secunda est, quod libri Regum et Paralipomenon Joasiam quatuor duntaxat filios habuisse tradant; Johanan, qui et Joachaz, Joakim, qui et Eliaçim, Sedeciam, qui et Matthias, et Sallum. Joakim verò filius fuit Jechonias, non Josie (4 Regum 24, 25, 1 Paralipomenon 3, 15, 16, 2 Paralipomenon 34, 35, Jeremias 22, 2, 13). At

Matthæi 1, 2, dicitur: Jostas autem genuit Jechoniam. Cónstat etiam ex 2 Paralipomenon 34, 28, et 35, 24, Josiam diu ante captivitatem Babylonicam occubuisse; et tamen cap. 1 S. Matthæi dicitur genitissimè Jechoniam et fratres ejus in transmigratione Babylonicâ. Tertia est, quod Paralipomenon historia et chronologia doceant Salathielum à Jechonâ genitum in captivitate Babylonicâ; eum tamen Matthæi 1, dicitur: Et post transmigrationem Babylonicam, Jechonias genuit Salathiel. Quarta est, quod Zorobabel filius fuerit Pedahe, non Salathielis (1 Paralipomenon 3, 17, 18, 19). At Matthæi 1, dicitur: Salathiel genuit Zorobabel. Quinta est, quod Zorobabelis filios tantum duos recensent libri 1 Paralipomenon cap. 1, Mosollam et Hananiam, et Salomith errorem eorum, nulla mentione factâ Abitad, cujus tamen meminit S. Mattheus cap. 1, his verbis: Zorobabel autem genuit Abitad. Sexta, quod Salathiel filius fuerit Jechonje secundum Paralipomenon historiam et S. Matthæum; at secundum S. Lucam filius fuerit Neri.

Ad primam objectionem respondetur, Oziam apud S. Matthæum genitum dici à Joram, quamvis Amasie, non Jorami filius fuerit, quia Jorami fuit abnepos. Ut enim nepotes dicuntur filii apud Hebræos, sic avi et proavi patres appellantur, qui censi possunt

illos genitissimè, generatione videlicet mediâ, qui reverà ab illis genus ducunt. Sic Christus à S. Mathæo dicitur Filius David, filius Abraham. Sic mortales omnes filii Adam vocantur: Sic Elisabeth Lucæ 1, esse dicitur ex filiabus Aaron. Sic mulier quam liberavit Christus ab infirmitate, quâ annis decem et octo laboraverat, Lucæ 13, 16, dicitur filia Abrahæ. Sic Judæi Joannis 8, 39, de se ipsis aiunt: Pater noster Abraham est. Jus denique Romanum liberorum nomine non filios solum et nepotes, sed et pronepotes, et abnepotes complectitur. Ideo autem tres reges in Christi genealogiâ S. Mattheus prætermisit, quia Spiritui sancto, cujus fuit amanuensis, constitutum erat omnes illas generationes in certas tessaradecadas referre. Unde seriem illam genealogicam ita concludit vers. 17: Omnes itaque generationes ab Abraham usque ad David generationes quatuordecim; et à David usque ad transmigrationem Babylonicam generationes quatuordecim; et à transmigratione Babylonicâ usque ad Christum generationes quatuordecim. Cùm autem in secundâ serie septemdecim generationes reperirentur, alique fuerunt prætermittendæ, et quidem tres, ut numerus ille constaret. Cur autem potius prætermitti sint Ochozias, Joas, et Amasias, quam alii, ratio hæc omnium maxime probabilis est, quod Deus maledictionem peculiarem effundendam super domum Achab his pronuntiasset (3 Regum 21, 22, et 4 Regum 9, 8 et seq.), quicquid videlicet Achabi esset, excisum iri usque ad mingentem ad patrem. Quam maledictionem hic ratam esse voluit Deus, tres illos reges Achabi posteros (Ochozias enim Joram ex Athalia Bith Achabi genitus fuit), prorsus expungendo ex genealogiâ Christi. Quamvis enim actu regnaverint, ob maledictionem tamen illam singulariter censentur quasi capite minuto non regnasse. Sic tribus Dan, Apocalypsis cap. 7, in signatorum serie prætermittenda est, quia jam olim à Dei cultu defecerat, et se cum gentibus permiscuerat (Judicium 18).

Hanc responsionem auctoritate suâ confirmant SS. Hieronimus et Hieronymus. Ille cap. 1 in Mattheum ita scribens: «Ab Abraham usque ad David quatuordecim generationes enumeratæ sunt; et à David usque ad transmigrationem Babylonicam, eum in Regnorum illis decem et septem deprehendantur. Sed in hoc non mendacit aut negligentia vitium est. Tres enim ratione præterite sunt. Nam Joram genuit Ochoziam, Ochozias verò ge-

gnavit Joram, Joras deinde Amasiam, Amasias autem Oziam. Et in Mattheo Joras Oziam genitissimè scribitur, cùm quartus ab eo sit. Hoc ita, quia ex gentili femina Joras Ochoziam genuit, ex Achab scilicet filio Jezabel habuit uxorem. Denique per prophetam, «non nisi quartâ generatione, in throno regio Israelis, quamquam de domo Achab esse sensurum dicitur. Purgatâ igitur lahe familiæ gentilis, tribusque præteritis jam regulis, in quartâ generationum consequentium origo numeratur, et usque ad Mariam generationes quatuordecim esse scribuntur, cùm in numero decem et septem reperantur; nullus error esse poterit scientibus, non eam solum esse Domino nostro Jesu Christo originem, quæ copit ex Mariâ; sed in procreatione corporum natiuitatis æternam significantiam comprehendit. Iste verò, scilicet S. Hieronymus Commentario in S. Matthæi cap. 1, hæc habet: «Cernis ergo quod secundum eandem historiam tres reges in medio fuerint, quos hic Evangelista prætermisit; Joram quippe non genuit Oziam, sed Ochoziam, et reliquos quos enumeravimus. Verùm quia Evangelista: propositum erat tres tessaradecadas in diverso temporum statu ponere, et Joram generi se miscerat impissimè Jezabel, ideò usque ad tertiam generationem ejus memoria tollitur, ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur.»

At, inquit, cur ob eandem maledictionem non sunt etiam prætermitti reliqui ab Achabo mediâtè quoque progeniti, videlicet Ozias et alii? Respondetur, iram Dei et maledictionem in puniendâ sobole ob parentum peccata, ad tertium saltem vel quartam generationem pertinere, secundum legem Exodi 30, 5: Ego enim Dominus Deus tuus fortis, solutus, militans iniquitatem patris in filios in tertiam et quartam generationem eorum qui odent me. Ultra quartam itaque generationem maledictio illa in posteros Achabi non est extensa; sicut nec benedictio à Deo effusa in posteros Jehu ob executionem divini iudicii contra domum Achab (4 Regum 10, 30). Ultra quartam generationem progressa est. Non mirum ergo quod tres tantum generationes, non plures, in serie regum ex Achabi genere ortorum prætermiserit S. Mattheus Christi genealogiam texens.

Adversus communem illam et maxime probabilem responsionem erit qui objicit, Ochoziam in Scripturâ sacrâ non dici nepotem Achab ex illâ, sed potius nepotem Amri regis

Israelitarum, cuius filia vocatur Athalia, non verò Achabi (4 Regum 8, 26). Tres ergo illi reges à S. Mattheo non sunt expuncti, eò quòd essent ex genere Achab, et maledictionis illi denuntiatae participes.

Respondetur, Athalia vocari filiam Amri, hoc est, neptem, ex Hebraeorum consuetudine et usu loquendi, quamvis fuerit filia Achabi, qui erat filius Amri. *Certe filia Achabi non semel vocatur* (4 Regum 8, 18, 19, 27). Nec Jehu Ochoziam occidi iussisset, cum maledictionem divinam super domum Achab executus est (4 Regum 9, 27), nisi fuisset ex posteritate Achabi. Adhuc aliquid, cum potius dicitur filiam Amri quam Achab, ab exheredanda Achabi memoriam, ut, proles aliqua ipsi superstes videretur. Sed hæc ratio nullius est momenti, siquidem in eo ipso cap. 8, lib. 4 Regum, ubi de Ochozia dicitur vers. 26: *Nomen matris eius Athalia filia Amri regis Israel; de Joram patre Ochozia*, vers. 18, dicitur: *Amphitartique in civitate regum Israel, sicut ambulaverat domus Achab; filii enim Achab erat uxor eius*. Et de ipomet Ochozia vers. 27: *Et ambulavit in civitate domus Achab*. Gener enim domus Achab fuit.

Ad secundam objectionem respondetur, in genealogiâ Christi apud S. Mattheum duos esse Jechonias, unum ante transmigracionem Babiloniam, alterum in ipsâ transmigracione genitum. Prior est ipse Joakim filius Joiazæ, qui et Eliecin vocatur. Posterior filius fuit Joakim, pater Salathielis. Itaque Joakim hi nomen fuisse verisimile est, et Jechoniam etiam appellatum, quod in historia sacra et ipsâ regum Juda serie non infrequens, cum Sedecias nomen etiam obtinuerit Mathania, et Ozias nomen Azarie. Sic distincto Jechonis patre, qui alius Joakim, à Jechonia filio, qui alius Joakim, eius utriusque tessaradecadi constat numerus, quarum alterutra aliqui imminuta esset. Sic etiam cum historia sacra facile conciliabitur, quod de Jechoniae fratribus in Christi genealogiâ S. Mattheus addit. Nam Joakim seu Jechonias pater fratres habuit, non Joakim seu Jechonias filius; aliqui Nabuchodonosor, qui hunc solo deiecit, et Babiloniam eisdem, aliquem ex ejus fratribus potius quam Sedeciam ejus patrem regem crederet; quod tamen factum legitur à Reg. 24, 17. Hæc responsio magnis nominibus videtur, scilicet S. Epiphani, qui Jechoniam duplicem agnoscit, unum Josie, alterum ipsius Jechoniae filium, Josie nepotem. Unius

nomen excidisse censet in textu S. Matthei, atque ita restituendum: *Jechonias autem genuit Jechoniam; Jechonias autem genuit Salathiel*. Pro quo Maldonatus suppleendum censet: *Joakim autem genuit Jechoniam; Jechoniam autem genuit Salathiel*. Posteriorem tamen Jechoniam cum Sedecia perperam confundit S. Epiphanius, et priorem Jechoniam eundem esse cum Sellum, eumque etiam Amasiam nominatum falso asserit; aliaque in paucis lineis committit errata, quæ notat Petavius Animadv. in S. Epiphanium. Locus autem Epiphani Hæresi 6, sic habet: *Josias genuit Jechoniam*...

Ab hoc Jechonia ejusdem nominis alter genitus est... Nec est, quòd de re quisquam dubitet, muretur verò magis accuratam à nobis imitari rationem, et hoc loco in studiorum gratiâ utiliter explicatum, qui castigatiora exemplaria consulere eruditioribus causs voluerunt. Non enim dilido quia cum quibusdam fructu candide in his que à nobis proposita sunt acquisicere cogantur, simulque vocem illam lucifaciant, quæ ab imperitiis quibusdam emendatoribus est propter ambiguitatem ex Evangelio sublatâ. Nam cum generationes omnes Mattheus triplicitè distribuerit, et ab Abrahamo ad Davidem usque 14 enumeret, superior utraque series integra reperitur, neque quicquam ad numerum deest, qui ad Jechoniam ordine perierit. At tertia demum series 15 duntaxat, non 14 generationum nomina continetur, quod à nonnullis commissum est, et qui cum Jechonia duos conjunctim esse scriptos conerent, arbitrati sunt eundem vocem preposere in eâ serie repellant. Varium ejusdem ista repetitio minime fuit; sed numerandi ordo perspicuus, siquidem Jechonia filio de parente nomen impositum est. At isti elegantie vindicæ, cum unum non expungunt, per summam ignorantiam contra præceptum procedunt. Atque et nominum 14 collectam, quod ibidem ostenditur, uno detracto numerantur, et multiplicem unus ad alterum rationem habundantemque suscipiunt. At emendatione textû S. Matthei opus esse non persuadet sancti Epiphani auctoritas, eam recepta lectio vetustissima sit, ut ex omnium penè codicum Græcorum ac Latinorum summo consensu, et ex antiquorum Patrum scriptis constat; eoque lectione servatâ, numerus integer in utraque tessaradecadi reperitur; et evidens sit ex intervallo captivitatis Babilonicae interjecto,

alium esse Jechoniam, qui post captivitatem Babilonicam genuit Salathielum à priori Jechonia Josie filio. Ad primam ergo tessaradecadem pertinet Jechonis filius Josie; ad tertiam tessaradecadem Jechonis aliter hujus filius Josie nepos, pater Salathielis, ut observat etiam Cajetanus postea Commentar. in Evang. S. Matthei.

Nihil hæc responsio S. Ambrosii auctoritate lib. 3 in Evangelium S. Lucæ, § 46. Quòd verò, inquit, post Jechoniam duodecim generationes enumerasse videtur Evangelista, si diligenter advertas, hic quoque quatuordecim generationum poteris invenire rationem. Duodecim enim usque ad Joseph computantur, non usque ad Christum. Tertius desinitus est Christus. Sed nihil refert utrum in duabus generationibus, an in una emendacium sit. Tamen nihil quidem eorum ab eum acopulum aut nefragium invenias veritatis. Duos Joakim, hoc est, duos Jechonias fuisse historia indicat: unum ante transmigracionem, alterum in ipsâ transmigracione generatum, id est, patrem et filium. Ergo pater inter generationes superiores est computatus, qui successit Josie; filius inter posteriores, qui successit patri, id est, nepos Josie. Sic enim scriptum est 4 Reg. 23, 34, 36: *Et imperavit Pharaon super Israel, Joakim filio Josie regnante in Juda pro patre suo, et converterit nomen Joakim in regnando, et undecim annos regnavit in Jerusalem*. Quibus subjicit lib. 24, 5, seq.: *Et reliqua verborum Joakim, et omnia que fecit, unius scripta sunt in libro Verborum, et in diebus eorum qui regnaverunt in Juda? Et dormivit Joakim cum patribus suis, et regnavit Joakim filius ejus pro eo. Filius decem et octo annorum erat Joakim; et cum regnaret, septima mensibus regnavit in Jerusalem; nomen matris ejus: Mesula... et eamque, quæ fecit sub oculis Domini pater ejus, hæc ipsa fecit, et in diebus ejus abundavit Nabuchodonosor rex Babilonia in Jerusalem*. Vides igitur quòd alius fuerit Josie filius, alius nepos; filius ille cui Jeremias nomen impositum, nepos isto qui patris vocatus est nomen. Et bene S. Mattheus à propheta noluit discrepare, ut non Joakim, sed Jechoniam nominaret. Non igitur suppressit alterum Evangelista, sed utramque significavit, quòd uterque Jechonias dictus sit. Ita addito junctore Jechonia, generationes quatuordecim computantur.

Eandem responsionem confirmat S. Hiero-

nymus Commentario in cap. 1 S. Matthei: *Si volerimus, inquit, Jechoniam in fine primæ tessaradecadis ponere, in sequenti non erunt quatuordecim, sed tredecim. Sciamus igitur Jechoniam priorem ipsum esse quem et Joakim. Secundum autem, filium, non patrem; quorum prior per à et n, sequens per ch et n, scribitur; quod scriptorum vitio et longitudine temporum apud Græcos Latinosque confusum est.*

Hæc autem responsio probabilior est et minus coacta illa S. Augustini, lib. 2 de Consensu Evangelistarum, cap. 4, asserentis eundem Jechoniam his in genealogiâ nominatum in fine unius, et initio alterius tessaradecadis. Cum inquit, quater decem generationes tribus distinctisset articulis, dicens, ab Abraham usque ad David generationes esse quatuordecim, et à David usque ad transmigracionem Babiloniam alias quatuordecim, totidem alias usque ad nativitatem Christi; non tamen eas duxit in summam ut diceret: *Fiant omnes quadraginta duæ*. Unus quippe in illis progenitoribus his numeratur, id est, Jechonias, à quo facta est quædam in extraneas gentes deflectio, quando in Babiloniam transmigratum est. Ubi autem ordo à rectitudine deflectit, atque ut est in diversam, tanquam angulum acit, illud quod in angulo est, his numeratur, in fine scilicet prioris ordinis, et in capite ipsius deflexionis. Et hoc ipsum Jan præfigurabat Christum à circumcissione ead præputium, tanquam ab Jerusalem ad Babiloniam, quodammodo migratum, et hinc atque hinc utrisque in se credentibus (tanquam lapidem angularem futurum. Hæc tunc in figura præparabat Deus rebos in veritate venturis. Nam et ipse Jechonias, ubi angulus iste præfiguratus est, interpretatur: *Preparatio Dæi*.

Alii autem S. Mattheus, *Josiam genuit Jechoniam in transmigracione Babilonia*, id est, circa transmigracionem. Vox enim Græca, tri, notat quidem tempus, quo res gesta est, non tamen strictè, sed interdum cum latitude. Sic Genes. 2, 2; dicitur: *Completique Deus die septimæ opus suum quod fecerat*, cum tamen illud perfectum ante diem septimam, quæ quieti destinata fuit, quòd Deus in illâ ab operibus suis quiescit. Sic Marci 2, 26, de Davide dicitur: *Intraivit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, et panes propositionis manducavit*, id est, circa pontificatum Abiatharis. Id enim sub Abimelecho pontifice Abiatharis



**AUGUSTINI GALMETI <sup>(1)</sup>**  
**INDUOS LIBROS PARALIPOMENON**  
**Prolegomenon.**

Geminos Paralipomenon libros unâ contextus serie iungebant nîm Hebraei; hodie in fibris ad suam usum pro nostro more distinguunt, facillè ne istum concordantiarum, quas à Latinis acceperunt, sibi interdicant. Totam opus inscribunt **דברי הימים** *Verba dierum*, sive *Annales*, veteres illas ephemerides, scriptas in libris Regum laudatas, spectantes: *Nomen hæc scripta erat in libro Verborum dierum* Falluntur illi tamen, siquidem veteres illos Commentarios regum Juda et Israelis cum Paralipomenis miscendos censent; sapè enim Paralipomena ad eosdem Annales lectorum remittunt, quos fusiis historias retulisse, et alia plura, frustra in Paralipomenis querenda, continuisse constat. Nos Græco vocabulo *Παραλιπομενα*, *Paralipomena*, appellamus, nempe *praetermissa*; est enim opus veluti supplementum cæteris Scripturæ libris adjectum, plura continens, in aliis omissa. Sed, ut infra demonstrabimus, longe aliud fuit auctoris huius libri consilium, quam ut cæteris S. Scripturæ libris supplementum scriberet.

Quis potissimum opus adinvenit, incertum. Sunt qui eidem auctori et hos et libros Regum tribuerint, cum et eosdem utrobique Annales laudet, et eosdem non rarò phrasas retineat. Verùm quid unum eundemque auctorem indixit, ut eosdem utrobique historias, et eosdem sapè verbis recitaret; ac vicissim in adscriptiõibus temporum, in rerum circumstantiis, genealogiis, atque nominibus propriis variaret? Memne scriptor negotium nobis hæc esse per ludum voluisset, nostrum torquentis ingenium, utque quibus nulla supereretur ratio cur ad id in utroque opere variare maluisset? Cùm interim si duos auctores, ambo suo maris scribentes, producamus, planum sit, cur alter fusiis, alter strictiis historiam referat; cur insuper alter alteram chronologiam pro variâ ducendorum annorum ratione sine errati suspitione sequatur.

(1) Vido Galmæi vitam, Scripturæ sacre vol. 5, col. 1001.

Judæi et interpretes nostrates scriptum ab Esdrâ librum arbitrantur, eum nimirum captivitate solutâ, dirigentibus Aggæ et Zachariâ, operi scribendo otium nactus est. Favet huic opinioni 1<sup>o</sup> quòd unius auctoris opus esse, styli æqualitas, perpetua contextus serie, historiarum fusiis antea expositarum identidem subjectis complexiones, et apposita ad rem animâ versiones, satis demonstrant. 2<sup>o</sup> Post captivitatem scriptum, arguit edictum Cyri de Judæis Hierosolymam, solutâ eandem captivitate, remittendis; genealogia à Davide usque ad Zorobabehem, imò et ulterius deducta. Porro Zorobabehem in Judæam venisse, post factam à Cyro redeundi copiam, quis nasciat? Meminit etiam priorum Hierosolymæ incolarum, imò et aliorum, solutâ captivitate. Prosequitur etiam auctor rerum Judæicarum labentium, sub postremis regibus Juda, historiam; univèrsam Judam Josiæ funus plorasse dicit; quâ occasione scriptæ Jeremie lamentationes ore omnium cantorum et cantatricum, ait, versabantur. Jeremias autem templi eversionem, et populû captivitatem oculus testis spectavit. 3<sup>o</sup> Phres ibidem vocis occurrunt, vel recentius quam ante captivitatem inchoctæ, vel saltem frustra in libris ante eandem captivitatem scriptis querendo (3), cùm vicissim plura Esdrâ peculiaris sive in vocibus, sive in syntaxi occurrant.

Hæc quidem pro Esdrâ; nunc verò quæ contra ipsam promamus. Prosequitur auctor genealogiam Zorobabehis ab eo usque ad duodecimam generationem. Zorobabel, Hanania, Phathias, Jeseias, Baphnia, Arnan, Obdia, Semelias, Semelias, Nahrâ, Eliebnal, Otulâ. Hæc sanè spatium ut minimum 500 annorum exigentia, satis demonstrant, operis auctorem multò quam Zorobabehem, ipsamque ad eò Esdrâ, recentiore fuisse; nisi scripto jam.

(2) **ספדו**, *crater*, 1 Esdr. 1. 10, et 8, 27, et 1 Paralip. 23, 17; **דראכמה**, *drachma*, 1 Paralip. 23, 7, et 1 Esdr. 11, 69, et 2, Esdr. 7, 70; **רצונו**, *razo*, 2 Paralip. 11, 16; **דבריו**, *collectores*, 4 Reg. 22, 4.

judam operi eandem genealogiam alterius manu adjectam molerimus.

Hæc tamen facillè reponere possumus, si mulque repugnantis omni conciliare. 1<sup>o</sup> Quæcumque in medium adducta sunt ad evitentandam sententiam, quæ libri Regum et Paralipomenon uni eidemque scriptori tribuuntur, statim evanescent, si quis statuat, Esdrâ ex pluribus, quos ad manus habebat, commentariis quædam in suo opere, ne mutata quidem verborum phrasi, inseruisse; nihil interim curantem repugnantis inter se conciliare, nihil repetitis historiis, nihil unius ejusdemque rei narrationem modo Tulsis, modò contractis repetitam. 2<sup>o</sup> Quæcumque adversus Esdrâ congeruntur, illa sanè propositum evincunt, si opus, quale nos habemus, ab Esdrâ digestum constituitur. Nulla tamen sunt, si contra admittimus, post ejus viri obitum quædam aliè manu operi accessisse, quod eo consilio fieri potuit, quo ipse pariter Esdrâ libris à se recensitis, relictae monumentis quædam à suo maris censuit adicienda. Non est igitur, cur temerè ab eâ sententiâ recedamus, quæ unum eundemque Esdrâm utriusque operis, Regum et Paralipomenon, habet auctorem.

Porro ejusdem libri scriptor non ætatis suæ historiam digessit, sed ab aliis jam memoriâ prodita in unam veluti summam colligebat. Post captivitatem visisse, supra jam animadvertimus; locutum tamen, veluti si multâ captivitatem ipsam præcessisset, statim adductis argumentis demonstrabimus. Commentariorum fidem, quorum opè utitur, vel ipsis eorum verbis adductis, observat; et quamquam aliqui ætati quæ scribebat verba illa repugnant, maleit tamen singula excribere, ut veritati potius quam, aliquibus demptis, stylo serviret; vel ipsas interitum genealogias, parum specie tenus inter se constantes, referat, quas ne conciliare quidem, imò neque monere eâ de re lectores audeat; quod illi quidem, exstantibus adhuc veteribus monumentis, iam pronum fuisset, quam nobis, post tot seculorum oblivionem et veterum monumentorum defectum, arduum est. Libique verò sinceritatis, fideli et religionis ejus scriptoris illustria exhibentur documenta; historis suæ veritatem ex limpidiis fontibus deductam illam servat, ut nulla inde suspicio in illum creati jure meritoque possit. Ætate suâ adhuc in Sanctuario cum vectibus arcam servari, quemadmodum jam sub Salomone, narrat;

constat autem, post captivitatem aream sive prorsis in templo non fuisse, sive alter ac olim sub Salomone positam.

Narrat 1 Paralip. 4, 47, filios Simeonis, pulsis posteris Cham, eorum regione occupasse, quam ad ætatem usque suam tenebant; et eodem loco refert expeditionem ejus tribus in Amalecitas, quam sub Ezechâ susceptam scribit. Tum subdit, devictam olim regionem adhuc suâ ætate ab eâ tribu occupari, nempe antequam Salmanasar Simeonem unâ cum aliis tribubus in captivitatem traderet. Quamquam eâ in re dubia quædam occurrunt, à nobis in commentariis ad examen revocata. Deinde proximè succedenti capite de captivitate decem tribuum agitur, quam suâ usque ætate perseverare idem auctor testatur. Cùm 2 Paralip. 8, 8, de subjectis à Salomone Chanaanis, quibus Israelitis pepercerant, sermo est, ait idem scriptor: *Subjugarit illos Salomon in tributarios iugo in diem hanc*. Statat igitur ejus ætate regnum Juda. Tandem ibid. c. 21, v. 10, excusum memorat ab Ithamais Hebræorum iugum; nec illos, ait, usque ad hanc diem dominos agnoscent; quasi scilicet eâ ætate adhuc reges Juda regnum obtinerent. Igitur ex deductis lucisque satis intelligimus, scripsisse quidem auctorem post captivitatem, sed non rarò verba auctorum diù antea scribentium in suum commentarium derivasse.

Potissimum verò ipsius propositum non eò spectat, ut supplementum cæterorum librorum sacre Scripturæ tradat. Fuit repetitæ historis antea descriptas; quæ rara admodum nova recenset, et plura vicissim omittit, quorum aliqui cogitatio maximi esset ad historiam sacram momenti. 3<sup>o</sup> Neque annales scribere meditabatur, quibus rerum gestarum historia unâ serie fusiis præter et æquatis quam in historiis præcedentibus, exhiberetur, alligata insuper certiore temporum atque perpetuâ adscriptio. Nihil enim in toto opere apparet, quod auctoris in eâ re consilium demonstrat. 4<sup>o</sup> Neque id præ oculis habuisse videtur, ut eo uno in opere cæteros historicos veteris Testamenti libros in epitomen complecti voluerit, eum plurimas sicut in Moyse, Josue, Judicibus, et in libris Regum relata, historiam suam propriè ex obitu Sathis deducit; plura enim, nec minoris sanè momenti, ad regnum Davidis spectantis omittit, ut illius cum Bethsabee crimen, et quæ deinde secuta est, calamitatem; incestum Amnonis cum Thamar, totamque Absalom historiam

Rarus apud illum sermo de gestis regum Israelis, ceterisque ad illud regnum pertinentibus; silentio enim obvolvit totam ejus regni historiam post captum Amasiam regem Juda per Joas regem Israelis, 2 Paralip. 25, 17. Profecto, si libros Regum in epitomen redigere meditabatur, debuerat saltem non omittere postrema regum Israelis bella, quae deinde captivitas decem tribuum consecuta est. 4: Neque id voluisse auctor creditur, ut in primis operis capitibus accuratas aliquas genealogias dediceret: his genealogiam Juda describit, nempe capite 2 et 4, ubi per duos voluit ramos Phares et Sela eandem deducit. Quorsum haec, si ad Davidem tantummodo pervenire volebat? Cur nomina urbium et locorum tribus Juda tam accurate describit? Cur hanc genealogiam per duos ramos ad captivitatem usque non dixerit? Semel etiam et iterum genealogiam Benjamin, sicut et Saulis, repetit, variam utrobique; nihilque magis studuisse videtur in ea re, quam ut sedem et sortem singulorum religionis describeret.

Potissimum igitur auctoris consilium in eo positum credimus, ut sub ipsos legentium oculos exhiberet, qui olim ante captivitatem, ac deinde post eam solutam familiarum status fuerit, quae hereditas, ut scilicet jure postlimini singuli suis rebus restituerentur. Constitutum enim erat jam inde ab initio, ut singulae tribus relatas haberent in tabulas agrorum publicas singulorum domum dimensiones, quantum fide annis sabbaticis et jubilei omnia veteribus domibus integrè asserrerentur, nec unquam in alienas manus familiae bona transirent. Quare id potissimum curavit auctor, ut urbium et locorum nomina potius quam hominum exprimeret 1 Paralip. 3, 54. Quod verò potissimas auctoris curas occupabat, illud censendum est, nimirum ut munera, genealogias, familias, et ordines sacerdotum et Levitarum fasces describeret; res enim erat maximi post captivitatem momenti, ut singulis vetus ordo, priora munera, et avita hereditas, juxta veterum tabularum normam, constarent, 2 Esdr. 12, 22, 23. Quae proinde ad religionem, cultum Domini, et templum pertinent, totum auctorem occupant. Maxima illi cura in describendis vasis domus Dei, principibusque indicandis, quorum auctoritate idololatris sive stetit, sive stare permessa est, hisque victis, quorum pietas veram religionem asseruit. Eam regulam secutus, laudes vituperatione distribuit: de reliquis nihil attinet.

Quicumque tandem opus Paralipomenon digessit, hujus plures commentarii, scripta et vetera monumenta suppellebant; quantum olim sedulitate et cura praesentis reipublicae suae vetera monumenta servarent, documentum. Quae pariter conjectura intelligimus, quantum eorum historia ceteris praearet, nisi tanta scriptorum lux in sera tandem aetate occidisset. Laudantur saepe in Paralipomenis libri Juda et Israel, quos commentarios credimus, vel ephemerides memoriae rerum in reipublica sive religione gestarum conservandas. Scribebant autem eos commentarios non conducti mercede scriptores, qui decora tantum et gloriosa, quaeque maxime principi placeant in annales referrent; plerumque enim id muneri agebant prophetae, viri doctissimi aequè et sapientissimi, spectatae pietatis et fidei, qui nihil sive assentationi, sive quaestui dari unquam possi fuissent.

Sub Davide ceterisque deinde regibus Juda semper prophetae annales de rebus gestis, statim super conficere aggrediebantur. Regni Davidis historiam scriptis mandarunt Sathiel, Nathan et Gad, 1 Paralip. 29, 29. Salomonis historia debetur prophetis Nathan, Gad, Addo et Ahia, 2 Paral. 9, 29. Addo pariter et Semaeis historiam Roboami dederunt, 2 Paral. 12, 15; quibus primus etiam Abia historiam prosecutus est, 2 Paral. 15, 22. Hanani sub Asa id muneri exercebat, 2 Paral. 16, 7, ejusque filius Jehu, Josaphati et regum Juda historiam dirigebat, id expressè tradente Scriptura, 2 Paral. 20, 34: *Reliqua gestorum Josaphat scripta sunt in verbis Jehu filii Hanani, quae digessit in libros regum Israel.* Sub eodem Josaphato agebant historicos prophetae: Elizer, 2 Paral. 20, 37, et Jozabael, 2 Paral. 20, 14. Isaias res gestas sub Ozia primum, 2 Paral. 26, 22, deinde sub Ezechia, 2 Paral. 32, 32, ad posteros transmisit. Idem publicis negotiis adnotus est sub Achazo, cuius tantum ferme historiam in libro oraculorum suorum scriptam reliquit, Isai. 7, 8, 9. Hozai commentarios sub Manasse scribebat, 2 Paral. 33, 19; et Jeremias sub Josia, ejusque filii, regum Juda postremis, Jerem. 47, et seq. sero usque ad finem, et 2 Paral. 35, 25. Eius prophetarum, historiarum et annales regni Juda scribebantur.

Regnum Israelis, quantum aliqui schemate à verè Ecclesiam in regno Juda avulsam, non ita tamen Deum habuit adversariam, quin viros probos quamplures inter malos longè

plurimos servaret. Missi saepe ad illud prophetae, ut veros Israelitas ad officium revocarent; adeo ut cogitanti olim Eliseo, unum se prophetam Domini vivere in medio Israelis, Deus revelarit servasse se turbam septem milium hominum, qui fidem suam cultu Baalis non violassent, 5 Reg. 19, 18. Ahias Silonites sub Jeroboamo filio Nabath, 5 Reg. 11, 29, 14, 2, et Jehu filius Hanani sub Bansa paruit, 5 Reg. 16, 7. Elias aliique prophetae permixti ad regnum Achabi pertinent; continuato prophetae munere sub Eliseo et Jonâ, aliisque. Oded prophetam agebat sub Phacee, 2 Paral. 28, 9, in urbe Samaria; quos omnes quantum nullo Scripturae testimonio scripsisse temporum suorum historias novimus, verisimiliter tamen conjectura censemus, quemadmodum in regno Juda, ita etiam in regno Israelis id muneri praestandum prophetis commissum fuisse. Praeter eos annales à prophetis digests, alii etiam suppetebant commentarii Sacerdotum sive scribarum aulae regum Juda et Israelis. Hos viros appellabant à secretis, sive *maschirim*, ac si diceretur, à *libellis*, quorum potissimum munus erat, ut singulorum dierum eventus, qui majoris ad republicam momenti censerentur, in tabulas referrent. Memoratur sub Davide et Salomone, 2 Reg. 8, 16, et 1 Paral. 18, 15, et 5 Reg. 4, 15, Josaphat filius Ahilad à *commentariis*; idemque munus sub Ezechia praestitisse Joabem filium Asaph, 4 Reg. 18, 18; sub Josia Joban filium Joachab, 2 Paral. 34, 8, legimus.

Quantum regni Salomonici historiam fusiore stylo prophetae Nathan, Gad, Addo et Ahias digesserant, eam tamen à publicis etiam scribis digestam fuisse scimus, quorum tabulas designari credimus, 5 Reg. 11, 41, *libro Verborum dierum Salomonis*. Idem servatum semper in historia Josaphati, quam licet Jehu filius Hanani litteris consignaverit, laudantur tamen, quantum gesta sub eo rego continentes, annales regum Juda, 5 Reg. 22, 46. Tandem quo loco, 2 Paral. 32, 32, scriptam legitimus ab Isaiâ Ezechiae regis historiam, ibi pariter eadem historia ex Annalibus regum Juda tradatur. Historia rerum Manassis in Annalibus regum Juda, et in commentario Prophetae Hozai scripta insinuat, 2 Paral. 33, 18. Ibi etiam auctor laudat orationem ejusdem principis, cum aetate in carcere delineretur, quae nostrâ aetate intercidit; cum altera in nostris Bibliis inserta apocryphi nota rejicienda sit. En igitur duo commentariorum genera, quae

auctori Paralipomenon suppetebant; aliud nempe à prophetis, aliud à publicis scribis adornatum, quorum opera scripti erant memorati saepe in Scripturae Annales regum Juda et Israelis. Facili autem, ut credimus, regni Israelis annales post captivitatem decem tribuum in regnum Juda translatis servabantur, quò scilicet plures è regno Israelis transiisse sese receperant.

Suppetebant etiam auctori Paralipomenon census variis temporibus in populo instituti; uti et scripta, quae sub nomine *verborum veterum*, 1 Paral. 4, 22, nempe veterum traditionum, laudat. Quatuor ex his censibus refert, nempe sub Davide, 1 Paral. 7, 2, sub Jeroboamo, 1 Paral. 5, 17, sub Joatham ibidem, et in captivitate decem tribuum, 1 Paral. 9, 4. Innot etiam, 1 Paral. 27, 24, census jussu Davidis opera Josab institutum, sed intercedente Domini furore intermissum. Praeter haec, ad manus erant tabulae genealogicae tribuum, et clarissimum familiarum, quarum posteros describit.

Prohè ex his intelligimus, quanto studio olim Judaei vetera historiarum suarum monumenta servarent; quam patrum suorum curam merito esset Josephus, lib. 1 cont. Apion., ut scilicet veritatem et sinceritatem historiae gentis suae contra adversarios Judaei nominis esset. Maximum, ait ille, argumentum historiae Judaeorum veritatem demonstrans, illud est, nimirum inter varios illorum scriptores non varium fuisse de rebus testimonium; neque enim Graecis aliena scribentibus, eadem habenda est fides, quae suis historias referentibus debetur, quod per se certum esse speratissime pariter demonstrat eorum inter se dissensus, dum alienas historias referunt. Aegyptiis et Babylonis peculiaries erant regionis suae historiae, fidei et vetustatis exploratissime; opera sacerdotum et philosophorum ejusdem gentis digests. Quod verò, addit ille, historiam nostram supra ceteras omnes commendat, illud est, nimirum scribentibus rerum nostrarum commentariis additos esse viros amplissimos, sacerdotes et prophetas, quorum studia et in scribendo fidem ipsae scribendi stylus, narratio accurata, tum et inter varios scriptores consensus, satis demonstrant. Quae omnia tantum fidei scriptis apud nostros venerationem conciliant, ut tantum divina suspiciant, et addere illis aliquid sive detrhere ducant religioni. Porro paucos illos, quos ejus generis habemus, libros tantâ veneratione et religione servamus, ut alienum

quid in textum irrepere vix ac ne vix quidem potuerit.

77. Filiis autem Merari residuis, de tribu Zabulon, Recumono et suburbana ejus, et Thabor cum suburbanis suis.

78. Trans Jordanem quoque ex adverso Jericho contra orientem Jordanis, de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis, et Jassa cum suburbanis suis.

79. Cademoth quoque et suburbana ejus, et Mephaat cum suburbanis suis.

80. Neenon et de tribu Gad, Ramoth in Galaad et suburbana ejus, et Manaim cum suburbanis suis,

81. Sed et Hesebon cum suburbanis suis, et Jezer cum suburbanis suis.

VERS. 1. — FILII LEVI: GERSON, CAATH, ET MERARI. Meliori ordine, et accuratius digesta, quam alia hucusque expensa, genealogia Levi describitur. Porrò Levi tres erant liberi, Gerson, Caath, et Merari, ex quibus tres Levitarum familiae, quas inter se numerum discrimen distinguebant, Stirps Aaronis, à Caath egressa, quartam lineam genealogicam formavit, cæterarum clarissimam ob eam, quam sola gerebat, sacerdotii dignitatem. Igitur familia Caath in ramos divisa est duos, alterum Levitarum, alterum sacerdotum, Caathique, quibus aliena esset ab Aaron origo, ad Levitarum ordinem redacti sunt.

Gerson scriptus occurrit cum M. Gerson, in Hebraeo, v. 16.

VERS. 2. — ISSAR, alio nomine Aminadab, inferius, v. 22.

VERS. 4. — ELEAZAR GENUIT PHISES. Nulla hic datur genealogia Nadab et Abin, qui sine liberis perierunt, Levit. 10, 1, 2; nulla hic

71. Ceux de la branche de Gerson eurent de même dans la demi-tribu de Manassé, Gaulon en Basan, avec ses faubourgs, et Astaroth, avec ses faubourgs.

72. Dans la tribu d'Issachar, ils eurent Cedes, avec ses faubourgs, et Dabereh, avec ses faubourgs:

73. Comme aussi Ramoth, avec ses faubourgs, et Anem, avec ses faubourgs.

74. Dans celle d'Aser, ils eurent Masal, avec ses faubourgs, et Abdon de même;

75. Hucae, aussi avec ses faubourgs, et Rollob, de même avec ses faubourgs.

76. Dans la tribu de Nephthali, ils eurent Cedes en Galilée, et ses faubourgs, Hamon, avec ses faubourgs, Cariathaim et ses faubourgs.

77. Ceux de la branche de Merari qui restaient à partager eurent dans la tribu de Zabulon, Jecmaam et Cartha, avec leurs faubourgs, Remmono, avec ses faubourgs, et Thabor, avec ses faubourgs.

78. Au-delà du Jourdain, vis-à-vis de Jéricho, à l'orient de ce fleuve, ils eurent dans la tribu de Ruben, Bosor, qui est dans le désert, avec ses faubourgs, et Jassa, avec ses faubourgs.

79. Cademoth, aussi avec ses faubourgs, et Mephaat, avec ses faubourgs:

80. Comme aussi dans la tribu de Gad, Ramoth de Galaad, et ses faubourgs, et Manaim, avec ses faubourgs.

81. Et de plus Hesebon, avec ses faubourgs, et Jezer, avec ses faubourgs.

## COMMENTARIUM.

pariter Ithamari, inter liberos Aaronis quartum, quippe ejus familia non nisi diu postea sacerdotio potita est. Una describitur genealogia Eleazari, qui patri in sacro munere successit, ac diuturnam hæreditate transmisit in posteris. Vide nostram dissertationem de successione pontificum Hebræorum.

VERS. 5. — AMISE. Viri hujus nomen hic tantummodo occurrit; Abiezer appellatur ab Josepho, Ant. lib. 5, cap. ult.

BOCCI GENUIT OZI. Post Ozi sacerdotium transisse creditur (1) à familia Eleazari ad stirpem Ithamari, assumpto ad supremam hanc dignitatem Ithi. Vide dicta ad 1 Reg. 2, 50. Igitur nec Zarias, nec Merjoth, neque Amarias, neque Achitobersis unquam præfuerunt.

VERS. 8. — ACHTON GENUIT SABOC. In Sadoce dignitas sacerdotii rediit ad familiam Eleazari. Vide Comment. in 2 Reg. 8, 17.

(1) Ha Lyr., Tir., Cornel., Selden., de Success. in pontific. Hebr.



gnum majestate sua rebarat David adiungere se cantoribus, et musicos choros moderari. Ex psalmis plures ipsi inscribuntur, quemadmodum et Asapho, et Idithun, quos psalmos ab illo compositos fuisse, nemo certo affirmaverit.

VERS. 39. — FRATER EJUS ASAPH. Asaph vir erat Levita, uti et Heiman, cujus fratrem, vel necessarium fuisse ex hoc textu discimus; sed alterius erat ab illo ordinis ac familiae, quippe qui Gersonita esset ex Levi, cum Heiman stirpem è Caath referret.

VERS. 44. — FILII MERARI FRATRES EORUM AD SINISTRAM. ETBAM FILIUS CAATH. Etbam, alio nomine Idithun; praerat cantoribus Meraritis; 4 Par. 9, 16, et 25, 1, 5, 6, et passim in titulis psalmoꝝum. Erant Meraritis fratres praecedentium eodem sensu, qui non modo agentes de Asaph explicavimus; communem habebant tribum et vitae professionem.

VERS. 49. — AARON ET FILII EIUS ABOLERANT INCENSUM SUPER ALTARE HOLOCAUSTI, ET SUPER ALTARE THYMAMATIS, IN OMNE OPUS SANCTI SACERDORUM. *Incensum* nomen accipiendum non est pro aromatibus, quae in altari holocaustorum cremantur; constat enim nihil tale unquam adolori huius consecrasset; sed hostias solummodo et adipem victimarum significat, quae interdum in Scriptura *incensum* appellatur, Exod. 59, 43, 48, et Levit. 4, 35; 6, 17; 7, 5, 25, et passim. Hebraeus legit; Aaron, et filii eius adolere facient, seu gratum sacrificium, super altare holocausti, et super altare sufficienti, ad omne opus quod faciendum erit in Sancto sanctorum: id est, quidquid offerendum erit, sive in altari holocaustorum, sive in altari thymamatis, sive in Sancto, sive coram arca in sanctuario, per manus Aaronis, ejusque filiorum offeretur.

VERS. 50. — HI SONT ALIEM FILII AARON. Horum nomina jam supra in exordio hujus capituli, à v. 5, usque ad 16, descripta sunt. Sed hic genealogia non deducitur nisi usque ad Achimas, qui sacerdotem agebat sub Salomone, cum supra in exordio capituli usque ad captivitatem Babylonicam prorogata sit. Hinc videt, auctori praesto fuisse varios catalogos, quos sive per epitomen exhibet, sive integros exseribit. (1)

VERS. 55. — HEBRON, ET SUBURBANA EJUS. Melitis; Hebron, et regio circumjacens, millo

cubitorum spatio (1). De urbibus hisce in usum sacerdotum ac Levitarum destinatis, legas Josue 20, 21.

VERS. 57. — PORRO FILII AARON DEDERUNT CIVITATES AD CONFUGIENDUM, HEBRON, ET LONBA, ETC. Cave credas, singulas hasce tredecim urbes, filiis Aaronis assignatas, asylum fuisse refugii; sex enim omnino refugio destinatae erant; videlicet Hebronem in tribu Juda, additis duabus, altera in Galilaea, altera prope Sichem, Josue 20, 7, 8; tres reliquae trans Jordanem: quidquid supererat urbium sacerdotalium et Leviticarum, nullo asylum privilegio fruebantur.

VERS. 58. — HELON, alio nomine Oton, Josue 15, 31.

VERS. 59. — ASAN, eadem ac Jetham. Vide Bonfrer. in Josue 21, 15. Vide et Josue 15, 25, vel forte Asan posita est pro Aza, et Jetha hic ommissa est, Josue 21, 16; Syriacus locat Etram inter Aza et Betheme; et manuscriptum Alexandrinum post Bethemes addit Bethir.

VERS. 60. — ALMATI, aliter Almon, Josue 21, 18.

CIVITATES TREDECIM. Undecim hic tantummodo recensentur, sed omnino erant tredecim, quarum nomina legas in Josue 21, 15, 18. Desunt hic Jeta et Gaboon. Josue 21, 16, 17.

VERS. 61. — DEDERUNT EX DIGNITA TRIBU MANASSE IN POSSESSIONEM URBS DECEM. Caithitis geminae tantummodo urbes in tribu Manasse assignatae sunt, Josue 21, 25; videlicet Thanaeh et Gethremmon. Sed decem omnino urbes possederunt, Sichem, Gazer, Ciboim, Bethoron, Eltheco, Gabathon, Aialon, Gethremmon, quibus addite Thanaeh et Gethremmon, decem urbes coniciunt. Ex his ita supplere sententiam hujus textus: Dederunt Caathitis decem urbes ex tribu Dan, Ephraim et dimidia Manasse.

VERS. 65. — DEDERUNT SORTI CIVITATES DECEM. Sortiebantur facile loca, in partem illis assignanda, inspecta sedulo eorum frequentia, postquam satis convenit, quot urbes illis assignandae essent, ita ut sortium arbitrio nihil permittetur nisi locus, ubi sedes constitueret, erant, quod utique absque temeritate non fieri poterat.

VERS. 65. — URBS HAS, QUAS VOCAVERUNT NOMINIS SUI. Singulae familiae de suo nomine urbes

(1) Num. 55, 3: Urbes ad habitandum... et suburbana sunt pecoribus ac jumentis, quae à mercatoribus fortiter, per circuitum, mille passuum spatio tenduntur.

hasce appellavit: ita filii Aaron urbes suas appellaverunt filiorum Aaronis, ea ratione imperium in illas suum demonstrantes; ita enim nomina illis dederunt, uti herus quisque rebus suis tribuit.

VERS. 66. — FUGIUNTQUE CIVITATES IN TERMINIS EORUM DE TRIBU EPHRAIM. VERS. 67. — DEDERUNT ERGO EIS URBS AD CONFUGIENDUM, SICHEM... ET GAZER. Cum ita scribat Latinus Vulgatae textus, induere videtur, urbes omnes Caathitarum ad tribum Ephraim pertinuisse, neque Sichem tantummodo, sed et alias, quae post illam recensentur, asylum fuisse destinatas. Verum in hanc sententiam exponendus est: Fuerunt aliquot eorum urbes in terminis tribus Ephraim, uti Sichem urbs refugii... et Gazer, etc. Una Sichem urbs erat refugii, Josue 20, 7; reliquae nullo majori privilegio, nisi quod Leviticis essent, fruebantur.

VERS. 68. — JEGRAAM, eadem ac Cibaïm. Josue 21, 22.

VERS. 69. — HELON, aliter Aialon. Vide Josue 21, 24. Geminae hic urbes desunt, Eltheco, et Gabathon, è tribu Dan, quas legas in Josue 21, 25.

VERS. 70. — ASER... BAALAM... HIS QUI DE COGNATIONE FILIORUM CAATH RELIQUI ERANT, SUNT, inter quos Jan., Malv., qui Aser miscendam censent cum Tanach, et Baalam cum Gethremmon, Josue 21, 25. Id nisi admittamus, reputandum erit, jam inde ab Josue aetate immutatum fuisse aliquid in hereditatibus; omnes

## CAPUT VII.

1. Porro filii Issachar: Thola, et Phua, Jasub, et Simeron, quatuor.

2. Filii Thola: Ozi et Raphaia, et Jeriel, et Jemai, et Jebsem, et Samuel, principes per domos cognationum suarum. De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus David, viginti duo milia sexcenti.

3. Filii Ozi: Izrahia, de quo nati sunt Michael, et Obadia et Johel, et Jesia, quinque omnes principes.

4. Cumque eis per familias et populos suos, accincti ad praelium, viri fortissimi, triginta sex milia: multas enim habuerunt uxores et filios.

5. Fratres quoque eorum per omnem cognationem Issachar, robustissimi ad pugnandum, octoginta septem milia numerati sunt.

enim haec urbes traditae sunt *his qui de cognatione Caath reliqui erant*, qui scilicet neque sacerdotes erant, neque Aaronici, sed meri Levitae. Grot. hic. Vide quae diximus superius v. 1 hujus capituli, vel potius *his qui superant distribuenti*; discimus enim ex hoc textu altiusque nonnullis, distributiones hasce illis et aliis temporibus absolutas fuisse. Caeterum Baalam, vel, uti legit Hebraeus, *Dalaam*, eadem est ac *Jebalam*, de qua Josue 17, 11. Septuaginta legunt hic *Jemblaam*, vel *Iblaam*.

VERS. 71. — ASHABOTH, aliter *Bozra*, vel, juxta Hebraeos, *Bebestherah*, Josue 21, 27.

VERS. 72. — CEDES, eadem ac *Ceslon*, Josue 21, 28.

VERS. 75. — RANOTH, aliter *Jaramoth*, Josue 21, 29.

ANNA, aliter *Engannim*, Josue 19, 21, et 21, 29.

VERS. 75. — HECAC, seu *Helcoth*, Josue 21, 31.

VERS. 76. — HAMON, eadem ac *Hammath Dor*, Josue 21, 52.

VERS. 77. — DAMONO. Aliter *Danna*, Josue 21, 35.

THABOR CEN SERTIBANIS SEI. In monte Thabor urbs olim considerat. Vide dieta ad Judic. 4, 6. Hic fortè innuitur urbs *Coelethabur* in tribu Zabulon, Josue 19, 12. Desunt hic urbes duae in eadem tribu, filiis Merari assignatae, quarum nomina in Josue leguntur, cap. 21, v. 35: *Danna* et *Naalot*.

## CHAPITRE VII.

1. Issachar eunt quatre enfans: Thola, Phua, Jasub et Simeron.

2. Thola eut pour fils Ozi, Raphaia, Jeriel, Jemai, Jebsem et Samuel, tous chefs de diverses branches ou maisons. Et dans le dénombrement qui fut fait sous David, il se trouva vingt-deux mille six cents hommes de la maison de Thola, gens très-braves.

3. Ozi eut pour fils Izrahia, duquel sont venus Michael, Obadia, Johel et Jesia, tous cinq chefs de branches.

4. Ils eurent avec eux, à cause de leurs diverses branches et familles, jusqu'à trente-six mille hommes, très-braves et toujours prêts à combattre, parce qu'ils avaient eu chacun plusieurs femmes et beaucoup d'enfants;

5. Et les parents de ceux-ci, en y comprenant toute la maison d'Issachar, se trouverent monter, dans le dénombrement qui en fut fait, jusqu'à quatre-vingt-sept mille hommes, tous très forts et propres pour la guerre.

6. Filii Benjamin: Bela, et Bechor, et Jadhel, tres.

7. Filii Bela: Esbon, et Ozi, et Oziel, et Jerimoth, et Urai, quinque principes familiarum, et ad pugnandum robustissimi: numerus autem eorum, viginti duo millia et triginta quatuor.

8. Porrò filii Dochor: Zamira, et Joas, et Eliezer, et Elieonai, et Amri, et Jerimoth, et Abia, et Anathoth, et Almath: omnes hi filii Bechor.

9. Numerati sunt autem per familias suas principes cognationum suarum, ad bella fortissimi, viginti millia et ducenti.

10. Porrò filii Jadhel: Balan. Filii autem Balan: Jehus, et Benjamin, et Aod, et Chanana, et Zethan, et Tharsis, et Abisahar.

11. Omnes hi filii Jadhel, principes cognationum suarum, viri fortissimi, et decem et septem millia et ducenti ad prælium procedentes.

12. Sepham quoque et Hapham filii Hir: et Hasim filii Aher.

13. Filii autem Nephthali: Jastel, et Guni, et Jeser, et Sellum filii Bala.

14. Porrò filius Manasse, Esriel: concubinaque ejus Syra peperit Machir patrem Galaad.

15. Machir autem accepit uxores filius suis Happhim et Saphan: et habuit sororem nomine Machaa: nomen autem secundum Salphaad, nataque sunt Salphaad filiae.

16. Et peperit Moacha uxor Machir filium, vocatque nomen ejus Phares: porrò nomen fratris ejus, Saris: et filii ejus, Ulam et Becem.

17. Ultus autem Ulam, Badan: hi sunt filii Galaad, filii Machir, filii Manasse.

18. Soror autem ejus Regina peperit virum Beorum, et Abiezer, et Mohola.

19. Erant autem filii Semida, Ahin, et Sechem, et Leci, et Aniam.

20. Filii autem Ephraim: Suthala, Barès filius ejus, Thabath filius ejus, Elada filius ejus, Thahath filius ejus, hujus filius Zabab.

21. Et hujus filius Suthala, et hujus

6. Benjamin est trius filii suorum, Bela, Bechor et Jadhel.

7. Bela est quinque filii: Esbon, Ozi, Oziel, Jerimoth, et Urai, chefs d'autant de familles remplies d'hommes très-forts pour le combat, dont le nombre se trouva monter à vingt-deux mille trente-quatre.

8. Les fils de Bechor sont Zamira, Joas, Eliezer, Elieonai, Amri, Jerimoth, Abia, Anathoth et Almath, tous fils de Bechor.

9. Le dénombrement de ceux-ci, selon leurs diverses branches d'où sont descendus différentes familles, monta à vingt mille deux cents, tous braves et propres à la guerre.

10. Les descendants de Jadhel sont Balan, qui eut pour fils Jehus, Benjamin, Aod, Chanana, Zethan, Tharsis et Abisahar.

11. Tous ceux-ci descendent de Jadhel, et sont chefs d'autant de maisons remplies d'hommes très-braves, dont le dénombrement monta à dix-sept mille deux cents marchant au combat.

12. Sepham et Hapham sont les fils de Hir, et Hasim est fils d'Aher.

13. Les fils de Nephthali furent Jastel, Guni, Jeser et Sellum, qui venaient de Bala.

14. Esriel fut fils de Manassé, qui eut encore d'une Syrienne, sa concubine, Machir, père de Galaad.

15. Or, Machir prit des femmes pour ses fils Happhim et Saphan, et il eut une sœur, nommée Machaa; et le nom du second fut Salphaad, qui eut des filles.

16. Et Moacha, femme de Machir, accoucha d'un fils, qu'elle nomma Phares, qui eut aussi un frère, nommé Sarès, père d'Ulam et de Becem.

17. Ulam fut père de Badan; et tous ceux-là sont fils de Galaad, fils de Machir, fils de Manassé.

18. Sa sœur Reine eut un fils nommé le Beau, outre Abiezer et Mohola.

19. Semida fut père d'Ahin, de Sechem, de Leci et d'Aniam.

20. D'Ephraïm sont sortis Suthala, Barès, son fils, Thabath, son fils, Elada, son fils, Thahath, son fils, Zabab, son fils.

21. Suthala, fils de Zabab, Ezer et Elad, fils

filii Ezer et Elad: occiderunt autem eos viri Geth indigenae, quia descenderant, ut invaderent possessiones eorum.

22. Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, et venerunt fratres ejus ut consolarentur eum.

23. Ingressusque est ad uxorem suam, quae concepit, et peperit filium, et vocavit nomen ejus Beria; eò quòd in malis donatis ejus ortus esset:

24. Filia autem ejus fuit Sara, quae adhaesavit Bethoron inferiorem et superiorem, et Ozensara.

25. Porrò filius ejus Rapha, et Reseph, et Thale, de quo natus est Thaan,

26. Qui genuit Laadan: hujus quoque filius Ammaud, qui genuit Elisama.

27. De quo ortus est Nun, qui habuit filium Josue.

28. Possessio autem eorum et habitatio, Bethel cum filiabus suis, et contra orientem Koran, ac occidentalem plagam Gazer et filiae ejus, Sichem quoque cum filiabus suis, usque ad Aza cum filiabus ejus.

29. Juxta filios quoque Manasse, Bethsan et filias ejus, Thanaah et filias ejus, Magoddo et filias ejus, Dor et filias ejus: in his habitaverunt filii Joseph, filii Israel.

30. Filii Aser: Jemna, et Jesua, et Jessui, et Baria, et Sara soror eorum.

31. Filii autem Baria, Heber, et Melchiel: ipse est pater Barsaith.

32. Heber autem genuit Jephlat, et Sommer, et Hotham, et Suas sororem eorum.

33. Filii Jephlat: Phosch, et Chamaal, et Asoth: hi filii Jephlat.

34. Porrò filii Somer: Ald, et Roaga, et Haba, et Aram.

35. Filii autem Helem fratris ejus: Supha, et Jemna, et Seles, et Amal.

36. Filii Supha: Sue, Harnapher, et Suai, et Beri, et Jamra,

37. Bozer, et Hod, et Samma, et Salusa, et Jethran, et Bera.

38. Filii Jether: Jephone, et Phaspha, et Ara.

39. Filii autem Olla: Aree, et Haniel, et Resia.

40. Omnes hi filii Aser, principes co-

de Suthala; mais les habitants de Geth les tuèrent tous, parce qu'ils étoient venus envahir leurs possessions.

22. C'est pourquoy Ephraïm leur père les pleura long-temps, et ses frères vinrent pour le consoler.

23. Ensuite il s'approcha de sa femme, et elle conçut, et eut un fils qu'elle nomma Béria, c'est-à-dire pendant l'affliction, parce qu'il étoit né dans l'affliction de sa famille.

24. Ephraïm eut aussi une fille nommée Sara, qui bâtit la haute et la basse Bétoron, et Ozensara.

25. Il eut encore pour fils Rapha, Réseph et Thalé, duquel est venu Thaan,

26. Qui fut père de Laadan, dont le fils fut Ammaud, qui engendra Elisama,

27. Duquel sortit Nun, qui fut père de Josué.

28. Leurs possessions et leur demeure furent: Bétel avec ses dépendances, Noran du côté de l'orient, et Gazer avec ce qui en relève du côté de l'occident, comme aussi Sichem et ses dépendances jusqu'à Aza, et tout ce qui en dépend.

29. Ils possédèrent aussi, du côté de Manassé, Bethsan et ses dépendances, Thanaah et ses dépendances, Magoddo et ses dépendances, Dor et ses dépendances. Ce sont les lieux où demeurèrent les enfants d'Ephraïm, fils de Joseph, fils d'Israël.

30. Les enfants d'Aser furent Jemna, Jesua, Jessui et Baria, avec Sara leur sœur.

31. Les fils de Baria furent Heber et Melchiel; c'est lui qui est le père de Barsaïth.

32. Heber engendra Jephlat, Somer, et Hotham, avec Suas, leur sœur.

33. Les fils de Jephlat furent Phogech, Chamaal et Asoth: ce sont là les fils de Jephlat.

34. Les fils de Somer sont Ahi, Roaga, Haba et Aram.

35. Ceux d'Hélem, son frère, sont Supha et Jemna, Seles et Amal.

36. Les fils de Supha sont Sue, Harnapher, Suai, Beri et Jaura,

37. Bozer, Hod, Samma, Salusa, Jethran et Bera.

38. Les fils de Jéther sont Jéphone, Phaspha et Ara.

39. Les fils d'Olla sont Aree, Haniel et Resia.

40. Tous ceux-ci sont les descendants d'Aser et chefs de familles, l'élite des princes, et les

gnationum, electi atque fortissimi duces ducenti; numerus autem eorum aetatis quae apta esset ad bellum, viginti sex millia.

VERS. 1. — JASEN, vel *Jasib*, Num. 26, 25, aliter Job, Genes. 46, 13. SIMERON, vel *Semron*, Genes. ibid.

VERS. 2. — NEMERATI SUNT IN DIEBUS DAVID. Nota est historia censu jussu Davidis instituti 2 Reg. 24, et 1 Par. 21. mirum vero hic de eodem sermo sit, ignoratur; habemus enim hic censum Beniamitarum, quos tamen Jobabus tunc sub Davide non descripsit (1). Censu est hic facile cogitarum tribum, quae in aliquis expeditiones sub regno Davidis venerant. Porro censentur hic tres tribus, videlicet Benjamin, Issachar, et Aser, quem censum praestra alibi querat. Auctori facile ad manus non erant tabulae censuum Nephthali, Manasse, et Ephraim; nempe enim illas in hoc libro describit. Omitit etiam hic et alibi genealogias Danitarum et Zabulonitarum, quod nihil forte de illis invenit in vetustis tabulis, quae apud tribum Juda servantur.

VERS. 3. — QUIQUE OMNES PRINCIPES (2); quinque scilicet viri incliti, vel principes. Ad litteram, כִּסְיָהוּ, *Omnes capita*. Quatuor tantummodo legitur in textu; quintum complet *Israëlia* eorum patris, nisi excidisse nomen aliquis à textu suspicemur. Singuli principes erant florentissimae et clarissimae in tribu sua familiae.

VERS. 4. — OCTOGINTA SEPTIM MILLIA, praeter octo et quinquaginta milia et sexcentos, quos una Thobai familia dedit, atque ita tribus haec sub Davide numerabat centum quadraginta quinque milia et sexcentos. Tantum hominum numerum suffecit copia uxorum et fecunditas;

(1) 1 Par. 21, 6: *Levi et Benjamin non numeravit, quia quod Job imitatus exequeretur regis imperium.*

(2) FILII OZI. *Filii*, id est, *filii*, unus enim tantum nominatur, scilicet *Israëlia*, eo quod ejus solius, velut eximii, prospiciam deinceps pertexere voluerit Esdras; verisimile enim est Ozi plures habuisse filios, sed miris claros. Certum enim est hisce decem capitibus multorum posterorum patriarcharum nomina reticere; prolixum enim et quasi infinitum fuisset omnes enumerare. Quare aliqui tantum illustriores hic recensentur, caeteri reticentur. Sic Genes. 46, 25, dicitur: *Filii Dan, Husam*. *Filii*, id est, *filii*, unum enim duntaxat habuit, à quo tota tribus Dan propagata est. Est enallage numeri. Recenset enim omnes patriarcharum filios, quorum unum duntaxat habuit Dan.

(Corn. à Lap.)

plus vaillants; le nombre de ceux qui étaient en âge de porter les armes sous David montait à vingt-six mille.

COMMENTARIUM.

licet enim commune ex aequo Hebraeis privilegium esset polygamie, non tamen omnes aequè illo utebantur; unil locupletes uxorum gregem alebant, ex quibus proportione filii: *Multas enim habuerunt uxores et filios.*

VERS. 6. — FILII BENJAMIN TRES. Decem recensentur in Genesi 46, 21; quinque in Numeris 26, 38, et totidem in exordio sequentis capituli; hic autem tres exhibentur. Hoc discrimen conciliabis, si decem quidem filios Benjamin admittas, sed ex his solummodo quinque genitores, et familiarum auctores; ex his autem quinque duae fortasse familiae extinctae sunt in bello decem tribuum adversus Beniaminitas, Judic. 20, 46, 47; quare sub Davide tres supererant in hac tribu familiae, ut trium tantummodo genealogiae instituerentur. Nec abs re etiam suspicamur, irrepsisse in Genesim inter filios Benjamin nomina quaedam nepotum ipsius. Vide ibi Commentarium. Denique Benjamin vidus textus alius fortasse est à patriarcha ejusdem nominis; potuit enim hic ad tribum Issachari pertinere. Alterum Benjaminum habes inferioris v. 20.

JABIEL, aliter *Asbel*, Genes. 46, 21.

VERS. 7. — FILII BELAE... QUIQUE PRINCIPES FAMILIARUM. Legimus in Numeris 26, 38, tribum Benjamin familias tulisse septem; videlicet quinque, quarum auctores totidem filii Benjamin fuerunt, *Bela*, *Asbel*, *Ahiram*, *Sapham*, et *Hapham*; accedebat geminae aliae familiae à duobus filiis *Bele*, *Heret* et *Noeman*, nata. Exhibentur hic quinque familiae, vel quinque stirpes à *Bela*; temporum fortis, bellorum, et calamitatum ejusdem tribus vices id effecerunt, ut in ordinem et oeconomiam mutationis aliquid irreperet; vel forte in aliquo ex his locis manent est aliquid in censibus; vel demum, quod utique magis probamus, quinque istae familiae à *Bela* secundariae sunt, et subjectae majoribus, originem à patriarcha Benjamin proxime referentibus.

VERS. 12. — SEPHAM, ET HAPHAM FILII HIR. In Genesi 46, 21, legitur *Mophim* et *Ophim*, et in Numeris 26, 39, *Sapham* et *Hapham*. Qui hic *HIR*, *Hir*, appellatur *HIRI* in Hebraeo v. 7 hujus capituli, et *Urai* in Vulgata. Igitur *Hir* filios genuit *Sepham* et *Hapham*; cumque *Hir*

inter filios *Bele*, v. 7, recensetur, filius accipiens est pro nepote.

ET NASHIM FILII AHER. Verisimillimè arbitramur, verba haec cum praecedentibus conjungenda esse in hanc sententiam: *Hir filius Iabulb Sephim, Haphim, et Husim filium alterum.* Hebraeum enim *Acher* sonat alterum. Nomina haec *Sephim*, *Haphim*, et *Husim* pluralia sunt, et explicant genus potius quam unum hominem. Hi porro è censu eorum non esse videntur, quos supra legimus, atque hic veluti extra suum locum additi sunt. Suspicio, *Husim* eundem esse virum, qui inter filios Dan legitur in Genesi, 46, 25, et pro *Acher* legendum esse Dan. Conjecturam hanc firmant ea, quae in versiculo sequenti, exposita genealogia Nephthali, auctor conclusit: *Hi filii Bala*, id est, haec fuit posteritas filiorum *Bala* ancillae *Jacobi*, ex qua *Dan* et *Nephthali* orti sunt: nihil tamen hic de Dan, cui unicus erat filius *Husim*. Denique nullibi occurrit *Husim* inter posteros Benjamin.

VERS. 15. — SELLUM, aliter *Sallum*. Genes. 46, 24.

FILII BALAE, id est: Haec genealogia Nephthali filii *Bala*, ancillae *Jacobi*: Vel addito *Dan* in versiculo praecedenti: Haec genealogia *Dan* et *Nephthali* filiorum *Bala*, uxoris *Jacobi*.

VERS. 14. — FILIUS MANASSE ESRIEL... et *Maehir* pater *Galaad*. In Numeris, 26, 29, unicus *Manasse* filius tribuitur *Maehir*, Vide Num. 32, 48. Fuit autem *Maehir* pater *Galaad*, id est, hominis *Galaad* appellati, de quo hic sermo est, et infra, v. 17, et Num. 26, 29, cujus posterius montes *Galaaditeos* tenere. In Hebraeo manca videtur sententia: *Filius Manasse Esriel, quem peperit... Et Maehir pater Galaad filii concubinae Syrae.* Nomen matris *Esrielis* omittitur. Nominis matrum raro notant Hebraei.

VERS. 15. — MACHIR ACCIPIT UXORES FILII SUI HAPPHIM ET SAPHAM. Quomodo *Haphim* et *Sapham* è *Maehir* nati sunt, cum superius, v. 12, adseribatur inter filios Benjamin, et *Hir* genitorem habuerint? Jure adoptionis transiisse illos in ejus familiam necesse est, cum ille utrique uxores procurat. Porro filios *Maehir* fuisse non legimus in textu, sed tantum: *Accipit uxorem filii sui Haphim et Sapham, et habuit sororem nomine Maacha.* Sed quomodo una eademque mulier duobus maritis uxor tribuitur? *Haphim* et *Sapham* pro nominibus mulierum accepisse videtur S. Hieronymus. Syriacus et Arabs serunt: *Maehir dicit uxorem sororem Haphim et Saphim* (magnum et

potentium), quae appellatur *Maacha*. Probetis quò ratione defendi potest, *Maacham* sororem fuisse *Maehir*, cum in sequenti versiculo eidem viro uxor irradat? *Leviter* mutatus textus Hebraeus hanc interpretationem admittit: *Maehir accipit uxorem inter Haphim et Saphim; et habuit sororem nomine Maacham*, seu potius, *sororem eorum nomine Maacham*. Vide *Jan.* et *Maiv.* Nomen uxoris *Maehir* intercidisse, et corruptionis aliquid accidisse textui, contendit *Clericus*.

NOMEN AUTEM SECUNDI SALPHAAD, NATURAE SUNT SALPHAAD FILIAE; id est, *Salphaad* nepos ejus fuit. Deesse hic etiam aliquid in textu videtur: quid enim est illud: *Nomen secundi Salphaad*, cum nihil antea legatur de primo, nec de alio quocumque ex ejus filiis? *Suppleri* igitur posset: *Maehir genuit Galaad*, ex quo *Hepher*, et ex *Hepher* *Salphaad*, qui abnepos est *Maehir*. Vide *Numer.* 26, 29: *Maehir genuit Galaad*. Et 20, 55: *Fuit Hepher pater Salphaad*. Et *Num.* 27, 1.

VERS. 17. — FILIUS ELAM, BADAN. Creditur *Badan* ipsissimus esse *Jair* iudex celebris *Israëlis*, *Jud.* 10, 3, vir *Galaadites*, cui triginta fuerunt liberi, principes totidem urbium, quae urbes *Jair* appellabantur. Idem ipse vir appellatus videtur *Badan* in libro 4 Reg. 12, 2.

HI SUNT FILII GALAAD. Singuli portiones suam obtinuerunt inter filios *Galaad*, et in ejus nominis regione. Ad stirpem *Galaad* idcirco solam pertinebant, quod communem haberent cum *Galaad* genitorem *Maehir*.

VERS. 18. — SOROR EIUS REGINA PERPIT VIREM DECORUM; id est, quae appellatur *Regina*, peperit filium, nuncupatum *Decorum*. Servari possunt Hebraeae voces: *Soror ejus Malketh peperit Ishod*, *Rabbinorum* quidam tradunt, *Regina* hanc matrem fuisse *Josue*, qui nomine *Decori* hic appellatur. Aliis *Regina* est *Debbora* vaies.

ABSEER, aliter *Iezer*. Num. 26, 50.

VERS. 19. — LEZI, ipse est *Heleer*. Num. 26, 50.

VERS. 20. — FILII EPHRAIM: SUTHALA, BEKER, ac reliqui in hoc versiculo et in sequentibus usque ad 26, descripti. Igitur *Ephraim* sexdecim fuerunt liberi, vel saltem totidem hic recensentur; sed in Numeris tres tantummodo habemus, *Suthalam*, *Becker*, *Theken*. Quod nobis probat, omnes illos, quorum nomina hic exhibentur, filios *Ephraim* fuisse, illud est, 1<sup>o</sup> quòd ut in Numeris, ita etiam hic legentur *Suthala* et *Becker*, idem facile cum

*Yared*, de quo hic, et *Thehen*, idem cum *Thahath* hujus textus; leguntur, inquam, descripsi ceteri filii ex Ephraïmo parente nati: quare aequa utrobique est ratio affirmandi, eos quorum hic nomina in eodem ordine et appellatione exhibentur, filios esse reverà Ephraïm eodem sensu, quo tres reliqui. 2<sup>o</sup> Ephraïm filiorum suorum, hic descriptorum, mortem aequè omnium loquet. 3<sup>o</sup> Denique Scriptura nullum praebet argumentum distinguendi, ut alios quidem filios putamus, alios nepotes, vel abnepotes. Jure igitur meritoque omnes in eodem necessitudinis gradu constituantur, in quo tres illi, qui, necesse est ambigere, jure filiorum hujus patriarchae fruantur.

VERS. 21. — OCCURRUNT EOS VIRI GETH INOCCENTE, GETH DESCENDERANT ET INVADERENT POSSESSIONES EORUM. Hujus loci non una est interpretatio. Censent quidam (1) Ephraïmitas, terram Gessan, regionem Aegypti maxime omnium finitimam Palaestina occupantes, Gethais, è Palaestina in Aegyptum praedae causâ descendentibus, armis occurrere ausos, Gethos victosque fuisse. Alii vero malant (2), Ephraïmitas animosos plane, et temerario facinore, progressos ad regionem Philistaeorum, ut praeventum tempus divinitus constitutum, quo illam reperent, repressos ac trucidatos fuisse à Gethais. Contendant quidam (3), praedium hoc ipsum esse idemque, de quo in Numeris 13, 44, cum scilicet Israelitae irrumperent in Chanaanidem via montium tentarunt, Sed tunc Ephraïm utique in vivis non agebat, et locus, quâ aditum tendunt, quam longissimè à Geth aberat. Sunt qui credant, Ephraïmitas invasisse Gethicos diu post ingressum Israelitarum in Terram promissionis; Ephraïmum verò istorum patrem, virum esse plane alium à patriarchâ. Nihil est in historia sacra, quod huic rei licentiam affundat. Aliquid simile invenit paraphrasista Chaldaeus in Canticum canticorum 2, 7. Sed ex hoc loco acceptam historiam fabellis pluribus infersit. Illud certò affirmari potest, rem hanc concipisse quo tempore Hebraei in Aegypto erant; et facile acerbum hoc Ephraïmitarum factum in causâ fuit, cur istorum nomina non legantur in Genesi.

(1) Serar. in Josue 1 quest. 2 et 5; Menech, Jun., Tirin. Ita Syr. et Arab.  
(2) Grot., Vat., Malv. Plerique.  
(3) Vide Est. hic.

nec nisi tria in Numeris occurrant. Hebraeus ad litteram: *Ei ceciderunt eos viri Geth, nati in terra, quia descenderant ad capiendum greges eorum*. Invenit hic, Ephraïmitas aggressores fuisse; idque à plerisque creditur.

VERS. 24. — FILIA EOS FUIT SARA, QUAE AEDIFICAVIT BETHROTON INFERIOREM ET SUPERIOREM. Actum est de situ utriusque urbis in animadversionibus in tabulam geographicam terrae sanctae. Condita erant antequam Hebraei Chanaanidem venirent. Sara, nephis, vo abnephis Ephraïmi, restituit utramque, uti et *Orensara*, cujus situs ignoratur.

VERS. 25. — POSUO FILIUS UROS RAPHA, ETC. Non satis constat, utrum hi pariter filii sint Ephraïmi, an potius Rapha ex patre *Berâh* natus sit, et *Reseph* et *Thale* ex Raphâ. Illud certum est, eos, de quibus in v. 26, ex Ephraïmo proximè natos non esse, cum *Elizama*, qui hic legitur, principem ageret Ephraïmitarum in deserto, genueritque *Nus*, patrem Josue. Quare in censum filiorum Ephraïmi referendos arbitror eos omnes qui recensentur usque ad v. 26. *Thaan* pater fuit *Laadani*, vel *Laadonis*, seu potius *Hadonis* מִלְכִּי בֶן לָדָן. Ita Syr., Jun., Malv. est servile. Ex *Laadano* *Ammiad*, ex quo *Elizama*: *Elizama* dedit *Nus*, et hic Josue, sextum ab Ephraïmo, qui annum agebat quartum et quinquagesimum aetatis, cum ab Aegypto egredereetur.

VERS. 34. — ET ARAM, VERS. 35. — FILII AUTEM HELEM FRATRES EUS. Ut facillor reddatur sensus hujus textus, ita legendus est: *Filii Sumer.... Aram, et Helem: filii Helem fratris Aram, Supha, etc.*

VERS. 37. — JETHIAS, IDEM EST *Jether* sequentis versiculi.

VERS. 38. — *Jephone*, vir longè alius à patre *Caleb*, cum ad tribum *Aseph* pertineat; pater verò *Caleb* vir fuerit è tribu *Juda*.

VERS. 46. — OMNES HI FILII *Asar*, PRINCIPES COGNATIONUM, ELECTI ATQUE FORTISSIMI DECIS DECUM. Hebraeus ad litteram: *Omnes isti filii Asar, capita domus patrum, vel patriarchae electi, fortes viribus, capita principum*. Tituli titulis cumulantur. Si omnes, quorum nomina à v. 50 describuntur, alter post alterum principatum in tribu sua gesserunt, viri strenui, electi, inter ceteros duces praecipui, cum in aciem proficiscendum esset.

## CAPUT VIII.

## CHAPITRE VIII.

1. Benjamin autem genuit Bale primum genitum suum; Asbel secundum; Ahara tertium;

2. Nohaa quartum, et Rapha quintum.

3. Fueruntque filii Bale: Addar, et Gera, et Abiud.

4. Abiud quoque, et Naaman, et Ahoe, 5. Sed et Gera, et Sephuphan, et Huram.

6. Hi sunt filii Ahod, principes cognationum habitantium in Gabaâ, qui translati sunt in Manabath.

7. Naaman autem, et Achia, et Gera ipse transtulit eos, et genuit Oza et Ahind.

8. Porrò Saharaim genuit in regione Moab, postquam dimisit Husim et Bara uxores suas;

9. Genuit autem de Hodis uxore sua Jobab, et Sebia, et Mosa, et Molechom,

10. Jehus quoque, et Sechia, et Marma: hi sunt filii ejus, principes in familiis suis.

11. Mehusim verò genuit Abitob, et Elphaal.

12. Porrò filii Elphaal: Heber, et Misam, et Samad: hic aedificavit Ono, et Lod, et filias ejus.

13. Baria autem et Sama, principes cognationum habitantium in Aialon: hi fugaverunt habitatores Geth.

14. Et Ahio, et Sese, et Jerimoth,

15. Et Zabadia, et Arod, et Heder,

16. Michael quoque, et Jespha, et Joha filii Baria.

17. Et Zabadia, et Mosollam, et Hezeçi, et Hober.

18. Et Jesamari, et Jexia, et Jobab, filii Elphaal.

19. Et Jacim, et Zechri, et Zabdi,

20. Et Elionai, et Seletnai, et Eliel,

21. Et Adais, et Barais, et Samarath filii Semei.

22. Et Jespham, et Heber, et Eliel,

23. Et Abdon, et Zechri, et Hanan,

24. Et Hanania, et Aelam, et Anathothia,

25. Et Jephdaia, et Phanael filii Sesac.

26. Et Samsari, et Sohoria, et Otholia,

1. Benjamin engendra Bale, son aîné; Asbel, le second; Ahara, le troisième;

2. Nohaa, le quatrième, et Rapha, le cinquième.

3. Les fils de Bale furent Addar, Gera et Abiud.

4. Abiud, Naaman et Ahoe,

5. Comme aussi Gera, Séphuphan et Huram.

6. Ceux-ci sont fils d'Ahod, et chefs de familles qui demeurèrent d'abord à Gabaâ, et qui furent ensuite transportés à Manabath.

7. Naaman, Achia et Géro; celui-ci les transféra, et il fut père d'Oza et d'Ahind.

8. Or Saharaim ayant renvoyé ses femmes Husim et Bara, il eut des enfants dans le pays de Moab:

9. Il eut donc, de Hodès son épouse, Jobab, Sechia, Mosa et Molechom,

10. Avec Jehus, Sechia et Marma, qui furent tous ses enfants et chefs d'autant de familles différentes.

11. Mehusim engendra Abitob et Elphaal.

12. Les enfants d'Elphaal sont Héber, Misam et Samad, qui bâtit Ono et Lod avec les lieux qui en dépendent.

13. Baria et Sama furent chefs des branches qui s'établirent en Aialon; ce furent eux qui chassèrent les habitants de Geth.

14. Ahio, Sésac, Jérimoth,

15. Zabadia, Arod et Héder,

16. Michaël, Jespha et Joha sont les enfants de Baria.

17. Zabadia, Mosollam, Hézéçi, et Héber,

18. Jesamari, Jézia et Jobab sont encore les enfants d'Elphaal.

19. Jacim, Zéçhri, Zabdi,

20. Elionai, Séletnai, Eliel,

21. Adais, Barais et Samarath sont les enfants de Séméi.

22. Jespham, Héber, Eliel,

23. Abdon, Zéçhri, Hanan,

24. Hanania, Elam, Anathothia,

25. Jephdaia et Phanael sont les enfants de Sésac.

26. Samsari, Sohoria, Otholia,

*Yared*, de quo hic, et *Thehen*, idem cum *Thahath* hujus textus; leguntur, inquam, descripsi ceteri filii ex Ephraim parente nati: quare aequa utrobique est ratio affirmandi, eos quorum hic nomina in eodem ordine et appellatione exhibentur, filios esse revera Ephraim eodem sensu, quo tres reliqui. 2<sup>o</sup> Ephraim filiorum suorum, hic descriptorum, mortem aequè omnium loquet. 3<sup>o</sup> Denique Scriptura nullum praebet argumentum distinguendi, ut alios quidem filios putamus, alios nepotes, vel abnepotes. Jure igitur meritoque omnes in eodem necessitudinis gradu constituantur, in quo tres illi, qui, necesse est ambigere, jure filiorum hujus patriarchae fruantur.

VERS. 21. — OCCURRUNT EOS VIRI GETH INCOGNITA, GETH DESCENDERANT ET INVADERENT POSSESSIONES EORUM. Hujus loci non una est interpretatio. Censent quidam (1) Ephraimitas, terram Gessan, regionem Aegypti maxime omnium finitimam Palaestina occupantes, Gethais, è Palaestina in Aegyptum praedae causa descendentes, armis occurrere ausos, Gessos victosque fuisse. Alii vero malant (2), Ephraimitas animos plane, et temerario facinore, progressos ad regionem Philistaeorum, ut praeventum tempus divinitus constitutum, quo illam reperent, repressos ac trucidatos fuisse à Gethais. Contendant quidam (3), praedium hoc ipsum esse idemque, de quo in Numeris 13, 44, cum scilicet Israelitae irrumperent in Chanaanidem via montium tentarunt, sed tunc Ephraim utique in vivis non agebat, et locus, quæ aditum tentarunt, quam longissimè à Geth aberat. Sunt qui credant, Ephraimitas invasisse Gethicos diu post ingressum Israelitarum in Terram promissionis; Ephraimum verò istorum patrem, virum esse plane alium à patriarcha. Nihil est in historia sacra, quod huic rei licentiam affundat. Aliquid simile invenit paraphrastes Chaldaeus in Canticum canticorum 2, 7. Sed ex hoc loco acceptam historiam fabellis pluribus infertis. Illud certò affirmari potest, rem hanc cognisse quo tempore Hebraei in Aegypto erant; et facile acerbum hoc Ephraimitarum factum in causa fuit, cur istorum nomina non legantur in Genesi.

(1) Serar. in Josue 1 quest. 2 et 5; Menech, Jun., Tirin. Ita Syr. et Arab.  
(2) Grot., Vat., Malv. Plerique.  
(3) Vide Est. hic.

nec nisi tria in Numeris occurrant. Hebraeus ad litteram: *Ei ceciderunt eos viri Geth, nati in terra, quia descenderant ad capiendum greges eorum*. Invenit hic, Ephraimitas aggressores fuisse; idque à plerisque creditur.

VERS. 24. — FILIA EOS FUIT SARA, QUAE AEDIFICAVIT BETHROTON INFERIOREM ET SUPERIOREM. Actum est de situ utriusque urbis in animadversionibus in tabulam geographicam terrae sanctae. Condita erant antequam Hebraei Chanaanidem venirent. Sara, nephis, vo abnepis Ephraimi, restituit utramque, uti et *Orensara*, cujus situs ignoratur.

VERS. 25. — POSUO FILIUS UROS RAPHA, ETC. Non satis constat, utrum hi pariter filii sint Ephraimi, an potius Rapha ex patre *Berai* natus sit, et *Reseph* et *Thale* ex Raphâ. Illud certum est, eos, de quibus in v. 26, ex Ephraimo proxime natos non esse, cum *Elicama*, qui hic legitur, principem ageret Ephraimitarum in deserto, genueritque *Nus*, patrem Josue. Quare in censum filiorum Ephraimi referendus arbitror eos omnes qui recensentur usque ad v. 26. *Thaan* pater fuit *Laadani*, vel *Laadonis*, seu potius *Hadonis* מִלְכִּי בֶן לָדָן. Ita Syr., Jun., Malv. est servile. Ex *Laadano* *Ammiad*, ex quo *Elicama*: *Elicama* dedit *Nus*, et hic Josue, sextum ab Ephraimo, qui annum agebat quartum et quinquagesimum aetatis, cum ab Aegypto egredereetur.

VERS. 34. — ET ARAM, VERS. 35. — FILII AUTEM HELEM FRATRES EUS. Ut facillor reddatur sensus hujus textus, ita legendus est: *Filii Sumer.... Aram, et Helem: filii Helem fratris Aram, Supha, etc.*

VERS. 37. — JETHIAS, IDEM EST *Jether* sequentis versiculi.

VERS. 38. — *Jephone*, vir longè alius à patre *Caleb*, cum ad tribum *Aseph* pertineat; pater verò *Caleb* vir fuerit è tribu *Juda*.

VERS. 46. — OMNES HI FILII *Aser*, PRINCIPES COGNATIONUM, ELECTI ATQUE FORTISSIMI DECIS DECUM. Hebraeus ad litteram: *Omnes isti filii Aser, capita domus patrum, vel patriarchae electi, fortes viribus, capita principum*, Tituli titulis cumulantur. Si omnes, quorum nomina à v. 50 describuntur, alter post alterum principatum in tribu sua gesserunt, viri strenui, electi, inter ceteros duces praecipui, cum in aciem proficiscendum esset.

## CAPUT VIII.

## CHAPITRE VIII.

1. Benjamin autem genuit Bale primum genitum suum; Asbel secundum; Ahara tertium;

2. Nohaa quartum, et Rapha quintum.

3. Fueruntque filii Bale: Addar, et Gera, et Abiud.

4. Abiud quoque, et Naaman, et Ahoe, 5. Sed et Gera, et Sephuphan, et Huram.

6. Hi sunt filii Ahod, principes cognationum habitantium in Gabaâ, qui translati sunt in Manabath.

7. Naaman autem, et Achia, et Gera ipse transtulit eos, et genuit Oza et Ahind.

8. Porrò Saharaim genuit in regione Moab, postquam dimisit Husim et Bara uxores suas;

9. Genuit autem de Hodis uxore sua Jobab, et Sebia, et Mosa, et Molechom,

10. Jehus quoque, et Sechia, et Marma: hi sunt filii ejus, principes in familiis suis.

11. Mehusim verò genuit Abitob, et Elphaal.

12. Porrò filii Elphaal: Heber, et Misam, et Samad: hic aedificavit Ono, et Lod, et filias ejus.

13. Baria autem et Sama, principes cognationum habitantium in Aialon: hi fugaverunt habitatores Geth.

14. Et Ahio, et Sese, et Jerimoth,

15. Et Zabadia, et Arod, et Heder,

16. Michael quoque, et Jespha, et Joha filii Baria.

17. Et Zabadia, et Mosollam, et Hezeai, et Hober,

18. Et Jesamari, et Jexia, et Jobab, filii Elphaal.

19. Et Jacim, et Zechri, et Zabdi,

20. Et Elionai, et Seletnai, et Eliel,

21. Et Adais, et Barais, et Samarath filii Semei.

22. Et Jespham, et Heber, et Eliel,

23. Et Abdon, et Zechri, et Hanan,

24. Et Hanania, et Aelam, et Anathothia,

25. Et Jephdaia, et Phanael filii Sesac.

26. Et Samsari, et Sohoria, et Otholia,

1. Benjamin engendra Bale, son aîné; Asbel, le second; Ahara, le troisième;

2. Nohaa, le quatrième, et Rapha, le cinquième.

3. Les fils de Bale furent Addar, Gera et Abiud,

4. Abiud, Naaman et Ahoe, 5. Comme aussi Gera, Séphuphan et Huram.

6. Ceux-ci sont fils d'Ahod, et chefs de familles qui demeurèrent d'abord à Gabaâ, et qui furent ensuite transportés à Manabath.

7. Naaman, Achia et Gera; celui-ci les transféra, et il fut père d'Oza et d'Ahind.

8. Or Saharaim ayant renvoyé ses femmes Husim et Bara, il eut des enfants dans le pays de Moab:

9. Il eut donc, de Hodès son épouse, Jobab, Sechia, Mosa et Molechom,

10. Avec Jehus, Sechia et Marma, qui furent tous ses enfants et chefs d'autant de familles différentes.

11. Mehusim engendra Abitob et Elphaal.

12. Les enfants d'Elphaal sont Héber, Misam et Samad, qui bâtit Ono et Lod avec les lieux qui en dépendent.

13. Baria et Sama furent chefs des branches qui s'établirent en Aialon; ce furent eux qui chassèrent les habitants de Geth.

14. Ahio, Sésac, Jérimoth,

15. Zabadia, Arod et Héder,

16. Michéel, Jespha et Joha sont les enfants de Baria.

17. Zabadia, Mosollam, Hézeai, et Héber,

18. Jesamari, Jexia et Jobab sont encore les enfants d'Elphaal.

19. Jacim, Zéchéri, Zabdi,

20. Elionai, Séletnai, Eliel,

21. Adais, Barais et Samarath sont les enfants de Séméi.

22. Jespham, Héber, Eliel,

23. Abdon, Zéchéri, Hanan,

24. Hanania, Elam, Anathothia,

25. Jephdaia et Phanael sont les enfants de Sésac.

26. Samsari, Sohoria, Otholia,



27. Et Jersia, et Elia, et Zechri filii Jeroham.

28. Hi patriarchæ, et cognationum principes qui habitaverunt in Jerusalem.

29. In Gabao autem habitaverunt Abigabao, et nomen uxoris ejus Maacha :

30. Filiusque ejus primogenitus Abdon, et Sur, et Cis, et Baal, et Nadab,

31. Gedor quoque et Ahio, et Zacher, et Macelloth :

32. Et Macelloth genuit Samaa; habitaveruntque ex adverso fratrum suorum in Jerusalem cum fratribus suis.

33. Ner autem genuit Cis, et Cis genuit Saül. Porrò Saül genuit Jonathan, et Melchisua, et Abinadab, et Esbaal.

34. Filius autem Jonathan, Meribbaal : et Meribbaal genuit Micha.

35. Fiii Mieba : Phithon, et Melech, et Thara, et Abaz.

36. Et Abaz genuit Joadæ : et Joadæ genuit Alamath, et Azmoth, et Zamri : porrò Zamri genuit Mosa.

37. Et Mosa genuit Banaa, cujus filius fuit Rapha, de quo ortus est Elasa, qui genuit Asel.

38. Porrò Asel sex filii fuerunt his nominibus : Ezricam, Boeru, Ismaël, Saria, Obdia, et Hanan : omnes hi filii Asel.

39. Filii autem Esæ fratris ejus : Ulam primogenitus, et Jehus secundus, et Eliphalet tertius.

40. Fueruntque filii Ulam viri robustissimi, et magno robore, tendentes arcum : et multos habentes filios ac nepotes, usque ad centum quinquaginta. Omnes hi filii Benjamin.

VERS. 1. — BENJAMIN AUTEM GENUIT BALE. In capite præcedenti legitur genealogiam Benjamin; hic autem aliquot dictis ibidem additur, ac referuntur familiae plures, quas alibi frustra quæras : ex quo negotium fit his qui sedulo inquirunt, unde discrimen hoc nomen in hominibus ejusdem tribus. Sunt qui variantia hæc repetant è variis exemplaribus, unde genealogiam ejusmodi deductæ sunt, uti et ex pluribus unius ejusdemque hominis nominibus; ita Abenezra. Verùm Sanctius multò æquius animadvertit, auctorem hujus libri

27. Jersia, Elia, Zechri sunt les enfants de Jeroham.

28. Ce sont là les premiers pères et les chefs des familles, lesquels s'établirent à Jérusalem après le retour de la captivité.

29. Mais Abigabao s'établit dans Gabao; sa femme se nommait Maacha.

30. Son fils aîné était Abdon, et les autres Sur, Cis, Baal, Ner et Nadab.

31. Comme aussi Gedor, Ahio, Zacher et Macelloth.

32. Qui engendra Samaa; et tous ceux-ci s'établirent à Jérusalem avec ceux de la même branche à l'opposite de leurs frères.

33. Ner engendra Cis, Cis engendra Saül. Saül engendra Jonathan, Melchisua, Abinadab et Esbaal.

34. Le fils de Jonathan fut Meribbaal, et Meribbaal fut père de Micha.

35. Les fils de Micha furent Phithon, Mélech, Thara et Abaz.

36. Abaz engendra Joadæ, Joadæ engendra Alamath, Azmoth et Zamri. Zamri engendra Mosa.

37. Mosa engendra Banaa, dont le fils fut Rapha, d'où est venu Elasa, qui engendra Asel.

38. Asel eut six fils dont voici les noms : Ezricam, Boeru, Ismaël, Saria, Obdia et Hanan, tous fils d'Asel.

39. Les enfants d'Esæ, son frère, étaient Ulam l'aîné, Jehus le second, et Eliphalet le troisième.

40. Les enfants d'Ulam furent des hommes très-robustes, et qui avaient une grande force pour tirer de l'arc. Ils eurent un grand nombre de fils et de petits-fils, jusqu'à cent cinquante; tous ceux-là sont de la postérité de Benjamin.

## COMMENTARIUM.

narrasse hic nomina plurimum Benjaminitarum à captivitate Babylonica reducum, qui sedem consequerentur, alii quidem Hierosolymis, alii sparsim per loca. Plura evidentur leguntur hic nomina virosuam à captivitate reducum. Cohæret hoc caput cum 1 Esdr. 10, 41. Longius autem deducere visum est genealogiam Saülis, quòd vir esset regis dignitate insignis.

ASSEL, idem ac Jaël, vel ex Hebræo Jediael. Sept. : Idem.

AHARA, idem ac Ahiram, Num. 26, 33, et Echi, Gen. 46, 21.

VERS. 2. — NORAS, idem facillè ac Bechor. Genes. 46, 21.

RAPHA, idem facillè ac Ros in Genesi.

VERS. 5. — ADDAR, idem ac Arad, ibid., vel Hered, Num. 26, 40.

VERS. 6. — HIRAM, an idem ac Ophim, Gen. 46, 21, vel Hupham, Num. 26, 39?

VERS. 6. — HI SONT FILII AHOD. Verisimile est, posteros esse Aodi, judicis Israelis. Benjaminita erat, filius vel nepos Geræ, cujus nomen hic in v. 5 legitur. Vide Jud. 5, 15. Hæc verò colonia nonnisi post captivitatem translatæ sunt. Posterii Aodi considerant primò Galbae urbe Benjaminicæ; inde migrarunt in Manahath, regionem tribus Juda, de qua jam actum est, et quam statim initio filii Juda colserunt, 1 Par. 2, 52, 54.

VERS. 7. — ET GENUIT OZA, ET AHICD (1). Utriusque hujus viri idem facillè pater erat Gera.

VERS. 8. — SAHARAÏM GENUIT IN REGIONE MOAB. DE HODIS EXORE SUA JOBAB. En virum, cujus ignoramus originem: nihil etiam scimus de Saharaïm, aliud, quòd repudiati geminæ uxore sua Husim et Bara, filios ex alterâ uxore Hodæ genuerit in regione Moab, quò fortè auferat; sed quando et cur, latet. Sunt qui alio sensu reddant v. 6. Vide Jun. et Tremell. Belgic. Vers., etc. Vide genealogiam Ahothi. Tres ille genuit liberos, Namam, Achiam, et Gera, quos Gaba, ubi sedem habebant, misit in Manahath, ubi novam coloniam condiderunt; alios deinde liberos retulit ex Husim et Bara uxoris suis, Ozam, Ahicd, et Saharaïm. וְזָרַבְתָּ, וְזָרַבְתָּ כִּן שְׂרָיָה בְּיָמָיו: Postquam dimisit eos, nempe Naaman, Achia, et Gera. Denique ex aliâ uxore Hodæ auctus est aliis liberis, Jobabo, Sebia, Mosa Melchom, Jehus, Sechia, et Marna. Hæc genealogia omnis Ahothi. Sed ut hypothesi hæc servari posset, juvanda esset paululum literarum textus.

VERS. 11. — MERUSIM GENUIT AHITOR; vel, juxta Hebræum: Saharaïm genuit Ahitob ex uxore sua Husim, de qua in v. 8.

VERS. 12. — OSO ET LOO. Dua sunt urbes, quarum nomina frustra quæras ante captivitatem Babylonicam; quippe quæ nonnisi post

(1) NERUS AUTEM, ET ACHIA, ET GERA, supple, sunt filii Ahoth, quos versu præcedenti me renostrum promissis; rps, scilicet Gera, qui proximè præcessit transiit eos, scilicet Ahodias, ex Gaba in Manahath, ut dictum est, versu 6. Idemque Gera genuit Oza et Ahicd, ac tertium Saharaïm existens in regione Moab, ut sequitur vers. 8, ad quam Gera migravit fortè cum Eimelech famis causâ, Ruth 1. (Corn. à Lap.)

illam conditæ fuere. Esdras et Nehemias non semel illarum meminerunt. Vide 1 Esdræ 2, 53; 2 Esdræ 7, 57, et 41, 34, 35. Loo ipsa est facillè Lydda, deinde appellata Diapoliis, decem leucis ab Hierosolymis, septentrionem et occidentem versus. Ono ter mille passibus aberat à Lydda, uti Ligustinus ex Thalmodi et libro Jachaim probavit.

VERS. 15. — BARIA, ET SAMA. . . HI FUERUNT HABITATORES GETH. Qui fuerint Baria et Sama, non satis exploratum est: creduntur tamen filii Elphaïtis; ipsi verò vel illorum posterii incolas Geth expulerunt. Historicum hoc factum ex nullo alio Scripturæ textu discitur; neque conpertum haberi potest, utrum post captivitatem, an ante consigandum sit.

VERS. 25. — SESAC, idem facillè qui supra v. 44 legitur.

verba in exordio libri Esdræ leguntur. Animadvertendum est, id moris obtinuisse apud veteres, ut seriem historiarum et narrationum suarum ita colligerent, ut lector ex uno in alterum librum transiens, mentem alio non auerteret.

VERS. 25. — QUESIA REGNA TERRE DEDIT MIHI DOMINUS. Totius Orientis imperium mihi con-

tulit, exiunq; supra ceteros, qui nunc regnant, principes. Reges, orientales præsertim, titulos suos ac privilegia superbe exaggerant. Romani imperatores prædicabant sese orbis dominos, et Romanum imperium dicebatur orbis imperium; Virgil. Æneid. 1 :

Qui mare, qui terras omni ditone teneant.

## DE PRÆFECTIS AULÆ ET MILITIÆ REGUM HEBRÆORUM,

### Dissertatio.

Cum Hebræorum mores et consuetudines adeo sint à nostris moribus dissona, et Judæorum historia adeo parca sit, ubi de plebisque ejus gentis rebus agitur; idcirco operæ pretium nos facturos censemus, si curas omnes nostras intendamus, ut mœnera omnia, titulos et privilegia præfectorum in aulâ et exercitu Hebræorum exponenda aggrediamur.

Plerumque illi regum secunda erant à parentibus in regno potestas: hinc filios David primos fuisse legimus ad manum regis, 2 Reg. 8, 18; et 4 Par. 18, 17, filii David *בְּנֵי דָוִד אֲדָרְכָהוּ* erant, nempe aulæ principes, *אֲדָרְכָהוּ*. Regi Ochozîe assidebant quadraginta principes, fratrum ipsius filii, qui principatum in Judâ, atque summa apud regem, munera gerebant, 2 Par. 23, 8. Ad quem verò regni hæreditas spectabat, illi potior erat supra ceteros fratres dignitas; nec rarò post Salomonem reges Juda et Israelis filium suum, regni futurum successorem, in societatem imperii, superstitibus adhuc, auscisciebant. Quod frequentius usurpatum, deinde in morem legemque transiit. Neque apud Hebræos tantùm, sed etiam apud Persas, teste Herodoto, l. 1 et 7, obtinuisse lex videtur, ut principes ad bellum extra regni fines profecturi, successorem suum designarent. Quo autem apparatu futuri hæredes regni procederent, ex historia Absalom et Adoniae satis intelligimus: neque enim illis decant corporis custodes, non

currus, non viri qui illos præcederent, 2 Reg. 15, 1, et 5 Reg. 1. 5.

Regiorum puerorum custodes, viri probatè sapientiæ et gravitatis eligebantur, quemadmodum ex viris à Davide selectis intelligimus: *Jonathan pater David, consiliarius vir prudens, et litteratus; ipse, et Jahiel filius Hackamoni, erant cum filiis regis.*

De nutriciis filiorum regis sermo est in Scripturâ, eum de filiis Achab apud optimates Samariæ educatis agitur, 4 Reg. 10. 1. Rex Roboam educandos filios suos in amplissimas urbes Juda et Benjamin miserat, 2 Par. 11, 25; quibus deinde jam adultis et regis opes, et non imparis nobilitatis uxores paravit, eâ facili cautione ne quid dissidii inter filios diversarum conjugum oriretur, occurrerent.

Speciatissimum et princeps aulæ munus gerebat regie domus œconomus, quem ego designari credo illis Scripturæ verbis: *Secundus à rege (1). Tu regnabis, ait Jonathan ad Davidem, super Israel, et ego ero tibi secundus; sed et Saul pater meus scit hoc, 1 Reg. 25, 17.* Eandem dignitatem Joseph sub Pharaone obtinebat, Genes. 41, 42. eandem Aman primus, Esther 15, 5, 6, et 15, 2; deinde Mardochæus sub Assuero rege Persarum, ibid. 8, 1, 2 et 9, 4, et Elchana sub Achaz, 2 Par. 28, 7. Huic similis respondebat in aulâ Constantinopolitanâ *praepositus magni palatii*, et veterum

(1) 2 Par. 28. 7: *בִּשְׂטֵן הַמֶּלֶךְ*, Septuag. *ὁ ὑποπόσιτος τοῦ βασιλέως*.

Francorum regum major domus. Appellabantur etiam viri amplissimi, fideles, et regum amici: ita Moyses *fidelis* erat in domo Dei, Num. 12, 7; et vir super universam familiam constitutus, fidelis et prudens in Evangelio nominatur, Math. 24, 45. Id munus gerebat Eliezer in domo Abrahami, Genes. 24, 2, et Labodas filius Israhel's constitutus legitur à Davide *super ea opera quæ ad regis officium pertinent*, 2 Par. 19, 11. Suspicor tamen, œconomum alium fuisse à præfectis, qui res externas curabant, de quibus infra. Porro hujus dignitatis, de qua impræsentiarum, insignia fuisse videntur clavis super humeros gestata, magnifica quadam zona, vestisque, et titulus *pater domus Juda*, et locus distinctus inter primos in coetibus, Isai. 22, 21, 22.

Scriba munus inter aulæ præcipua sine controversiâ reponendum est, quoniam quid illud potissimum esset, vix desistere possumus. Sub Davide eâ dignitate auctus legitur Joseph filius Ahitub, 2 Reg. 20, 24, quam adhuc sub Salomone gerebat, 5 Reg. 4, 5. Sub Ezechîâ scribæ munus fungebatur *Jahie*, 4 Reg. 18, 18, et sub Josiâ *Joha filius Joschaz*, 2 Par. 34, 8. Eorum potissimum munus fuisse videtur, ut in publicas tabulas redigerent, redactasque custodirent historias et ephemerides regum Judaorum; ex quibus derivatos credimus commentarios illos, toties in Scripturâ sub nomine *Verborum dierum* laudatos. Eos viros Scriptura appellat *סֹפְרֵי מַחֲבֵרִים*, *machir*, ac si diceretur: *Qui in memoriam revocant, seu qui monumenta reipublicæ servat.*

Illud impræsentiarum addendum, eos qui scribas veterum Hebræorum cancellarii nostrorum regum compararunt, nunquam mihi persuasisse. Memorantur enim apud veteres præfectorum aliqui, quorum munus multo sine melius exprimitur nomine *machir*, *qui revocantis in mentem*, quam nomine cancellarii. Erant ad latera veterum heroum admonitores sui, seu viri amplissimi, quos patris loco observabant, eorumque consiliis dicebantur. Ita Blyssi monitor aderat *Mycus* Cephalœonicus, ex Ptolemæo, in Egest. l. 1. Achilli Noemon, Patroci Ecedorus, Hectori Dries, Proteasio Dardanus, et Antiocho Chalcon ejus armiger. Hisce, quantum conjicio, respondebat apud Persas viri illi quos regis oculus et aures appellabant (1), quibus nihil inauditum et inexploratum, ut de omnibus regem face-

rent certiores: Ptolemæo Philopatori suus erat monitor, singulis diebus regem quid facto opus esset, docens, 5 Mach. 5. Reges Egypti ita describit Diodorus Siculus quasi in mediâ sapientissimum coronâ sederent, qui, ne quid contra leges molirentur, auctoritate suâ prohibebant. Cum manè à lecto illi surgerent, nihil habebant antiquius quam ut statim literas undique ad se delatas legerent, teste Diod. Sicul. l. 1. Erant igitur *machir* apud reges Juda fidem plane viri, quantum conjecturâ assequimur, ac oculi apud reges Persarum, monitores apud veteres heros, et viri à consiliis apud reges Egypti.

Virî à secretis regi *סֹפְרֵי סֵפֶר* plerumque in Scripturâ scribis sancti memorantur. De munere scribarum, seu virorum à secretis fuis in libro Judicum 5, 14, disputavimus. Tria scribarum genera distinguuntur. Alii tabelliones erant, à quibus publica monumenta et privata scripturæ in tabulis referebantur. Alii verò scribis excipiebant, simulque exponebant sacros libros, ut proinde tanquam doctores Judæorum haberebantur. Tertium scribarum genus referebant illi qui à secretis erant regum, quorum est impræsentiarum mentio. Regis edicta et diplomata scriptis excipiebant, census servabant, tum copiarum, tum urbium, tum proventuum sumptuumque rationem. Eorum æque munus in aulâ et in exercitu necessarium (1) ex quo de amplitudine illius magistratûs argumentum capere licet. Suis illis sedes in aulâ destinata erant; et apud viros à secretis regis summi totius reipublicæ et militiæ præfecti convenisse videntur Jerem. 36, 12; præfectus etiam *imper bellatores viros*, 4 Reg. 25, 10, memoratur; cujus erat munus exercere milites in armis, seu copias in bellum educere, vel saltem copiarum omnium regionis causam servare. Rationem omnem apud illos terrarum et æreum regis servari Isaias docet, c. 35, v. 18: *Ubi est regis verba: ponterans?* (Hebr. *ponterans argenti et census*) ubi doctor *parmoum*? (Hebr. *numerus virtutis*.) Apertis adhuc de illo legitur in 1 Machab. 5, 42. *Judas præfectus armorum mahdavit, ut secus torrentem manentes, ne minus ex millibus trans aquas relinquenter, sed omnes ad transiitum adigerent.* Porro viri illi amplissima erant et spectata reipublicæ portio, summam, si alibi unquam, auctoritatem solâ jam captivitate obtinentes. Ita sub

(1) Vide Xenoph. l. 8 Cyrop.; Aristid. Orat. Paneg. Cyzic.

Judæ Machabeo omnes simul Alcimum et Bacchidem convenire, ut populi nomine agerent, loc. cit. 7, 12.

Paria apud reges Persarum observamus. Cùm Xerxes exercitum suum lustrasset, singulas varias gentium, quibus constabat, copias oculis inspecturus, concessit currum per singulas turmas discurreret, cujus essent regionis gentisque sciscitatus, regis scribis scripto interim redigentibus quicquid singulae respondissent, auctore Herodoto 1, 7, c. 100. De scribis Assueri, ejus edicta in tabulis referentibus, sermo est in Esther 3, 12, et 8, 9.

Apud Græcos munus istud scribarum vel à secretis multò erat quàm apud Romanos honestior. Pro eo enim quòd Romani perinde illos habebant ac mercède conductos homines, Græci vicissim munus idem non demandabant aliis nisi ingenius, viris fide atque rerum peritiâ eximius: quippe quos consules futurus nòrant rerum in consiliis statuendarum: Apud nos (Romanos), sicut mercenarii scribæ exsulantur; et apud illos è contrario nemo ad officium admittitur, nisi honesto loco, et fide, et industria cognita, quòd necesse est omnium consiliorum esse participem.

Amicus regis peculiaris dignitatis titulus non erat, sed fortunæ, cujus beneficio nunquam in aulâ defuerunt, quibus regis favor velificaretur. Ex alto licet regis Orientis subjectos sibi populos despicerent, quamvis torvo dominorum potius supercilio, quàm leni patris oculo illos intuerentur, superbas tamen rigidasque mentes blanda semper amoris voluptas edomuit, qui si forte ad eos, quorum amicitia tenebatur, sese demittere recusassent, eos tamen congestis honoribus, dignitatibus et opibus, ad se quòdammodo elevarò conati sunt. Ochozias amicus Achisæ regis Geraræ, Genes. 26, 26; Chusai amicus Davidis, 2 Reg. 15, 37; Zabud filius Nathani, sacerdos seu princeps, et amicus regis Salomonis, 5 Reg. 4, 5. In Vulgata septem illi viri amplissimi, qui regis lateri semper assistebant, amicorum regis titulo designantur, 4 Esdr. 7, 14, et 5 Esdr. 8, 12; Aman ad summos honores, favore regis vellicente, erectus, novo titulo pater regis appellabatur, Esther 16, 11.

Alia dignitas in Scripturâ memoratur eo titulo: *Secundus à rege*. Hanc obtinebat Elcanam sub Achaz rege Juda, 2 Paral. 28, 7; hanc Joseph sub Pharaone rege Ægypti, Genes.

41, 42; hanc Aman sub Assuero rege Persarum, Esther 15, 3; Jonathan ad Davidem locutus dicebat: *Tu regnabis super Israel, et ego ero tibi secundus*, 1 Reg. 25, 17. Dejecto Amano, ejus dignitatem in aulâ Assueri Mardocheus obtinuit, Esther 10, 5. Sed quamnam hujus dignitatis privilegia? Vix illa certò definire possumus; amplissima tamen fuisse oportet. Assidebat secundus à rege in loco post regem honestissimo, auctoritatemque suam, quâ latè patebat regis ditiò, parùm infra regem, et super omnes regios præfectos obtinebat. Quin etiam cùm reges Orientis intra privatos palatii sui cancellos sese plerumque continerent, totamque regni administrationem per præfectos exercebant, idèò non inviti credimus, regis secundum eodem planè apud illos in gerendis rebus loco fuisse, ac apud nos primum regni ministrum, ad quem omnia regni negotia deferuntur. Nihil æquè favorem et auctoritatem horum præfactorum magis demonstrat, quàm quæ de Holopherne, secundo à Nabuchodonosore rege Ninive, legitur Judith 11; 4. Virò enim illi ad regiam cultum et magnificentiam nihil deerat. Xerxes, si regnum sibi concederet, secundi dignitatem fratri suo Ariamem pollicitus est. Plutarch.: *Περὶ γράδοσιπας*.

Erant etiam in aulâ regum Judæ et Israël sacerdotes et prophete, qui speciali titulo sacerdotes et prophete regis appellabantur; sive quòd illi constitutum habebant in aulâ sedem, ut lateri principis perpetuò adessent, sive offerendis sacrificiis et precibus pro voluntate regis occuparentur; simulque jussu regis Dominum consulerent. Gad munus obtinebat *videntis David*, 2 Reg. 24, 11; cui etiam regi sui erant cantores, appellati *propheta David*, 1 Par. 21, 9, 25, 3, ita facillè dici, sive quòd ministrarent in tabernaculo, ab eo Hierosolymis erecto, sive quòd scriptos ab illo Psalmos cantarent. *Ira Jairites sacerdos erat David*, 2 Reg. 20, 28; quamvis quid potissimum eo loco nomen sacerdotis designet, utràm sacerdotem, an amicum, virum à consiliis, præceptorum regis, quo modo Alcimus præceptor erat Caroli Magni, incertum. Nequè enim frater ad familiam Aaronis, sed ad Jairum filium Manassis spectabat. Nomen etiam sacerdotis obtinent Banaias filius Joiadae, 1 Par. 27, 5; Zabud filius Nathani, Amicus sive familiaris Salomonis, 5 Reg. 4, 5, ac tandem filii Davidis, quoniam nemo florum munus sacerdotis in templo exerceat.

Consiliarii dignitas ipso satis nomine intelligitur. Inter eos celebratur Achitophel sub Davide, 5 Reg. 15, 12, vir aquè et consiliorum calliditate, et seclere præstans. Roboamus seniorum consiliis, qui Salomoni adfuerant, spreto, Juvenes unâ secum nutritos, non impune tamen, ibid. 12, 6, 10. Ochozias rex Juda vestigia Achabi socii sui legit, quòd eodem viros in consilium adhibuerit, 2 Paral. 22, 4. Conciliariorum numerus apud Persas ad septem definebatur, teste Esdrâ et Esther. Appellabantur oculi regis, quorum consilio si forte edictum aliquid rex proposuisset, deinde ne regi quidem revocare integrum erat.

Cùm apud veteres Hebræos suus esset agricultura atque parcimonie bonos, constituti erant à regibus præfecti agrorum, arborum, vinearum, olivarum, gregum, tam ex asinis, quàm camelis, bobus, capellis, et ovibus. Alii erant constituti viri super opera, nempe super eos qui regis commodo diurnas operas præstabant, vel saltem super mancipia quæ regi laborabant. Præter hos omnes, memorantur præfecti aerarii, 1 Par. 27, 25, Isai. 22, 15, sive proventuum regis, nempe cellæ vinarie, et olearie, et horreorum: mos enim est Hebræis, ut rerum utilium et pretiosarum æverum, thesaurum appellent, uti et divitiarum nomine designant non aurum modò et argentum, sed etiam fructus terre, vinum, oleum et greges. Hæc omnia regis curâ non indigna Salomon arbitratus, in suis libris plura æconomice axiomata sparsit, tum et impensam illis operam suam ipse testatur, Eccle. 11, 4, 5, 7. His veteres delectabantur; nam et apud Rómærum Democoon filius regis Priami greges equorum patris sui selectos in Abydenis curare jussus est; sicut et septem filii Ectionis regis Cilicium eodem curandi paterni gregis munere occupabantur.

Olim apud reges Persarum, ante Darium Hystaspem, in moribus positum erat, ut à subjectis sibi populis fructus aliarumque rerum genera, quarum singule regiones feraces erant, tributi loco reciperent. Sed hæc omnia abrogatis, Darius Hystaspis pecuniam indixit. David, Salomon, et cæteri post ipsum reges, tributi nomine aurum, argentum, greges, fructus pro singulis regio scilicet recipiebant. His colligendis sui erant præfecti vectigalium constituti. Aderam tamen illud gerebat sub Davide, Adoniram sub Salomone, à quo etiam eodum munere colligendi tributi ex Ephraim et Manasse Jeroboamus auctus est, 5 Reg.

11, 28; nisi eo loco tributi nomine non vectigal, sed potius personale singulorum obsequium et labor designetur. Eam igitur occasionem nactus Jeroboamus, cùm alienatos à Salomone Israelitarum animos nôssat, quòd scilicet gravissimo tributorum jugo à Salomone antea oppressi, nihil mihiorem habiturum Roboamum ejus filium sperarent, illos ad defectionem sollicitans, decem tribus in duas partes adduxit, à quibus in regem salatus est. Seditioni compescendæ Roboamus misit Adiramum, vectigalium præfectum: quem seditioni, ne auditum quidem, lapidibus conecerant, 5 Reg. 11, 48. Olim apud Hebræos tributis nomen mucroem dabatur; subjectique regi populi munera ad illum deferabant: et nostrâ adhuc ætate apud Persas sunt præfecti consulti, qui manerum dominis suis colatorum rationes servant (*Chardin, Voyage en Perse*, p. 275.)

Rei cibaria præfecti in aulâ regis apud Salomonem non obscuro insinuantur, quantum apud alios post illum reges parciorum fuisse mensuram sumptum et magnificentiam, facillè concesserim. Erant igitur apud Salomonem duodecim præfecti, qui annuam resque omnes ad victum necessarias in regis ædibus curabant, 5 Reg. 4, 7. Ministrabant singulis mensibus pro ordinem, assignatis pariter singulis suâ ditionis Israeliticæ parte, unde annonas exigebant, ne idem semper populus immo-dico sumptu gravaretur, et nihil unquam regie mensæ deesset. Quotidiè enim in mensâ principis erogabantur *triginta cori similia, et sexaginta cori farina*, ibid. v. 22. Porrò cornu mensura est capiens 296 pintas et semis, cum semisextario et aliquantò amplius. Quod ad dapes carnum attinet, singulis diebus decem boves pingues, vel saginati in eum usum mactabantur, adjectis etiam è grege viginti boves, centum ovibus, ut nihil dicam de bobus sylvestribus, damis, cervis, et avibus, venatione paratis. Ex his omnibus non obscuro argumento intelligimus, quàm immensa hominum multitudine in obsequio magnificentissimè regis inaperet. Regina Saba, fàm tantum nominis Hierosolymam accita, nihil æquè mirari se testata est, quàm numerum, ordinem, cultumque præfactorum, et pinguerum munere regie ministrantium, 3 Reg. 10, 5, nisi et ipsam regiam verè magnificentiam apparatusque. Ipse de se Salomon testatur, cantorem et cantatricum choros se adhibuisse, nihilque facisse relinqui, ut quàm magnificè

potaret eamque: *Scythæ et arceos in ministerio ad vina fundenda*, Eccles. 11, 8. *Omnia vero consilii regis erant aurea*, 2 Par. 9, 20. In mensis regum Juda et Israelis apponi solebant dapes omnes que deinde inter præfectos aulae distribuiebantur, quorum adus immensa erat multitudo, ut si lides sit Villalpando et Calvisio, scriptoribus accuratissimis, 48 milia et sexcenti, sive 50 milia in aula Salomonis numerarentur. Jerabel, præter ante præfectos, suis sumptibus, ac regis mensæ dapibus abebat 50 pseudo-prophetas Baalis et Astartes, 4 Reg. 18, 18. Reges Persarum singulis diebus cibum suppeditabant 15 milibus viris, in autis obsequiis moventibus; quibus ex oppositis in regis mensæ cubis ministrabant. Herodot. 1, 7, c. 17; Athen. 1, 10, c. 10, et 1, 6, c. 14.

Samuel, 1 Reg. 8, 15, exponens pro condicione Israelitis jus ejus, quem sibi posebant regis, cogentis ab illo dixit filias Israelitarum, sibi nuptias cibos, et cætera omnia ad victum necessaria parare. Ad hæc, interrupturum sibi eorum finibus, famulæque, contra rem insuper Israelitarum juvenes regis agris colere, et cætera præstare opera, quibus nihil à mancipio distaret. Hæc ille pro receptis inter reges Orientis consuetudine, ut subjectis sibi populis mancipia loco utentes, gravissimis imperiis vectigalibus, tum in singulorum præsentibus, tum in capita virorum manus injicerent. His omnibus exigendis tunc erant præfecti destinati.

Postremo in aulâ loco erant eunuchi; quo nomine in Scripturâ designantur mancipia, ministerio regis sive reginae destinata. Neque semper id nomen verum eunuchum exprimit, cum Hebræis cautum esset, ne gentilem quemquam separent, infanterio tamen alieni eunuchi pro arbitrio utebantur. Erant igitur eunuchi eo planè loco, quo pueri à cubilibus, et pedisequi. Cum verò illis regem conveniendi pro arbitrio facultas esset, idcirco favore pollebant plurimum; nec raro servilem conditionem cum summo quocumque dignitate muebant. Deus Israhel yerbis denunciat Ezechias, commissurum se ut posteri ipsius regi Babylonis servire coacti, in aula illius eunuchos sese præsentent: quod sanè principibus summo probro erat futurum. Nec sanè eventus fœdedit oraculum; Daniele enim, Ananiam, Misaelem, et Azariam eâ conditione in aula Babylonis ministrasse scimus ex Dan. 1, 6. Eunuchus regis Sedecia demandatum copiarum

imperium legitur 4 Reg. 25, 19; quo etiam in loco de famulis, qui steterant coram rege, mentio occurrit, nempe de eunuchis regi à cubiculis. In fœdere ab eo rege inito cum Domino, subeunte anno sabbatico, et undecimo ejusdem regis, principes Juda, eunuchi et sacerdotes, et omnis populus terræ transierunt inter divisiones vitales, in sacrificium mactati; quod planè summam eunuchorum auctoritatem et potentiam demonstrat. Ita etiam Esther 1, 10, describit præfectos regi Assuero assistentes, ut ad ejus nutum præsto essent. Tandem ostiarum principum, quos alios planè credimus à militibus præ foribus cum armis excubantibus, eunuchi appelluntur.

Eunuchi igitur ostiarum, sive *linia epus custodientes*, excubant potissimum præ foribus conclavis sive cubiculi regii, ut de ostiaris Aod regis Moab legitur Judic. 5, 24. Interdum virotram loco femine substituantur. Ita scicari capiti occasione absentie ostiarie, purgando frumento occupata, in conclavia Isobesech filii Saulis ingressi, viam transfuderunt, 2 Reg. 4, 5, 6. Eunuchos præ foribus Holofernis excubantes describit Judith 10, 18, ut et alios ante fores Assueri legitur Esther 11, 21, 12, 1. Apud Herodotum 1, 5, c. 72, 78, consilium intum à septem conjuratis, ut etiam in palatium irrepentes, nocem Mago Persidis tyranno inferrent, describitur, ubi non obscure milites, præ foribus cum armis stantes, ab ostiaris, vel eunuchis, seu, quemadmodum ille appellat, eunuchis respondere solent, distinguuntur. Nabuzardan, dux copiarum Nabuchodonosoris, tres ostiarios Sedecia ad eundem regem in Hebraitha versum tenuit, 4 Reg. 25, 18. Cur eunuchis custodiam suam commiserit Cyrus, plura in causâ Julise Xenophon commemorat Cyropæd. 1, 7, illud potissimum, quod scilicet uxorem et liberorum, qui etiam sæpè parentum, quippe furto connata pietatque erit, curâ liberi, toto dominis suos animi affectu prosequantur, quos unico fortunarum suarum auctores cognoscunt. Adde quod humili locotalis superbi et ambulosi spiritus desunt. Tandem in servili corpore ingenium manere animum, exemplo salmaliu, quibus vigor etiam abscessis idem manet, Cyrus docebat.

Milites corporis, seu regis et regiarum adium custodes, magis ingenium majorisque momenti munus gerebant, quemadmodum et de his frequenter in Scripturâ mentio.

Achis rex Geth, Davidi tutelam quærenti

Reg. 26, 2: *Ego, ait, custodem capitis mei ponam te cunctis diebus*. In eum ordinem seligebantur viri bellicæ virtute et fide præstantissimi. Ita Abner, dux copiarum sub Saule, idem priter inter regii corporis custodes allectus erat, ibid. 26, 15. Banais idem gessisse munus sub Davide à nonnullis creditur; quanquam enim Vulgata habet: *Fecit eum sibi David auricularium à secreto*, Hebræus tamen commodè reddi potest: *In obsequium adducit*, nempe coram eo statuit, ut ad nutum præsto esset. Banais præfectus erat Cereithi et Phelethi, nempe custodum corporis regii, 4 Reg. 20, 25. Præter eas custodias, 24 milia in singulos menses destinati erant, ut regi excubias agerent, præstique essent, si qui rex imperaret: suis illis præfectus vir strenuus, et è numero heroum, quem bellicis facinoris laus aliqua commendasset. Nihil tamen de his militibus, nisi sub Davide et Salomone; qui enim delinque secuti sunt reges, minori gloriæ apparatu contenti, eum facile numerum diminuisse credendi sunt. Rex Josaphat plures milites sub manu, ut ait textus 2 Par. 17, 15, 14, nempe sub signis, Hierosolymis detinebat, quibus tamen non duodecim, sed quinque tantum viros præfecerat. Salomone domo procedente 500 militum pompa comitabatur, à quibus, dum rex ad templum iret, 500 aurei elypei, et 200 illdem aurea hasta, ex armamentario regio desumptæ: cum eundem esset, ibidemque depositæ: cum redissent, deferbantur. Eundem in numero militum et clypeorum apparatus Roboamus servavit, quanquam post directos à Sesoaco clypeos aureos Salomonis, ille aureorum defectum eneis supplevit. Tandem sponsa, Cant. 5, 8, meminist sexaginta fortium gladio accinctorum, lectum sive felerum Salomonis custodientium. Quid deinde in militibus ante custodibus apud reges Judæos servatum sit, insinuare potest Xenophon Cyropæd. 1, 7, milites custodes aula Persarum, ex Cyri magni dispositione, describens. Præter eunuchos ostiaros, et milites interiorum conclavium custodes, de quibus jam supra, manus erat decem milium Persarum, basis sive jœnibus instructa, que diurnas nocturnasque excubias circa palatium agebat, lateri regis, cum prodiret, aequitans. Illis è regio arum suppeditabantur vestes, quantum fieri poterat, magnificentissimæ. Cum rex in publicum procederet, hinc inde viarum latera longus equitum pedumque ordo stipabat,

sed equites descensis equis stabant manuoque habebant extra manicas, pro recepto ejus regionis more. Accedebat præterea lictorum manus, virgis instructa, qui nimis ad pompam accedentes, ordinemque turbantes, lectu virgarum in ordinem cohebant. Quo autem passu regis curru procederet, eo etiam ad latera quatuor milia milites custodes sequebantur. Succedebat his 500 aliorum militum acies, bacillis instructa, quos exieplebant his mille hastati, totumque agmen claudebant quatuor Persarum equitum cohortes, singula decem milienis Persis equitibus constantes, præter alias etiam cohortes alienarum gentium, tam pedestres quam equestres.

Secessisse Salomonem singulis diebus in amœnam quandam domum fontibus lictique ornatam, et è numero heroum, quem bellicis facinoris laus aliqua commendasset. Nihil tamen de his militibus, nisi sub Davide et Salomone; qui enim delinque secuti sunt reges, minori gloriæ apparatu contenti, eum facile numerum diminuisse credendi sunt. Rex Josaphat plures milites sub manu, ut ait textus 2 Par. 17, 15, 14, nempe sub signis, Hierosolymis detinebat, quibus tamen non duodecim, sed quinque tantum viros præfecerat. Salomone domo procedente 500 militum pompa comitabatur, à quibus, dum rex ad templum iret, 500 aurei elypei, et 200 illdem aurea hasta, ex armamentario regio desumptæ: cum eundem esset, ibidemque depositæ: cum redissent, deferbantur. Eundem in numero militum et clypeorum apparatus Roboamus servavit, quanquam post directos à Sesoaco clypeos aureos Salomonis, ille aureorum defectum eneis supplevit. Tandem sponsa, Cant. 5, 8, meminist sexaginta fortium gladio accinctorum, lectum sive felerum Salomonis custodientium. Quid deinde in militibus ante custodibus apud reges Judæos servatum sit, insinuare potest Xenophon Cyropæd. 1, 7, milites custodes aula Persarum, ex Cyri magni dispositione, describens. Præter eunuchos ostiaros, et milites interiorum conclavium custodes, de quibus jam supra, manus erat decem milium Persarum, basis sive jœnibus instructa, que diurnas nocturnasque excubias circa palatium agebat, lateri regis, cum prodiret, aequitans. Illis è regio arum suppeditabantur vestes, quantum fieri poterat, magnificentissimæ. Cum rex in publicum procederet, hinc inde viarum latera longus equitum pedumque ordo stipabat,

Hæc militibus regem comitantibus nomen plerumque præcursorum tribuitur; quod illis ex pernicitate inditum credo, vel forte quod ad nutum regis ejus jussiones deferrent, quemadmodum etiam nostrâ ætate de *Holduice* principum Germaniæ ferunt. Samuel jus regis exponens Israelitis, cogendos ab eo filios illorum denotiat, ut sibi præcursorum obsequium præstent, 1 Reg. 8, 11. Eodem nomine appellatis milites custodes Saulis scimus, ibid. 22, 17, eodem milites Absalomum, 5 Reg. 14, 1, et Adoniam 5 Reg. 1, 5, tanquam post patris obitum reges futuros, honoris gratiæ comitantes. Roboamus confari aneos clypeos jussit pro ductibus præcursorum suorum, cæterisque aula excubias agentibus, 5 Reg. 14, 27. Tandem conclavia militum custodum conclavia præcursorum appellantur, ibid. 1, 28. Præcursores illi sub Ezechia per singulas urbes discurrabant, regis egressu ferentes, quibus singulis ad festum Paschatis et ad templum Domini invitarentur, 2 Par. 30, 10.

Nunc tandem ad præfectos, milites Hierocorum accedamus. *Præcepti militum*, quem



nos imperatorem appellamus, secundus à rege copiis præerat. Unusquisque verò militum cohors plerumque quinquagenos non excedebat. Hujus rei documentum exhibent duces illi qui ducti quinquaginta millium manu semel et iterum ad Eliam venerunt, 4 Reg. 19, 10, ut virum ad regem Ochoziam deducerent. De *achalischim* sive tertianis satis egimus in Exodo, 14, 7, quorum munus licet bellicum fuisse apud HEBRÆOS et ÆGYPTIOS constat, quod potissimum fuerit, nuppiam apparet. Horum omnium ducum nomina legimus in Moysæ, Exod. 19, 25, Deut. 1, 15, quæ post longam temporum successionem adhuc mansisse ex 1 Mach. 5, 55, intelligimus.

Apud Persas, præter imperatores, noti sunt duces decem millium, duces millenerum, centuriones et decuriones. Porro centuriones suos et decuriones dux quatuordecim millium legebat, teste Herodoto, l. 7, c. 81. *Fusijum* actum est de scribis exercitus (1), qui copiarum et præfectorum regis census servabant. Addit etiam aliud eorum munus Scriptura: *Qui probabant thronos de populo terræ*, quod ego dictum crediderim, non quæ per imitamenta belli recens affectos milites instruerent, sed quasi in singulis tribubus et urbibus Israelis, qui ab bellum cogendi, qui verò sacramento solvendi, judicarent; positum enim erat in moribus ejus ætatis, ut ad militiam etiam invitos egerent. Sive igitur princeps universis subjectis sibi populis bellum imperaret, sive partim tantum, semper milites legere ad scribas pro sua singulis sorte pertinebat. Quare munus scribarum maximè erat momenti. Horum præfectorum nomina, sub regibus Juda et Israelis merentium, plerumque leguntur in sacrâ Scripturâ. Vide Comment. in Judic. 5, 14. Nec ignotum erat munus in aulâ veterum Persarum. Hi honoris insigne baculum, sive sceptrum gestabant. Vide *Ibid.*, in Hebræo et in Græco.

Cùm rex ipse per se bellum gereret, pedester olim, veluti è vulgo miles, procedebat, cui ad latera aderant armigeri, regia arma deferentes. David victoria de Goliath relatæ merito, armigeri manus apud Sadolem gessit. Suis etiam armiger fuit Abimelech filio Gedeonis, Jonathas, Joabo, et apud Philistæos Goliath. Mentitur etiam Scriptura decem armigerorum Joab. Sed postquam reges consensu eorum in bella proficisci ceperunt, nulla deinceps armigeri (1) Supra, cùm de scribis regis ageretur, in

lecto prestant, cui secundi erant præficti, de quibus jam supra. Unusquisque verò militum cohors plerumque quinquagenos non excedebat. Hujus rei documentum exhibent duces illi qui ducti quinquaginta millium manu semel et iterum ad Eliam venerunt, 4 Reg. 19, 10, ut virum ad regem Ochoziam deducerent. De *achalischim* sive tertianis satis egimus in Exodo, 14, 7, quorum munus licet bellicum fuisse apud HEBRÆOS et ÆGYPTIOS constat, quod potissimum fuerit, nuppiam apparet. Horum omnium ducum nomina legimus in Moysæ, Exod. 19, 25, Deut. 1, 15, quæ post longam temporum successionem adhuc mansisse ex 1 Mach. 5, 55, intelligimus.

Apud Persas, præter imperatores, noti sunt duces decem millium, duces millenerum, centuriones et decuriones. Porro centuriones suos et decuriones dux quatuordecim millium legebat, teste Herodoto, l. 7, c. 81.

*Fusijum* actum est de scribis exercitus (1), qui copiarum et præfectorum regis census servabant. Addit etiam aliud eorum munus Scriptura: *Qui probabant thronos de populo terræ*, quod ego dictum crediderim, non quæ per imitamenta belli recens affectos milites instruerent, sed quasi in singulis tribubus et urbibus Israelis, qui ab bellum cogendi, qui verò sacramento solvendi, judicarent; positum enim erat in moribus ejus ætatis, ut ad militiam etiam invitos egerent. Sive igitur princeps universis subjectis sibi populis bellum imperaret, sive partim tantum, semper milites legere ad scribas pro sua singulis sorte pertinebat. Quare munus scribarum maximè erat momenti. Horum præfectorum nomina, sub regibus Juda et Israelis merentium, plerumque leguntur in sacrâ Scripturâ. Vide Comment. in Judic. 5, 14. Nec ignotum erat munus in aulâ veterum Persarum. Hi honoris insigne baculum, sive sceptrum gestabant. Vide *Ibid.*, in Hebræo et in Græco.

Cùm rex ipse per se bellum gereret, pedester olim, veluti è vulgo miles, procedebat, cui ad latera aderant armigeri, regia arma deferentes. David victoria de Goliath relatæ merito, armigeri manus apud Sadolem gessit. Suis etiam armiger fuit Abimelech filio Gedeonis, Jonathas, Joabo, et apud Philistæos Goliath. Mentitur etiam Scriptura decem armigerorum Joab. Sed postquam reges consensu eorum in bella proficisci ceperunt, nulla deinceps armigeri

(1) Supra, cùm de scribis regis ageretur, in

migerorum mentio: unus tantum curru vacuus præsto eantibus aderat, quem, si quid ministri accideret, statim conscenderent.

*Soterim*, præfecti erant, quorum nomina et munus, cùm Hebræi in Ægypto versarentur, nota erant, Exodi 5, 6, 10. Servavit et Moyses in deserto, ut illi super commissas sibi copias auctoritatem, potestatemque suam exercerent. Fusus est de regibus in nostro comment. in Deut. 1, 15, et in Jos. 1, 10. Indicis etiam interdum munere fugebantur, interdum caduætoris, præconis et flictoris. Sui erant *Soterim* in templo, et in aulâ; quorum postremi sub ordinem ductoribus et centurionibus merebant. Ita scriptum intelligimus in manu 24 millium virorum, singulis mensibus Salomoni ministrantium. Plerumque adjunctos legimus scribis, vel *Soterim*. Copia Ozis regis Juda erant sub manu *Jehiel scribae*, et *Mansur doctoris* (Hebr. *Soter*, quod nomen est lupus magistratus), et sub manu *Hananis*, qui erat de ductibus regis. Ex quo conjectura facilis ducitur, *Soterim* viros fuisse amplissimos, quorum dignitas non lisdem semper limitibus terminaretur. Idem etiam insinuat Salomon, Prov. 6, 7, ubi de fornicâ ait: *Cum non habeat duces*,

*nec præceptorem (soter), nec principem, parat in æstate cibum sibi*, etc. Non invitus crediderim, milites Cyri, quos Xenophon (1) viginti bacillis, vel hastis instructos inducit, ipsos fuisse *Soterim*. Memorant etiam itineraria inter præfectos anis Persarum Schæteres, sive Chæteres (2). Tandem præcones principum in obsidione Troje versantium, ipsos referebant *Soterim* Scripturâ; quo nomine facile designantur præfecti, qui principibus semper præsto aderant, ut ad nutum parerent. His porro, tanquam ministris superum hominumque, honorem cultori deferrebat, et illos tangere, sive violare omnibus nefas. Vide *Iliad*. A. Illis dispensandarum in prælium copiarum, illis iustiones principum, sive decum deferendi munus commasum (*Iliad* B). Idem ministrabant, cùm solennia sacrificia offerrentur, victimas prope altare ducabant, vina in libationibus miscbant, et aquam, cùm reges lavarent, fundebant (*Iliad*. T.). (Galmel.)

(1) Xenophon *Ith.* 8. Cyropæd. pag. 511: *Μακροὶ δὲ τῶν ἀστράτων, ἢ ἑκατὸν ἢ τρεῖς ὄντων. Ἐξ ἑκατῶν δὲ τῶν ἀστράτων, ἢ ἑκατῶν δὲ τῶν ἀστράτων.*

(2) Tavernier, *Voyage de Perse*, tome 1, cap. 5, p. 556, et l. 1.

DE REGIONIBUS IN QUAS DECEM TRIBUS ISRAELIS  
TRADUCTÆ SUNT,  
ET QUEM POTISSIMUM LOCUM NOSTRA ÆTATE TENEANT,

Dissertatio.

Nihil in historiâ frequentius, quàm gentis alienius universe in alios mores, sermonem, religionem, fœdera ac regiones transmigratio; ita ut vix aliquid de priori cultu retinentes, ipsæ suos fallant inventores. Minora imperia à majoribus absorpta sunt; et incliti illi debel lateres populorum, quos Dei latens consilium identidem excitavit, rapido quodam victoriarum impetu per provincias discurrerent, obvia quæque torrentis more ita diripiunt, ut in varias distractæ partes, dissociatæque gentes et populi, aliò aliò traducerentur. Factum etiam, ut plures fortunam, religionem et linguam victoris, vel saltem mores ejus gentis,

ad quas impetu fortis fererantur, secute, pristinum cultum omnem abjicerent. Rara sunt in orbe gentes, quas idem fortuna: casus non jactaverit; sed nullum æquè ejus rei magis illustre documentum, quàm decem tribuum, de quibus Impresariarum, exhibimus fuisse arbitror.

Regnum igitur decem tribuum, post varias quæ externorum, quæ intestinorum bellorum vicissitudines et calamitates, tandem ultimam excidium, diu ante divinis oraculis prænuntiatum, expertum est; coeque solum veteri, vacuas sedes gentibus transephratæis reliquerunt. Rarè quidem Deus ita punit, ut simul

rigorem plurimā lenitate non temperet, et vix unquam contingit, ut primo statim flagelli letu miseris conficiat. Pro insito igitur ingenio Deus minoribus flagellis summā ultionē præludit. Theglathphalasar rex Assyriæ, ab Achaz rege Juda invitatus, in ditionem Phœceæ regis Israël is esse fudit: quo belli impetu fortissima urbes, Syria: latera spectantes, raptae sunt, dedactæque in captivitatem tribus Nephtalim, 4 Reg. 15, 21. Ruben, Gad, et dimidia Manasse, omnes transjordanico, in Leblam, Habor, et Aram translatae, 1 Per. 5. 26.

Post 20 annos ab eâ expeditione circa annum mundi 3255. Salmansar, qui proximè Theglathphalasar successit, ducto in Samaritaniam exercitum, post triennii obsidionem, captâ urbe, populos omnes, infelices regni reliquias, trans Euphratem duxit, sedesque illis in Assyriâ assignavit. *Hala, Habor, regionem pentafluvium Gosan, et civitates Medorum*, 4 Reg. 17, 6, et 18, 10. Nunc igitur certis harum regionum situs definiendus est.

Animadvertere oportet pretium est, eundem locum devotia tribubus assignasse Salmansarem, quod olim priores illius Theglathphalasar transulerat. Nomen quidem Ara in secundâ transmigratione deest, in quâ vicissim legitur de urbibus Medorum miasiam in primâ notatis. *Lacheta*, et *Hala* idem sunt nomina, et *Gosan* locus erat Chabori, sive Chaboræ planâ vicinus.

*Halam*, sive *Lacheta* eandem esse locum credimus ac Hevlath, de quo Genesis 2. 11: nempe Colchidem, cuius incolae, quod circumcissionem admitterent, originem ab Ægypto referre Herodotus censuit, lib. 2, c. 101. Cur non eodem argumento potius Hebraei originē probentur, cum unis illis ex universis orbis gentibus circumcissionis præceptum lege aboluta imperatum sit? Nec à vero abuldi, Colchos circumcissionem admittentes cum Israëlitis decem tribuum miscendos: quod etiam censensus de Syris, Cappadocibus, et superiora annis Thermobotanis tenentibus, qui circumcissionem admittentiam, utpote qui colonia essent Israëlitarum Colchidibus, sive juxta Chaboram non longe à Cappadocia incolentium. Ad illos facile Israëlitis Cappadoces Epistolam suam S. Petrus dedit: *Advenis dispersionis Ponti, Galatiae, Cappadociae*. Nota sunt etiam in Mesopotamia nomina *Chalontitidis* provinciae, et in Syriâ septentrionali, *Calacinae*; quae sanè voces non absurdè ex *Chale* sive *Lacheta* deducuntur.

*Habor*, sive *Chabor*, nomen est amnem Chaboram in Scripturâ et apud profanos notissimum, significans. Sunt etiam montes ejusdem nominis ad occidentem Ninivæ; fluens enim in Euphratem Chaboras, è monte Nasio (cujus facile portiones erant montes Chaboræ apud Ptolemaeum) deliuit. Perivit hic amnis provinciam Gosan (1); ejus nominis regio versus Tigridis fontes porrigitur. Plinio l. 6, c. 27, dicitur *Elongotiae*, ac si diceretur, *Elonh Goræ*. Cap. 26 verò idem Plinius *Elonos* staterat prope montes Gordios. Meminit Ptolemaeus *Gauzanitidis* in Mesopotamiâ, et regionem *Gectam* (ita appellat) Constantinus Porphyrogenitus in minori Armenia collocat. Est etiam regio *Gauzan* in Media, inter amnes Cyrum et Canbysem. Rabbinî nomine *Gozan* designatum credunt, fabulis non infutis quâmi nomine celeberrimam, amnem sabbaticam, qui ex India, non longe à fontibus Gangis, vel ultra Chalchanteam, originem suam refert. Hunc amnem venditant mego impetu totâ hebdomadâ provolvit, cum interim velarens incens, vel saltem tactis aquis die salubri quiescat, oblatasque habere eadem die igne ripas, ne quis unquam accedere audeat. Benjamin Tudelensis Hozan in Media statuit, quatuoridititineres ad Hendam. Quo etiam loco Ptolemaeus urbem *Gauzaniam* constituit. Ita de hoc argumento varia narrat scriptores, quanquam ob his quas inquirimus regionibus nemo multum aberrat.

*Hara* sive *Ara*, altera est regio, Israëlitis decem tribuum assignata. Hunc locum in Media constituendum ex eo suspicamus, quod in 1 Paralip. 5, 26, legitur *Ara*, cuius loco in 4 Regum 17, 6, est: *Civitates Medorum*. Porro *Ara* populi sunt Mediae apud geographos; et *Aria*, provincia Persidis, definita ad septentrionem Bactrianis et Margianis; in veteri Media facile continebatur, vel saltem Media paruit. Hebraeum *Har* est mons, et Septuaginta in textu Regum reddunt *montes*, quo loco nos legimus, *civitates Medorum*. Amos deducendos Israëlitis in captivitatem ultra montes Armenie militatur, Amos 1, 3: *Proiecimus in Armen, dicit Dominus*. Talmudistae fratres suos in Media collocant: in cujus montibus quinquaginta urbes ab Israëlitis cultas Benjamin Tudelensis recenset, Bereschit Bab. sect. 55. Judaeos nonnullos, sedem circa montes Caspiae habentes, Esdras, ut secum in Judaeam regre-

(1) 4 Reg. 18, 11: In *Habor* fluxit *Gosan*. Et 4 Reg. 17, 6: In *Habor*, juxta fluvium *Gosan*.

derentur, invitavit. Scitum est autem, montes illos, auctore Ptolemaeo, Mediam et Parthiam interficere. Ex Tobia discimus frequentes fuisse Israëlitas in Assyriâ, Perside, Susiana, Ninive, Rages Medorum, Susis, et Ecbatans. Quibus olim limitibus Media terminaretur, incertum; et *civitates Medorum* non temerè creduntur innoero regionem, quam olim Assyriæ reges, pulsâ Media, subegerunt.

Per anachiam, inter obitum Arbacis et initium à Dejocero regnum, Assyrios eo intervallo, occupatam olim à Medis, regionem suam vindicasse, putat Usserius, ad annum mundi 3285.

Universam tribum Nephthali unâ secum Ninivem traductam, Tobias 1, 11, testatur. Ezechiel oracula fundebat juxta flumen Chaboram. Mardocheus et Esther Susis morabantur; et universi imperii Assyrii regiones Judaei frequentabantur. Frequentabantur autem post solutam captivitatem, ut ex eo facilis conjectura ducatur, Judaeos illos ad decem tribus spectasse, admittis etiam nonnullis ex Juda et Benjamin. Jesu Christi aetate per totum latè Orientem Israëlitis dispersebantur, Act. 2, 9, 10, 11: ita Persidem, Mediam, Elamitidem, Mesopotamiam, Cappadociam, Pontum, Asiam, Phrygiam, Pamphyliam, Ægyptum, Cyrenaeam, insulam Cretam et Arabiam tenebant; undique enim ex his regionibus Judaei Hierosolymam ad festum Pentecostes, quod post Jesu Christi resurrectionem proximè successit, convenerant. Eos verò omnes ad tribum Juda et Benjamin spectasse, nemo rerum peritus dixerit; plures enim Israëlites ad avitam religionem redierant, et templum etiam ante captivitatem adhaerent. S. Petrus Epistolam primam canonicam inscribit: *Judaeis dispersis in Pontu, Galatia, Cappadocia, Asia et Bithynia*; et S. Jacobus alterum dedit decem tribus dispersionis. Josephus decem illas tribus suâ adhuc aetate in provinciis Transsephraeicis ingenti hominum numero floruisse testatur (1); adiens insuper, solas tribus Juda et Benjamin ex universâ Judaeorum gente, tantum in Asia quam in Europâ, Romanis parere, floruisse etiam in toto Oriente, Bithyniâ et imperio Persarum, Philo testatur. Legat. ad Calum. Sancto Hieronymo auctore, ejus adhuc aetate decem tribus captivae in montibus et urbibus Mediae,

(1) Antiq. lib. 11, cap. 5: *Αἱ δὲ δέκα φυλαὶ, αἵ τινες αἰνὸν ἐπιφύονται ἐν τοῖς ὄρεσιν, καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν καὶ ἐν ἀστυνοῖς.*

quod olim translata fuerant, manebant; quod ille ex traditione Judaeorum et Christianorum suae aetatis asseruisse credendus est.

Auctor libri quarti Esdræ 13, 41, vir planè christianus, quique ex opinione Judaeorum aetatis suae scribelat, deductos à Salmansare Judaeos trans Euphratem narrat. Cùm verò, ali, inter gentes versari se crederent, consilium religione suâ planè dignum susceperunt; ne quid enim corruptionis ex eorum commercio referrent, in novas terras secedere, novasque sibi procurare sedes in regionibus planè desertis moliri sunt, ubi neque lex, neque religio quâquam discriminis subirent. Tantum profectò legis, studium suspectum est in populo, cujus vitium et exitii causa, cultus vitulorum, suaque crimina fuere. Sed hæc ultro scriptori concedamus. Religiosus ergo populus, ait ille, vadâ Jordanis sicco pedè per angustias quondam canales transgressus, cùm Dominus amnis aquas prodigio in arcum redegit, post longas viarum ambages, exieruntque interis annuum et sex menses, tandem in *Ararath* pervenerunt. Eo in loco sedes fixere, nonnulli amplius revelandas, donec ab Altissimo revocati, per Euphratis vadâ, eodem prodigio pervia, residuuntur. Negotium est modò qui locus hæc regio *Ararath* designetur.

Nota est ad ostium Araxis in mare Caspium urbs *Ararat*, Ptolem. l. 4, p. 135, uti et *Arzerie* et *Arace* in minori Armenia, ac tandem provincia *Ararath* in Mesopotamiâ. Sed hæc loca minis distant quàm unius anni et sex mensium itinere ab Euphrate, sive à Palestina, sive ab eâ regione, quo decem tribus primitim jussu Salmansaris deductæ sunt. Nota erant etiam et frequentata vel antè hunc principium regio. Nos tamen nullam altam regionem *Ararath* usque usum advidimus. Non ita Juda, quibus ea sedet opinio, decem tribus adhuc in incognitâ et inaccessâ regione perseverare, vel saltem per orbem dispersas perisse. Celeberrimus Josippon, qui sese supremâ Hierosolymorum obsidioni coævum faciat, narrat, l. 2, c. 10. Alexandrum Magnam, cum manu 1500 militum, transitum montium *terebricorum*, regionem illam à cæteris determinantium, tentasse, ut ad terram filiorum Jonathan et Bechal pervaderet; sibi incepto tamen desistere coactum invidiâ clamentis voce, ne aditum in domum Dei moliretur, Felicior, seu postûm audacior Alexandro Benjamin Tudelensis fuit, qui iter suum per septentrionalem

plagam instituens, post 21 dierum viam tandem ad regnum Rechabitarum pervenit. Regio erat 16 dierum itinere porrecta, urbibus frequentissima, quarum historiam accuratè describit: omnia geographis, atque ter facientibus incognita. Sed neque Benjamin, neque alii Rabbinii, omnes tribus in eo loco, à consortio hominum remotissimo, versari sibi persuadent.

Secretis ab historia quarti Edrae fabulis, ceterisque cum veritate non planè congruentibus, sententia auctoris faciliè apparet; innuit enim, urbem Arsareth Israelitis maximè frequentari. Neque rerum peritos latec, nostrà etiam ætate in Medià pro centum familiis Judæorum vix quadraginta Christianorum respondere, ejusque gentis frequentissimas sedes potissimum ad mare Caspium usque ad radices Caucasii spectari; ac tandem reges Mingrelie originem suam ad Davidem referre (Chardin, Voyage de Perse). Eadem vendicabant veteres reges Georgiae, regesque Imeretiae. Nec temerè illi promissis; nam Julius Africanus apud Synellum refert, Artaxerxem Ochum, confectà expeditione suà in Ægyptum, plures Judæos captivos secum abduxisse, quorum alios collocavit in Hircanià ad mare Caspium, alios in Babylonià, ut plures Graeci auctores memorie prodiderunt. Gemina testat Paulus Orosius, lib. 51, c. 7, addens, suà etiam ætate Israelitas eadem loca numerò hominum valde frequentes tenuisse, unde educi se tandem sperabant. Ex his faciliè Judæis Hyrcanis reges Georgiae originem suam retulerunt. Verùm nihil hæc Judæis decem tribuum favent, eùm Judæi superiora maris Caspii tenentes, ex eorum fuerint numero, quos Cyrus liberos in Judæam remisera, qui exgresso tandem servitutis iugo, hinc infertur in caput suum protulerunt; infertur inquam, quod licet à Josepho prætermittimus, certissimam videtur, eùm Josephus ipse in primo contra Apionem, locum ex Heecæto Aderitã laudat, ubi Judæi frequenti numero in Babyloniâ captivi à Persis deduci leguntur: quod vix aliter quam de expeditione Ochii intelligi potest.

Allatus et Grosius in 4 Regum nomine Chabor et Chala designatos credunt Iberiam et Colchidiam. Fullerus l. 2, c. 5, Getas ad Araxem et Cadusios originem à Judæis retulisse, ex nominis etymo demonstrat. Gela sonat advenas, et Cadusii sanctos; Arsareth reddi potest: Urbs refugii. De circumcissione

Colchorum satis supra egimus. Apud Plinium l. 6, c. 27, legitimus parvam quandam regionem, Armeniam versus, Palæstinam, sive Calæstinam, et urbem Sabbatam, sive sabbaticam appellatam. Tandem Edrae testimonio discimus, montes Caspios Judæorum sedes fuisse; et vaticinio Amos 4, 3, transferendos ultra montes Armon sive Armenia Judæos prædictum est. Perozes rex Persidis Nephthalitis, sive Ephthalitis, populum finitimum, Medisque fuseratam, bello afflixit. Hæc gens quo regi parebat, regionemque jam inde à multis seculis tenebat; nec desunt qui reliquias illos credunt Judæorum tribus Nephthalitis, sive Ephthalitis, et Vincentius Bellovaecensis narrant, Alexandrum Magnum Israelitas decem tribuum parte regionis multoties, intra montes Caspios includisse. Omnia hæc loca populi que, Arsareth non excepta, sive intrà Mediam, sive circa illam sunt; ibique Israelitarum decem tribuum vestigia præ ceteris aliis servata fuisse fatendum est.

In eadem regione constituendum credimus regnum Cozar, Rabbinorum scriptis celebratissimum; quancumque illi, pro insito ingenio omnia in majus afferendi, fabulose narrationem suam inferendi, veram historiam in fabulam converterunt. Narrat igitur, regem Cozar Judaicæ religioni, octavo christianæ æræ seculo (4), nomen suum addidisse, neglecta Christianâ, Mahometanâ et naturali philosophorum religione, postquam sedulo examine singulas expendit. Quod maxime in eâ historici negotium facit, illud est, nimirum ubinam potissimum regnum Cozar statuendum sit. Alii collocandum volunt in Tauris, alii ab eadem provinciâ, linguâ maris interjectâ determinant. Urbs ejus metropolis, Togorma, sita est in montibus Araxat, aut Judæus quidam, qui octo dierum morâ regnum illud illustrasse se asserbat. Alii verò totum illud regnum ludendi libidine à Rabbinis confectum, nullibi nisi in vacuâ errantium mente locandum censent. Nos tamen, si veritas aliquid in fabula sit, ad litus meridionale maris Caspii, ex intrà Mediam constituimus. Mare Caspium Arabibus est Cozar: nos verò alii ostendimus, regionem Chus vel Chusch ipsam esse Araxem: Chuchir, sive Cozi, potest urbem Chusch designare. It. Petachia, quem laudavimus, Tartariam à Cozar, interjectâ maris linguâ, determinat; additque, regnum inter duo

(1) An. 740 circit. Vide Basnag. Hist. des Juifs, l. 7, c. 1, art. 5.

maria definitum, septem ingentibus fluminibus perlui, ejusque metropolim in montibus Araxat constituit. Ineptè ille quidem, sed ejus descriptio nulli loco magis, quàm Medie e Iberiæ convenit.

Ex his regionibus Israelitæ in Tartariam migrarunt, ubi alta adeò vestigia decem tribuum supersunt, ut doctissimorum quortundam judicio, nostrà etiam ætate decem tribuum eum locum tenere credantur. Vide Philipp. Mornæum de Verit. Relig. Christ. cap. 26; Genebr. Chron.; Auctor. Religion. mundi, t. 2. Hinc censent derivatos Judæos in Russiam, Moschoviam, Poloniam, Lithuaniam, quas regiones majori numero quàm alias uspiam in Europâ Judæi frequentant. Plures manent apud Tartaros recepti ex Judaicis moribus; quique ex illis, duce Cingi, è regione suâ profecti anno 1200, imperium Magni Chan constituerunt, circumcissionem, etiam ante adoptatam Mahometanam superstitionem, admittent. Polygamia apud illos obtinet; et si forte vir conjugè adhuc sterili obierit, defuncti frater sive propinquior excitare semen fratris sui cogitur. A stullis abstinent, et circumcissione nono ætatis anno initiantur (Voyage d'Europe; à Paris, 1698). Legimus apud Davit, regem Thabor in Tartariâ, Franciscus I regnante, in Galliam venisse, eo concilio, ut regi Judaicam superstitionem persuaderet, *Etats du Turc en Asie*, pag. 124 et 168. Paria cum Carolo V, ceterisque Europæ principibus præstiterat, nullo iterum laborumque sporum fructu, nisi quòd malè exceptus ab omnibus, temeritatis suæ poenas retulerit.

Menasse Ben-Israel, celeberrimi postremi seculi Rabbinus, obvis manibus opinionem de transitu decem tribuum in Tartariam excipit. Simulque constitutum spot se habuit, provinciam Thabor, quam ille in finibus Medie collocat, ipsam esse Chabor, quò transmigrare coactos Israelitas in libris Regum legitimus. E Tartariâ verò ad Sinas fratres suos deducit. Vide Basnag. Hist. des Juifs, tom. 4, c. 5, lib. 6. Ortelius in quâ Tartariâ, sed Tabulâ 62, regnum Arsareth, de quo in quarto Edrae, intra Tartariam collocat. Decem tribus, ait ille, Scytharum eadem loca incolentium sedes occuparunt, indito sibi novo Ganthæorum nomine, quo eorum studium pro Dei gloriâ designaretur, totique regioni nomen Cathai mansit. Celebris ille geographus statuit in Tartariâ Nephthalitis, sive Ephthalitis, Dacos verò, sive Danos, Tartaros septentrio-

nales, ex tribu Dan nomen suum derivasse arbitrat. Tandem regnum Thabor in medietate Tartariæ collocat; Thabor enim in Hebraico sonat umbilicum, sive medietatem, ipsumque etiam Tartarorum nomen, quod pronuntiandum Tartaros, id est, presbyteros, contendit, ex Hebraico arecessit. Postellus auctorem Armenum transcripserat, qui migrasse in Tartariam Israelitas docuerat; ejus auctoritas ipsum Postellum in eandem sententiam pertraxit.

Auctor recentior, qui sententiam hanc de transmigracione Israelitarum in Tartariam ad examen revocavit, Basnag. Hist. des Juifs, tom. 4, lib. 6, c. 5, art. 15, solidis rationibus illos refutandam aggressus, demonstrat, nunquam id committere potuisse Israelitas, ut susceptâ in Scythias expeditione, eandem gentes sive Tartaros dolerent. Gentes enim illa idololatriæ cultui usque eò addicta permansit, donec ejus sacris ejaratis, ad Mahometanam religionem defecit; eum quò circumcissionem, ceterosque Judaicos ritus Mahometanis communis suscepit. Nomina Eutalite sive Ephthalite, et Dani levissimo sunt pro tribubus Nephthalis et Dan argumento, nisi majora illa documenta accesserint. Ego quidem negare non ausim, Israelitas nonnullos in Tartariam, quod faciliè poterant, migrasse; vix enim crederemur, gentem longè latèque per universam orbis faciem dispersam, solam Tartariam intactam reliquisse; nonnisi tamen per summam impudentiam assereretur, decem tribus, vel maximam earum partem, intra Tartariæ fines contineri, ibique nostrà etiam ætate rerum potiri.

E Tartariâ facilis in Sinas transitus; unde migrasse plures familias decem tribuum, superato muro utramque ditacionem discernunt, hujus opinionis assertores contemnunt. Nonnulli Judæorum synagogas ibidem esse invenisse P. Riccius testatur; addens, reitneri ab illis Israelitarum nomen, quancumque Judæorum ignorent. Ex quo faciliè conjectura, de decem tribubus, non ex Judâ, originem illas duxisse. Servavit volumen legis sine punctis vocalibus, ante 600 annos scriptum. Hebraeus quo idem Pater utebatur, narrabat, in urbe Iamcher, metropoli Chequiami, plures erectas esse synagogas, et locum Israelitis pluribus frequentari. Quam Hebraus ille ignorat scripturam Hebraicam, longè desuetudine eo studii genere neglecto, ejus frater callebat, cui synagoga administratio deman-

data fuerat. Nōrat ille pariter historiam veteris Testamenti, Abrahami, Judith, Esther; exhibitamque à P. Ricci Virginis simulacrum, quod Lise uxoris Jacobi per simulationem dixit, supplex provoluit adoravit. Jesuita alter, nomine Gozani, invenisse eam synagogam in Honan provinciâ Sinarum testatus, deductus in regionem Judæos ante Jesum Christum putat. *Journal des Savants*, Januarii 1707. Nōrat illi Esdram, et Jesum filium Sistrachi (auctorem Ecclesiastici credo); eandemque in suis interpretationibus servabant methodum, ac Thalmudicæ. Hæc omnia minas cum Israelitis decem tribuum, et Tartariâ in Sinas derivatis, quam cum Judæis in regno Persidis in eam regionem diu antea digressis, congruunt.

Exstat prolixior Epistola Judæorum Coquincensium ad synagogam Amstelodamensem, quæ se ventis ad Indos perhibent, quo tempore Romanorum armis Palestina occupata est. *Bisage*, tomo 5, l. 7, c. 33. Narrat insuper, Judæos mille annorum spatio ita apud Sinas fluxisse, ut 78 reges continuâ successione numerarent. Cùm verò duo fratres de regno inter se disputarent, abortio inter illos dissidio, cû divisione Judæorum viribus in partes distractis, finitimos reges, motis in illos armis, gentem subegisse; quo deinde eodem sub Jago semper genuit. Cùm verò novis domitiis inviolabili fide et obsequio semper parerent, ejus virtutis merito plurimum apud eas gentes estimationis et laudis sibi conciliasse; ut anno 1610, Samuel quidam ex eorum fratribus, præfectram Coquincensem gerens obierit, numerisque sui et nominis successorem Judæum aliorum reliquerit, Menasse filius Israel, in libro, *La Esperanza d'Israel*, persuasus, Israelitas frequentissimos apud Sinas versari, vaticinium Isaiæ, 49, 12, illis vindicat, quo scilicet oraculo Hebræi reditori in avitas sedes de terrâ australi, *Heerets Saim*, nempe, ut ipse quidem interpretatur, è regione Sinarum, perhibentur. Sed strepens auctor ignorare non debuit, vocem Sin Hebræicè lutum sponere; et Bochartus scitè demonstravit, urbem Polumis ex luto siliu olim ꝑꝑ appellatam; ex quo etiam derivatur nomen Pelusium, cùm Græcè πῶλις, lutum sonet.

Hæc omnia satis quidem demonstrant, Sinas nonnullis synagogis Judæorum et Israelitarum frequentari. Quid ergo? an proinde decem tribus, sive omnes, sive potissima illarum

pars ad Sinas migrarunt? Profecto eodem argumento demonstrabitur, Persidem, Germaniam, Turcorum ditionem ipsas fuisse Israelitarum sedes, eam præsertim quam apud Sinas synagoga spectantur. Modò quæ de transitu earum in Americam feruntur, in examinem revocemus.

R. Menasse, de quo supra, neque unicuique est, nec primus, qui Americanas terras ab Israelitis frequentatas consuerit. Grolius, de Orig. gentis Americæ, pluribus scriptoribus eam stetisse sententiam testatur, Israelitas decem tribuum primam in Mediâ, ac deinde in Tartariâ, demùm ad Americanas regiones pervenisse. Id autem jure sibi asserendum arbitratur, ex quo mores nonnullos Judaicos Americanis imitasse comperit: sed Grotio infirmior et argumentandi ratio videtur, quàm ut sententiam suffragio suo fulciendam consuerit. Montesinus (1) deprehendisse se narrat frequentissimam Judæorum in populorum collectorum turbam post montes *Cordilleras*, regionem Chili in Americâ terminantes. Cùm enim, ait ille, in eam regionem aliquantulum ulterius penetrassem, annis occurrit, è cuius ripâ, dato signo, statim procedentes à lateris offendi viros quonplurimos, Hebræicè pronuntiantes ea verba, Deut. 6, 4: *Atidi, Israel: Dominus Deus noster, ipse est Dominus unus*. Nōrat Abrahami, Isaci et Jacobi nomina, quos viros tanquàm patres suos suscipiebant, genus suum ad Rubenum referentes: deductos se in eam regionem speciali Dei consilio, nec sine prodigiis testabantur; cùm verò ludos nacti fuissent adversarios, accidit tandem, ut ipsos persecutores suos, in manus Hispanorum lapsos, nilio consequeretur. Addebat, magis auctoribus semel, iterùm, et tertio bello allatos fuisse, in quo tamen cum hostibus congressi, suis illis dissipatisque, insignem victoriam retulerint: è magis verò quicquam ultionem vitassent, veritate demùm adactos fuisse, ut Deum Israelis solum esse numen, addictamque illi gentem denique in exitu sæculorum universum latè orbem imperio suo subacturam faterentur. Hæc Montesini narratio, quæ parâ putaque fabella videtur, Menassem felicitè, et cùm ita naturâ comparatum sit, ut dulci rerum, quas maxime optamus, spe nos ipsos et decipiamus frequenter, et aliorum deceptionem amemus, blanda rerum specie ob oculos Hebræi versante,

(1) *Relation de Montesini. Vide l'Espérance d'Israel, de Menasse Ben-Israel.*

librum suum de *Spe Israelis* dictavi, in quo tanquàm certum consilium, Asiam olim et Americam jugi continetis tractu consitutas, à Deo deinde sinu Aniani interjecto discernatas fuisse. Aut eam divisionem, aut Judæos in Americam migrantes, sedes ibi suas adversus veteres regionis incolas munierunt. Næc desunt auctori Scripturæ in rem suam testimonia. *Me* (Dominum) *insule respiciant*, Isai. 51, 8. Et: *Legem ejus insule expectant*, ibid. 42, 4. Insulae Judæos expectantis nomen Americam designat.

Eques Pen, in suâ epistola de præsentis statû regionum Anglicanarum in Americâ, se invenisse Judæos in ea regione sibi persuadet, ex eo potissimum, quòd incolarum vultus, maxime puerorum, Hebræorum ora adeò referat, ut qui illos intueatur, Judæos se visisse credat. Calculos suos per lunas instituit, primitias fructuum offerunt, festum Tabernaculis simile celebrant, altare erigunt ex duodecim lapidibus, funis ligent per annum, Femina mores Judæarum exprimit; sermone utuntur virili, coenæ, brevis, non redandanti, quali et Hebræi, quorum unum verbum pro tribus valet, eum reliqua auditores per se suppleant.

Tradunt insuper, obtinere apud Mexicanos circumcisionem (1), floruisse olim apud illos gigantes, diluvi memoriam aliquam servare, quamvis ejus historia variè à variis narretur. Eductos se jactant à pelago; quod de transfectione maris Iudææ intelligendum est. Solenne est etiam alieubi in regno Peruano, ut niveus agnus macetur, ejusque cruore farina subacta in populos distribuatur, quæ in domorum liminibus sanguine impressa notâ, plantur. Sunt qui et resurractionem præbent, perpetuum ignem in cultum Dominum serrent, annum jubilee post quinque annorum decades, et sabbatum post evolutos sex dies colant. Solent pariter Carabæ clamore vocis aliisque lætitiæ significationibus renovate singulis mensibus lunæ plaudere, et à suis abstinere. Apud Peruanos sacrificiis quibusdam agnus, ritu ab Hebræis non absimili, immolatur. Mulieres, menstruo incommodo affecte, à virorum interim commercio abstinent. Incola Machos relatum contactu cadaveris sordem aquâ eluunt. Nec desunt apud illos, quibus post mortem fratris conjugium cum uxore

(1) Vide, si lubet, Acostam, et alios rer. Americ. scriptores; Inuet. Demonstr. prop. 4, cap. 7, art. 6; *Bisage*, *Hist. des Indes*.

ipsum, lege præceptum est. Connubiales etiam fides apud Peruanos ferè similes ac apud Hebræos vigent, eum de fratre agitur, suscitare semen fratri suo recusante, Deut. 25, 7. Mos est apud illos, ut femina mox à puerperio impurè censeatur. Tanta morum, legum et sententiarum concordia de industriâ inducta, non casu accidisse videtur. Ex hoc autem apertissimo documento deducitur, Israelitis in Americanas regiones penetrasse, sive per Sinas, sive per Tartariâ, sive classe ex Hispaniâ et Galliâ devectos, antoctoribus nonnullis Rabbis, qui in eam sententiam laudant Abifæ velleitium, quo, juxta Hebræam veritatem, eorum patres exilio in Hispaniam (*Sepharas*) in Galliam (*Sarphah*) depulsos, migratos inde in regiones meridionales, prædictam est, quæ meridionales regiones Americanas illi quidem interpretantur (1). Inter eos scriptores, qui transmigrationem Israelitarum in Americam asseruerunt, illi omnes addendi sunt, quos collegit Joannes Albertus Fabricius in suâ Bibliographiâ antiquariâ, c. 1, pag. 17, 18, 19, veluti, e. g., Ludovicus Hennepinus *Hier. Americarum*, Thomas Thorowgood, Joseph à Gessis, Otto Späper, Theophilus Spitzelius, Richardus Kilders, Hermannus Wislius, Stephanus Morinus, alique plures.

Verùm hæc argumenta, quòd plus specie, tantò minus re habent soliditatis. Quibus enim in locis similes Hebræis mores spectantur, plures etiam obtinent illis planè repugnantes. Ut aliquid in eam rem solidi adduceretur, monstranda esset integra gens, provincia, regio, mores et cultus, quantum ab aliis omnibus planè discreta, tantùm Israelitis conjuncta. Quod enim alibi à suis abstincent, alibi septimam diem observent, alibi agnum macent, etc., id planè levius est, quàm ut Americanos origo ad Israelitas referatur. Eque populus, si hæc valeant, non Hebræam habeat originem? Quem, rogo, ostenderint in vasile illis regionibus terrarum tractum, ubi nomina Abrahami, Isaci et Jacobi innotescant; circumcisionis ritus communiter obtineat; scriptiois genus, et Hebræorum vernaculus sermo utcumque maneat; sabbati

(1) Vide in eam sententiam opus Gallicum: *Conformité des coutumes des Indes orientales avec celles des Juifs, par monsieur de la C.*, Bruxell. 1704, in-12, sicut et Anglicum aliorum, de eodem argumento, Thomæ Thorowgood, aliosque nonnullos, apud Fabricium Bibliograph. Antiquar. pag. 16, etc.

observatio unanimo et constanti ritu viget? His enim characteribus genus Judæum ita exprimitur, ut ubiqueque Hebræi fuerint, ibi statim ultro se prodant. Populus enim in ipsa depressione sua superbus, semper ab aliis se populus secerat, negotioque cum cæteris commercio, in unum coactum coalescit. An simile quid in America deprehendere potuerit, quicumque dubia Judæismi vestigia ibidem legunt? Neque tamen negaverim, sive affirmare ausim, Hebræos per totam late orbis faciem dispersos, gentem inæro inhabitantem, sæpiusque ab arvis sedibus pulsam, fortunæ quodam jactu, seu potius divitiæ providentiæ consilio, parvo numero in Americanas regiones perrexisse, ibique temporis successu cæteris paginatis, in idololatram, cæterosque paginatis, lapsi originis, lingue et legis suæ memoria, transire potuisse.

Docet non obscure, neque scilicet Scriptura, Israelitas decem tribuum, post egressum regionem Samaritæ, in Ægyptum recessisse, eorum nullam sive commodiorem, sive tutiorem, effugii locum habentem. Erat enim regio Palestinæ limitata; et suam regem Ægypti Israelitis favere par erat, nisi alia impellerent ratione, scilicet quod Osæ rex Israelis ejus partibus studuerit plurimum, consiliumque suscepit, ut in illo locum, ut se ab iugo Assyrorum subduceret, Osæ 9, 6; ejusque rei merito bellum Salmanassar, inde ultimum exilium inductum est, in caput suum provocaverit. Verum sicem propheta, ex quo recessisse in Ægyptum plures compertum habemus, gentem tamen universam trans Euphratem captivitatem tolerasse testatur, addens insuper, ex his qui in Ægyptum contenderant, plerosque misero letali generi interisse. Tandem vaticinatur, reliquias ejus gentis, quecumque exilio supervent, ad propria tandem remeantur: *Ipse (Dominus) regiet, et avocabit quasi ovæ ex Ægypto*, 11, 2. Frustra igitur in Ægypto reliquias decem tribuum quaruntur, quarum si plures in ea regione sub regibus Ptolemæis deprehendas, eò ingresse post obitum Alexandri Magni credende sunt. Hoc cæteris enim teste, post ejus principis obitum, plures Judæorum myriades ex Judæa in Ægyptum translatae sunt. Apud Joseph. contra Ap. l. 1.

Quærendi sunt etiam Israelitæ in Æthiopia, ubi jam inde à pluribus seculis sedes suas habuisse dicuntur. Quicumque regnum Saba Hierosolymam, ad invisendum Salomonem ve-

nientem, ex Æthiopia accesserunt, illi ad eundem reginæ etate Judæos in ea regione constitunt. R. Eldad à tribu Dan, auctor noni, sive juxta alios decimi tertii seculi, censet sub ipso Jeroboam regno tribum Dan in Æthiopia concessisse, in quoque eum incolis federe, ibidem coaluisse. Vide Bartolœi Bibliothecæ Rabbin. tomo 1. Eorum deinde vestigia tribus Nephtali, Gad, et Aser secutas tradit: quibus idem Rabbinus accenset tribum Moysis; cujus nominis tribum, nisi forte tribus Levi designetur, quæ certè nunquam in eam regionem migravit, ut pluribus Scripturæ et historię Judæicæ argumentis docemur, nullam fuisse constet. Hæc Moysis tribus, si Rabbinum audiamus, idololatricæ primam, cuius addicta, cum tandem resipuisset, superbia in ea regione adeo sibi parare aggressa est. Porro universis tribubus præerat ex eadem gente selectus rex, viribus potens, sub cujus signis ad autum stare potuisset exercitus 120,000 equitum, et 100,000 pedum. Sed aniles fabellas omittamus, quæ etiam amandanda sunt, quæ ab eodem Rabbinus traduntur de tribu Issachari, Persarum et Medorum dominationi subjectâ, et de Zabulone, cujus sedes à montibus Pharân usque ad Euphratem porrigitur. Nec meliorem fidem merentur, quæ apud illum legimus de Ruben retrò post Pharon commorante, atque vernaculo Arabum sermone utente; de Ephraim et dimidia tribu Manasse interius ad meridiem delatis; ac tandem de Simone et Judâ in regno Chozar, numero hominum atque sibi viginti tribus 25 finitimis regibus florente. Hæc augendi gentis gloriæ temerè proœna, pro historicis venditantur, ut proinde diutius talia prosequentes, lectorum patientiâ abuti videamur. Quod extra controversiam arbitror, illud est, nimirum plures hodie in Æthiopia Judæos versari, viros strenuos et bellicosos, potentes adeo, ut circa elapsi seculi dimidium eorum quidam regnum sibi modicæ regionis inter montes sitæ, et accessu difficilis, usurpare tentaverit, quem admodum ex duobus legatis regis Æthiopiæ D. Bernier in autâ Mogola se didicisse refert, *Voyage de Kachmir*, tom. 1, pag. 218. An vero Judæi illi ad decem tribus spectent, non nisi temerè asseri potest: quin et illi suam originem ad Judam referunt, quorum nulla fide. Constat autem aliò quàm in Æthiopia decem tribus translatae à Salmanassar venisse.

Benjamin Tudeleusis in itinere, temerè pro-

sas, tribus Ruben, Gad et Manasse, in *Cebat* consulti, loco tridui itinere à *Tilmassa* dissiis, ultra quem, sequitur, horrida quadam solitudo est, 18 dierum itinere porrecta. Dan, Zabulon, Aser, Nephthali sedem habent secundum flumen *Gosau*, in montibus *Nitbar*. Meminit etiam montium *Haphton*, quos Israelitarum portio à *Salmanassar* translata occupaverat. Fides harum rerum esto penes auctorem, cui si quis credere recusaverit, illi loca petere, ibique tribus querere licet: ductore tamen itineris perito opus est, seduloque prius in tabulis geographicis querenda *Cebat*, montes *Nitbar* et *Haphton*.

Olaus Rudbeckius, illius Cl. Rudbeckii auctoris Atlantici, in sua *Laponiâ illustratâ*, certat, non oblii quam in ultimâ septentrionali orâ, nempe in patriâ suâ Laponiâ, querendas decem tribuum reliquias; cujus opinionis generales quasdam affert conjecturas, et ritus quosdam æque apud Judæos Laponicæ obtinentes. Quæ si valeant, nulla non regio decem illis tribubus assignetur. Lege *Vitium* dissertatione 2, quæ probat, Evangelium non ante ad Americanos deductum, quam post frequentatas eorum regiones ab Europæis.

Postquam igitur frustra querendis decem tribubus sub his ducibus varia loca lustravimus, nihil nisi subteste fidei conjecturas nacti, hæc habemus, quæ ex itinere referamus. Decem tribus nulla habent certa in orbe loca, quantum novimus, ubi simul omnes in unum populum coalescant; neque seorsim singula certam habent fixamque sedem, quam ita teneant, ut à cæteris distinctum populum constituent. Variis in locis et regionibus reliquias infelicitis populi cernere licet, qui in variis dispersus partes, nec gentem amplius, nec populum ab aliis discretum efficit, juxta vaticinium Isaia 7, 8: *Deiciat Ephraim eum populum*. Incipit ultique inglorii, sine regis, sine principis, sine sacrificii, sine altari, sine Ephod, sine Tharaphim. Frustra illi vanâ potentia, quæ nunquam extra regionem suam gavisus sunt, gloriantur. Quos reges et principes genti constitutos venditant, illi nominis in erratum cerebro regnum et auctoritatem obtinuerant. Jam inde à transmigratione ad nostram usque etatem, sine capite, et sine republicâ lacerati membra cadaveris disper-

guntur. Si quod autem in medio gentium, et variis factum persecutionibus, veteris populi spectrum mansit, ut divinx providentiæ beneficio referendum est, quæ populi sui miseratione tangitur, et infelicem populum illustre statuit documentum ut de veritate religionis, ita etiam de severâ in refractarios ultione.

Dispersus tamen aliqui, et in aliarum gentium, adhuc tamen altiora sui vestigia, sionique aperta sui exhibet documenta in his locis, quæ olim, transferebant *Salmanassar*, incolere coactus est, uti in Assyriâ, Mediâ, Mesopotamiâ, ad Euphratem, et circumjacentibus regionibus. Jactas olim in eo solo radices tam altè densis gens Judæa, ut neque plures recurrentes vicissitudines, neque 24 seculorum incursum unquam extirpare annosam arborem poterint. Exinde casa impellente ea latè loca penetrarunt, in quibus nominis Israelitici vestigia deprehendimus. Quamquam non is sumus, qui omnia ea loca Israelitis decem tribuum frequentari credamus: potuit enim facillè maxima illorum portio ex Judæis derivare. Tribus Juda et Benjamin ita Judæam repellebat ducibus Zorobabele, Esdrâ et Nehemiâ leguntur, ut plures inter Assyrios remanserint. In censu populi apud Esdrâ minor sanè populi numerus refertur, quàm ut omnes duarum tribuum populos complectatur. Quanta enim hominum turba per totam Assæritonem dispersa esset, ex lectione libri *Esther* satis intelligimus. Legimus etiam in historicis frequentissimam transmigrationem Judæorum, quam Artaxerxes Ochus, post subactam Phœniciam et Ægyptum, imperavit, quibus assignata est regio ad mare Caspium, in Hyæantiâ et Babylonîâ, Jul. African. apud Georg. Syncell. Oros. lib. 51, cap. 7. Judæi Hierosolymitani Alexandrum Magnum rogaverunt, ut liberum legis et religionis exercitium permetteret Judæis, Median et Babyloniam tenentibus, Joseph. Antiq. lib. 11, c. ult.

Concessa quidem à Cyro tribus Juda et Benjamin facultas in patriam remeandi: favor, quò universa Judæorum gens sub felici et diuturno Assæri regno per Orientem fruebatur, conciliante illis gratiam *Esthere*, regis uxore, et *Mardocheo* qui regi proximus imperabat; ac tandem patrie ubertas, quam principis privilegia cumulabat; hæc simul omnia plures Israelitarum, ut in Palestinam reditum optarent, vehementer impellebant.

Institutus est enim mortalibus omnibus patrie amor, quo liebraxi, si quis alius populus, tenebantur maxime, utpote promissis patribus suis terræ studiosissimi. Hæc verò concessa duabus tribubus facultas non angustiis ita limitibus terminabatur, ut vel sub ejus nominis obtentu, vel quocumque tandem aliâ de causâ ad cæteras non propagaretur. Id autem sibi commodum Jûdæ reputabat, et reliquis tribus à servitute liberaret; in unum enim populum Jûdæis omnibus coalescentibus, quanto major populi turba regrediebatur, tanto ipse viribus et potentia augendus erat; tum majori præsidio se contra Samaritanos, veteres regionis occupatores, tuebatur. Servitutum erat insuper divinx providentiæ consiliis, quibus ita disponendas res erant, ut vaticiniis Prophetarum, non obscuro nec semel reditum decem tribuum prænantiantibus, sua fides constaret. Quomodo etiam Jesus Christus filium universo Israël nuntiare potuisset, si eò in Jûdæam veniente, insignis ejus gentis portio adibi versata esset? Nonne debuisse Christum, qui missum se ad oves quæ perierant domûs Israël proficerebat, remotas illas regiones adire, ut miseris illis gentibus, et in umbrâ mortis versantibus lætam exortâ lætæ nuntium afferret? Nonne ita Apostolos egisse, ac focos seminis, ac et cum omnibus Jûdæis rem habere se arbitrantur? Nonne in eam sententiam vaticinia de Ephraïmo, Nephthali, et Zabulonè exposuerunt, quasi singulas eas tribus avitam hæresitatem tenere persuaderent?

His omnibus gemina opponunt: 4<sup>a</sup> De reditu decem tribuum in patriam nihil satis expressum usquam in Scripturâ legi. 2<sup>a</sup> Decem eas tribus adhuc in dispersione manere, comperit esse. Quibus ego respondeo: 4<sup>a</sup> Nus

quam in Scripturâ quidem ejus rei historia legitur; nusquam etiam apparet edictum aliquod regum Chaldeorum, sive Persarum, hæc populo facultatem indulgens. Sed ejus rei defectum supplent non obscura Prophetarum oracula (1), quibus de reditu illorum, quemadmodum et de Jûdâ, nihil ambigendum relinquunt. Nec tamen Israelitis omnes decem tribuum in Palestinam redisse contendimus, quemadmodum nec ex Jûdâ et Benjamin omnes sub Zorobabele, Esdrâ et Nehemiâ avitas sedes repetierunt. 2<sup>a</sup> Potuit sensim et per turmas populus redire, ut nulla satis frequens transigratio, in annales referenda, contingeret. 3<sup>a</sup> Id potissimum ad Alexandrum Magnum referri potest; à quo, referente Josepho, Jûdæis omnibus concessa avitas sedes repetendi (Joseph. l. 1 contra Apionem). 4<sup>a</sup> Non levibus argumentis docemur, Jesu Christi et Apostolorum ætate Jûdæam omnium tribuum Helæris frequentatam fuisse.

His quæ secundo loco obijciuntur, ita respondeo, ut argumentum in adversarios regeram: Comperit tenemus, post Cyri et Darii regnum plurimos è tribubus Jûdæ et Benjamin Jûdæos per omnem latè Europam, Asiam et Ægyptum vagatos esse: quid ergo? an sub Zorobabele, Esdrâ et Nehemiâ tribus illæ Jûdæam non repetierunt? Nimis, vel nihil argumentum probat. Cur nostræ opinioni ex illo invicta creetur, nihil est; poterant enim Israhælitæ decem tribuum magno numero redisse, pluribus aliis relictis. Leviori casu hæc autigimus, peculiari dissertatione alibi discutienda. (CALMET.)

(1) Vide Osæe 2, 10, et 11, 10, 2, 12; Ezech. 4, 6, et 37, 38, 39; Amos 9, 14, etc.

Augustinianos de Tempore 201, nunc 41, in Appendice: « Beatus Elias, inquit, typum « habuit Domini Salvatoris, sicut enim Elias « à Jûdæis persecutionem passus est, ita et « verus Elias Dominus noster ab ipsis Jûdæis « reprobatu est, et contemptus. Elias reliquit « gentem suam, Christus deseruit Synagogam; « Elias abiit in desertum, Christus venit in « mundum; Elias in deserto corvis ministran- « tibus pascabatur, Christus in deserto mundi « hujus gentium fide reficitur. Corvi enim illi « qui beato Eliâ, jubente Domino, ministra- « bant, gentium populum figurabant. Propter- « ea et de gentium Ecclesiâ dicitur: *Nigra « enim, sed formosa...* Verè Ecclesia gentium « corvis similis erat, quando viventem Domi- « num contemnebat, et ante acceptam gratiam, « velut morticinis cadaveribus, idolis ministra- « bat... Venit Elias ad viduam, quia Christus « venturus erat ad Ecclesiam. Illa exierat ut « aquâ se lavaret, et ligna colligeret... In ligno « crucis mysterium, in aquâ ostenditur Bap- « tismatis sacramentum... Ideò duo ligna col- « ligebat, quia in typo Eliæ Christum excep- « bat. Duo ligna volebat colligere, quia crucis « mysterium desiderabat agnoscere. Crux enim « Domini Salvatoris duobus lignis aptata est. « Ideò duo ligna colligebat vidua illa, quia in « illam qui in duobus lignis pependit, credi- « tura erat Ecclesia. Dixit ergo vidua illa: « *Colligo duo ligna, ut faciam cibum mihi, et fito « cibus; et manducabimus, et moriemur...* Nemo « in Christum crucifixum erodere merebitur, « nisi hæc seculo moriatur. Nam quicumque « corpus Christi dignè manducare voluerit, « necesse est ut moriatur præteritis, et vivat « futuris... Filius viduæ defunctus jacebat, « quia et filius Ecclesiæ, id est, populus gen- « tium multis peccatis et criminibus mortuus « est. Orante Eliâ, filius viduæ suscitatur; « veniente Christo, filius Ecclesiæ, id est, « populus christianus, de carcere mortis redu- « citur. Ellas inclinatur in oratione, et virili- « tatur viduæ filius; Christus procumbit in « Passione, et suscitatur populus christianus. « Quòd tribus vicibus Elias incipitur, myste- « rium Trinitatis ostenditur. Viduam enim filium, « id est, populum gentium, nec solus Pater « sine Filio, nec Pater et Filius sine Spiritu « sancto, sed tota Trinitas suscitavit. Denique « hoc etiam in sacramento Baptismatis dem- « stratur, dum terdâ vice verus homo mergitur, « et ut novus surgere mereatur... Elias oravit, « et sacrificium obtulit; Christus pro universo

« mundo se ipsum immaculatum sacrificium « tradidit. Elias oravit in monte Carmeli; « Christus in monte Oliveti. Elias oravit ut « pluvia in terram veniret; Christus ut in cor- « dibus humanis gratia divina descenderet. « Quod autem dixit Elias ad puerum suum: « *Vade, et considera septies, sepulchrum sancti « Spiritûs gratiam, quæ danda erat Ecclesiæ, « designabat. Et quia ipse dixit se vidisse nu- « beculam parvulam ascendentem de mari, « carnem Christi figurabat, quæ in mari mundi « filius nascitura erat. Quamobrem, ne fortè « aliquis dubitet, nubem illam vestigium homi- « nis habuisse dixit, illius utique hominis qui « dixit: *Quæ dicunt esse homines Filium homi- « nis?* Sicut ergo orante Eliâ, post tres annos « et sex menses pluvia de caelo descendit, ita « et in adventu Salvatoris tribus annis et sex « mensibus, quibus prædicare dignatus est, « pluvia verbi Dei totum mundum feliciter ir- « rigavit. Et sicut tunc in adventu Eliæ omnes « sacerdotes idolorum interfecti sunt et decel- « cita et in adventu veri Eliæ, id est, Domini « nostri Jesu Christi, observatio sacrilæ pa- « ganorum destructa est... Denique sicut Do- « minus, postea quàm multas virtutes exercuit, « postea quàm passus est, resurrexit et ascen- « dit in cælum, ita et Elias post mirabilia quæ « per eum Deus fecit, igneo curru elevatur ad « cælum. Elias in rapta pallium Eliseo dis- « cipulo demisit, duplicique spiritûs sui reli- « quit hæredem; Christus in cælum ascendens, « dona dedit hominibus, et post ascensionem « Spiritum sanctum ad illos misit, ac virtute ex « alto induit. De priori dissertationis parte hæc « sufficient. De posteriori nunc disserendum.*

PROPOSITIO. — *Elias cum Enochæ præcursor « Christi ad judicium venturi futurus est.*

Propositio hujus veritas Malachiæ pro- « phetæ probatur oraculo, cap. 4, 5, Deum ita « loquentem inducentis: *Ecco ego mittam vobis « Eliam prophetam, antequàm veniat dies Domini « magnus et horribilis. Et convertet cor patrum ad « filios, et cor filiorum ad patres eorum, ne fortè « veniam, et percussam terram anathemate.* De « Joanne Baptistâ, qui venit in virtute et spiritu « Eliæ, præcursor primi adventus Christi, lo- « cum illum perperam explicant catholici qui- « dam interpretes, et plures ex Protestantium « grege. Secundum enim Christi adventum ad « judicium manifestè designant illa verba: *Ante- « quam veniat dies Domini magnus et horribilis.* « Item illa: *Ne fortè veniam, et percussam terram*

## DE ELIA PROPHETA

### Dissertatio.

Quomodo Christi Domini typus fuerit, et an ejusdem ad judicandos vivos et mortuos venturi præcursor futurus sit.

Insignem Christi typum in Eliâ Thesbite Utriusque parallelum instituit S. Cæsarius  
propheta Israelitico populo Deus exhibuit. Arelatensis, Sermone de Eliâ, olim inter

Institutus est enim mortalibus omnibus patrie amor, quo liebraxi, si quis alius populus, tenebantur maxime, utpote promissis patribus suis terræ studiosissimi. Hæc verò concessa duabus tribubus facultas non angustiis ita limitibus terminabatur, ut vel sub ejus nominis obtentu, vel quocumque tandem aliâ de causâ ad cæteras non propagaretur. Id autem sibi commodum Jûdæ reputabat, et reliquis tribus à servitute liberaret; in unum enim populum Jûdæis omnibus coalescentibus, quanto major populi turba regrediebatur, tanto ipse viribus et potentia augendus erat; tum majori præsidio se contra Samaritanos, veteres regionis occupatores, tuebatur. Servitutum erat insuper divinx providentiæ consiliis, quibus ita disponendas res erant, ut vaticiniis Prophetarum, non obscuro nec semel reditum decem tribuum prænantiantibus, sua fides constaret. Quomodo etiam Jesus Christus filium universo Israël nuntiare potuisset, si eò in Jûdæam veniente, insignis ejus gentis portio adibi versata esset? Nonne debuisse Christum, qui missum se ad oves quæ perierant domûs Israël proficerebat, remotas illas regiones adire, ut miseris illis gentibus, et in umbrâ mortis versantibus lætam exortâ lætæ nuntium afferret? Nonne ita Apostolos egisse, ac focos seminis, ac et eum omnibus Jûdæis rem habere se arbitrantur? Nonne in eam sententiam vaticinia de Ephraïmo, Nephthali, et Zabulonè exposuerunt, quasi singulas eas tribus avitam hæresitatem tenere persuaderent?

His omnibus gemina opponunt: 4<sup>a</sup> De reditu decem tribuum in patriam nihil satis expressum usquam in Scripturâ legi. 2<sup>o</sup> Decem eas tribus adhuc in dispersione manere, comperit esse. Quibus ego respondeo: 4<sup>a</sup> Nus

quam in Scripturâ quidem ejus rei historia legitur; nusquam etiam apparet edictum aliquod regum Chaldeorum, sive Persarum, hæc populo facultatem indulgens. Sed ejus rei defectum supplent non obscura Prophetarum oracula (1), quibus de reditu illorum, quemadmodum et de Jûdâ, nihil ambigendum relinquitur. Nec tamen Israelitis omnes decem tribuum in Palestinam redisse contendimus, quemadmodum nec ex Jûdâ et Benjamin omnes sub Zorobabele, Esdrâ et Nehemiâ avitas sedes repetierunt. 2<sup>o</sup> Potuit sensim et per turmas populus redire, ut nulla satis frequens transigratio, in annales referenda, contingeret. 3<sup>o</sup> Id potissimum ad Alexandrum Magnum referri potest; à quo, referente Josepho, Jûdæis omnibus concessa avitas sedes repetendi (Joseph. l. 1 contra Apionem). 4<sup>o</sup> Non levibus argumentis docemur, Jesu Christi et Apostolorum ætate Jûdæam omnium tribuum Helæris frequentatam fuisse.

His quæ secundo loco obijciuntur, ita respondeo, ut argumentum in adversarios regerem: Comperit tenemus, post Cyri et Darii regnum plurimos è tribubus Jûdæ et Benjamin Jûdæos per omnem latè Europam, Asiam et Ægyptum vagatos esse: quid ergo? an sub Zorobabele, Esdrâ et Nehemiâ tribus illæ Jûdæam non repetierunt? Nimis, vel nihil argumentum probat. Cur nostræ opinioni ex illo invisa creetur, nihil est; poterant enim Israhælitæ decem tribuum magno numero redisse, pluribus aliis relictis. Leviori casu hæc aut quædam, peculiari dissertatione alibi discutienda. (CALMET.)

(1) Vide Osæe 2, 10, et 11, 10, 2, 12; Ezech. 4, 6, et 37, 38, 39; Amos 9, 14, etc.

## DE ELIA PROPHETA

### Dissertatio.

Quomodo Christi Domini typus fuerit, et an ejusdem ad judicandos vivos et mortuos venturi præcursor futurus sit.

Insignem Christi typum in Eliâ Thesbite Utriusque parallelum instituit S. Cæsarius præphetâ Israelitico populo Deus exhibuit. Arletensis, Sermone de Eliâ, olim inter

Augustinianos de Tempore 201, nunc 41, in Appendice: « Beatus Elias, inquit, typum « habuit Domini Salvatoris, sicut enim Elias « à Jûdæis persecutionem passus est, ita et « verus Elias Dominus noster ab ipsis Jûdæis « reprobatu est, et contemptus. Elias reliquit « gentem suam, Christus deseruit Synagogam; « Elias abiit in desertum, Christus venit in « mundum; Elias in deserto corvis ministran- « tibus pascabatur, Christus in deserto mundi « hujus gentium fide reficitur. Corvi enim illi « qui beato Eliâ, jubente Domino, ministra- « bant, gentium populum figurabant. Propter- « ea et de gentium Ecclesiâ dicitur: *Nigra « enim, sed formosa...* Verè Ecclesia gentium « corvis similis erat, quando viventem Domi- « num contemnebat, et ante acceptam gratiam, « velut morticinis cadaveribus, idolis ministra- « bat... Venit Elias ad viduam, quia Christus « venturus erat ad Ecclesiam. Illa exierat ut « aquâ se lavaret, et ligna colligeret... In ligno « crucis mysterium, in aquâ ostenditur Bap- « tismatis sacramentum... Ideò duo ligna col- « ligebat, quia in typo Eliæ Christum excep- « bat. Duo ligna volebat colligere, quia crucis « mysterium desiderabat agnoscere. Crux enim « Domini Salvatoris duobus lignis aptata est. « Ideò duo ligna colligebat vidua illa, quia in « illam qui in duobus lignis pependit, credi- « tura erat Ecclesia. Dixit ergo vidua illa: « *Colligo duo ligna, ut faciam cibum mihi, et fito « cibus; et manducabimus, et moriemur...* Nemo « in Christum crucifixum erodere merebitur, « nisi hæc seculo moriatur. Nam quicumque « corpus Christi dignè manducare voluerit, « necesse est ut moriatur præteritis, et vivat « futuris... Filius viduæ defunctus jacebat, « quia et filius Ecclesiæ, id est, populus gen- « tium multis peccatis et criminibus mortuus « est. Orante Eliâ, filius viduæ suscitatur; « veniente Christo, filius Ecclesiæ, id est, « populus christianus, de carcere mortis redu- « citur. Elias inclinatur in oratione, et virili- « tate viduæ filius; Christus procumbit in « Passione, et suscitatur populus christianus. « Quòd tribus vicibus Elias incipitur, myste- « rium Trinitatis ostenditur. Viduam enim filium, « id est, populum gentium, nec solus Pater « sine Filio, nec Pater et Filius sine Spiritu « sancto, sed tota Trinitas suscitavit. Denique « hoc etiam in sacramento Baptismatis dem- « stratur, dum terdâ vice vetus homo mergitur, « et ut novus surgere mereatur... Elias oravit, « et sacrificium obtulit; Christus pro universo

« mundo se ipsum immaculatum sacrificium « tradidit. Elias oravit in monte Carmeli; « Christus in monte Oliveti. Elias oravit ut « pluvia in terram veniret; Christus ut in cor- « dibus humanis gratia divina descenderet. « Quod autem dixit Elias ad puerum suum: « *Vade, et considera septies, sepulchrum sancti « Spiritûs gratiam, quæ danda erat Ecclesiæ, « designabat. Et quia ipse dixit se vidisse nu- « beculam parvulam ascendentem de mari, « carnem Christi figurabat, quæ in mari mundi « filius nascitura erat. Quamobrem, ne fortè « aliquis dubitet, nubem illam vestigium homi- « nis habuisse dixit, illius utique hominis qui « dixit: *Quæ dicunt esse homines Filium homi- « nis?* Sicut ergo orante Eliâ, post tres annos « et sex menses pluvia de caelo descendit, ita « et in adventu Salvatoris tribus annis et sex « mensibus, quibus prædicare dignatus est, « pluvia verbi Dei totum mundum feliciter ir- « rigavit. Et sicut tunc in adventu Eliæ omnes « sacerdotes idolorum interfecti sunt et decel- « cita et in adventu veri Eliæ, id est, Domini « nostri Jesu Christi, observatio sacrilæ pa- « ganorum destructa est... Denique sicut Do- « minus, postea quàm multas virtutes exercuit, « postea quàm passus est, resurrexit et ascen- « dit in cælum, ita et Elias post mirabilia quæ « per eum Deus fecit, igneo curru elevatur ad « cælum. Elias in rapta pallium Eliseo dis- « cipulo demisit, duplicique spiritûs sui reli- « quit hæredem; Christus in cælum ascendens, « dona dedit hominibus, et post ascensionem « Spiritum sanctum ad illos misit, ac virtute ex « alto induit. De priori dissertationis parte hæc « sufficient. De posteriori nunc disserendum.*

PROPOSITIO. — Elias cum Enochæ præcursor Christi ad judicium venturi futurus est.

Propositio hujus veritas Malachiæ pro- phetâ probatur oraculo, cap. 4, 5, Deum ita loquentem inducentis: *Ecco ego mittam vobis Eliam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus et horribilis. Et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum, ne fortè veniam, et percussam terram anathemate.* De Joanne Baptistâ, qui venit in virtute et spiritu Eliæ, præcursor primi adventus Christi, locum illum perperam explicant catholici quidam interpretes, et plures ex Protestantium grege. Secundum enim Christi adventum ad judicium manifestè designant illa verba: *Antequàm veniat dies Domini magnus et horribilis.* Item illa: *Ne fortè veniam, et percussam terram*

anathema, quæ primo Christi adventu non conveniunt, uti nec primum illud comina ejusdem capituli: *Ece enim alia venit succentia quasi canina; et erant omnes asperbi, et omnes facientes impietatem stipula; et inflammaverunt eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quia non derelinquet eis radicem et germen. De Elia etiam ipso, non de Joanne, hunc locum esse intelligendum, confirmant septuaginta interpretes, quorum versio sic habet: *Et ecce ego mittam vobis Eliam Thebitem, antequam veniat dies Domini magna et illustris. Qui consentit Arabica. De ultimo etiam iudicio locum hunc intellexerunt Chaldaei parafrasæ, et Syrus Isaacus, adeoque et Elia nomine Thebitem prophetam, non Joannem Baptistam, Christi in primo adventu præcursorem. In Chaldaica paraphrasi: *Ece ego mittam vobis Eliam prophetam, ante adventum dicitur qui venturus est à conspectu Domini, magnus et terribilis. In Syriaca versio: *Ece mittimus vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magna et formidanda.****

Confirmatur ex Ecclesiastici cap. 48, ubi Sirachides adeoque et Elia nomine Thebitem, his cum verbis inter alia compellat: *Qui receptus est in turbine ignis in curru equorum igneorum. Qui scriptus est in prophetis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, et restituere tribus Jacob. Quæ de Joanne Baptistâ nemo cordatus intellexerit.*

Confirmatur insuper ex oraculo Christi, Matth. 17, 10, duplicem adventum suum, et utriusque anteafulguris distinguentis, Joannem, qui mysticus est Elias, primi; verum Eliam Thebitem, prophetam, secundi adventus præcursorem. Et interrogaverunt eum discipuli, dicentes: *Quid ergo scribo dicunt quod Eliam oportet primum venire? At ille respondit, ait eis: *Elias quidem venturus est, et restituet omnia. Dico autem vobis, quia Eliam jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt.**

In Malachia vaticinium interpretati sunt non Hebræorum tantum magistri, sed Ecclesie Patres. S. Justinus Martyr, Dialogo cum Tryphone Judæo, ubi Joannem illum sic loquentem inducit: *Omnes nos Christum hominem ex hominibus nascenturum, et qui illum inuget, Eliam venturam præstolaturum. Quod si hic appareat Christus esse, hominem ex hominibus genitum esse omnino scire oportet. Ex eo autem quod Elias non venerit, neque hunc Christum esse*

